11-B-40/1

I

CATALOGUS
CODICUM MANU SCRIPTORUM LATINORUM

QUI IN C. R. BIBLIOTHECA PUBLICA ATQUE UNIVERSITATIS PRAGENSIS ASSERVANTUR

AUCTORE

JOSEPHO TRUHLÁŘ

EIUSDEM BIBLIOTHECÆ CUSTODE

C. R. ERUDITIONIS PUBLICÆ MINISTERIO LIBERALITER ADIUVANTE EDITUS.

PARS PRIOR.

CODICES 1—1665
FORULORUM I—VIII.

PRAGÆ

SUMPTIBUS REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARUM BOHEMICÆ

TYPIS DRIS ED. GRÉGR FILIIQUE — APUD FR. ŘIVNÁČ BIBLIOPOLAM

1905

Cum c. r. bibliothecae publicae atque universitatis Pragensis historia, cuius prima capita ad libros manu scriptos spectant, iam satis illustrata sit inprimis trito opere Hanslikiano,[1]) ad cognoscendam originem, incrementa, praesentem statum codicum hoc catalogo descriptorum superest, ut capita illa novis investigationibus corrigantur et suppleantur. Quapropter catalogo nostrorum codicum latinorum, utpote quorum copia longe maxima sit, praemittitur haec praefatio, qua post computationem librorum primum disseretur de singularum bibliothecarum, e quibus codices nostri provenerunt, fatis, deinde de vetustioribus eorundem codicum catalogis, postremo de totius operis ratione, subsidiis, adiumentis. De computatione haec praemonenda esse censeo. Cum describendo latinos tantum codices pertractaverim, licet eorum copia maxima sit, tamen partem perscrutatus de toto exploratam sententiam ferre recuso; ideo quaecunque rationando numeris expressi, ea sic velim accipiat benevolus lector, ne nimis numeros premat, quippe qui nisi tota librorum manu scriptorum bibliothecae Clementinae copia examinata accurati esse non possint.

Omnes codices nostri non ita pridem in musaeo, quod olim mathematico-astronomicum collegii S. J. Clementini dicebatur, commode atque nitide prostabant. Sed quia locus ille supra culinam seminarii archiepiscopalis situs parum tutus videbatur, cum ex vicina parte semi-

---

[1]) Jos. A. Hanslik, Geschichte und Beschreibung der Prager Universitätsbibliothek, Prag 1851. Ex prioribus libris, qui aut totam bibliothecam aut partes eius concernunt, hos commemoro: L. J. Scherschnik, Über den Ursprung und die Aufnahme der Bibliothek am Clementinischen Collegium in Prag, Prag 1775; B. Balbini Bohemia docta ed. Ungar, III. (1780); K. R. Ungar, Versuch einer Geschichte der Bibliotheken in Böhmen, Prag 1785; A. Spirk, Geschichte und Beschreibung der k. k. Universitäts-Bibliothek zu Prag, Wien 1844; e posterioribus commentariolum meum: Přehled dějin bibliothéky Klementinské, Osvěta 1882 p. 656—663, 696—708, 813—825.

narii incendium nuper minitaretur, codices translati sunt in Clementini contignationem, quae plano pede est, unde, si periculum immineret, aut in propatulum aut in plateam cito transferri possent. Quamquam hic locus neque pulcher est neque commodus neque satis spatiosus, tamen videtur esse multo magis idoneus tantis thesauris conservandis.

Ante centum circiter annos codices nostri per forulos divisi et novis signaturis instructi sunt, quae hodie quoque valent. Quae divisio quamvis, ut infra patebit, multis scateat erroribus, tamen his signaturis per innumeros saec. XIX libros propagatis novam codicum dispositionem perhorrui exceptis sedecim libris manu scriptis, quos in alia armaria translatos novis signaturis instruxi. Omnem enim codicum copiam ii, quorum tunc in bibliotheca nostra officium erat, per 18 forulos ita distribuendam decreverunt, ut 1—15. foruli codices latinos, forulus 16. germanicos, 17. bohemicos, 18. orientales complecterentur. Sed hic labor ad accuratum effectum nequaquam pervenit, nam inter 3018 codices forulorum 1—15 occurrit 1 graecus, occurrunt 54 germanici, 11 bohemici, 5 germanico-bohemici, 46 qui dicuntur romanici codices, et 175 fasciculi archivales, in summa 292 libri alienissimi. Ideo in illis forulis recensendi supersunt[2]) tantum 2726 codices vel toti vel magnam partem latini. Ad quos accedunt in hoc catalogo unicus graecus et 25 latini codices bibliothecae Kinskyanae, postremo 78 opuscula latina manu scripta libris typis excusis vel fasciculis illis archivalibus adligata.[3]) Quo fit, ut hic catalogus 2830 currentes numeros librorum recensitorum contineat, quorum unus (2429 sign. XIV. A. 16) nunc in universitatis archivo est, ceteri omnes signaturis instructi locis suis prostant praeter nonnulos pretiosiores, qui signaturis non mutatis inter cimelia vitrinis inclusa asservantur.[4])

Sicut media aetate omnia fere litterarum studia apud clericos florebant, ad quos etiam universitatum initia referenda sunt, ita omnis fere codicum manu scriptorum bibliothecae nostrae copia e collegiis ecclesiasticis aut recta via aut circuitione quadam provenit. Quorum collegiorum cum magna pars iam bellis de religione saec. XV in Bohemia saevientibus una cum suis bibliothecis perierit, antiquissimi eorum codices perpauci apud nos supersunt. Ex eorum numero est pretiosissimum evangeli-

[2]) Si igitur in catalogo nostro signaturarum series passim interrumpitur, omissis signaturis codices non latinos denotatos esse sciendum est.

[3]) Opusculorum vero latinorum codicibus bohemicis et germanicis admixtorum ratio non habetur, quae in catalogis eorundem codicum erunt perscribenda et separatim indicanda.

[4]) Brevem eorum conspectum bohemicum vide Věstník Č. A. X. (1901) p. 345—356, germanicum Mitteilungen d. öster. Ver. f. Bibliothekswesen VI. (1902) p. 102 sq. et VII (1903) p. 5 sq.

arium, quod dicitur Vyšehradense (n. 2426), saec. XI ex. nitidissime exaratum, quod asseverante honorabili viro monsign. Ferd. Lehner ex officina monasterii Sazaviensis a. 1421 a Husitis diruti prodiit,[5]) sed nobis aliunde obtigit. Ex monasterio Opatovicensi eodem anno a Pragensibus exusto, quantum sciam, unicum homiliarium saec. XII (n. 509) habemus. Ex bibliotheca celeberrimi coenobii Aulae Regiae a. 1420 extincti sed postea instaurati ne illud quidem bibliorum corpus membranaceum sex tomorum, quod ut pristinam supellectilem monachi a. 1447 a collegiatis Nazaretanis redemerant, ad nos pervenit. Ex Insulensi monasterio a. 1420 diruto perpauci codices, ut ex indice patebit, cum libris monasterii s. Johannis »sub rupe« nobis obtigerunt. E monasterio autem monialium s. Georgii in castro Pragensi luculentam codicum inprimis liturgicorum copiam obtinuimus, e quibus hi maxime eminent, quos Cunegundis abbatissa, Přemyslai Otacari II. regis filia (1302—1321), scribendos curavit. At de hoc monasterio infra dicemus, nempe cui bella de religione gesta pepercerant, sed iniqua tempora posteriora animam extinxerunt. Codicum eius hic mentionem propterea fecimus, quod maximam partem prius exarati sunt, quam instituta est universitas Pragensis, de cuius bibliothecarum pristinis thesauris et praesentibus reliquiis nunc dicturi sumus.

Convertamus igitur animum ad insignes fontes, e quibus intercedente Societate Jesu librorum manu scriptorum opulentiam hausimus, ad collegiorum universitatis Pragensis pristinas bibliothecas. Memoria enim tenendum atque contra falsam Hanslikii opinionem (l. c. 16, 33, 41) fortiter defendendum est temporibus antiquis usque ad a. 1638, immo usque ad a. 1777 nullam fuisse totius universitatis bibliothecam communem, sed suam quodque collegium administrasse bibliothecam[6]), et quamvis passim (ex. gr. in Joh. Campani Calendario) libri universitati donati vel legati commemorentur, ubivis denotari singula collegia, non totam universitatem.

Inter haec collegia primum locum semper obtinebat collegium Carolinum vel Magnum, sine dubio iam ab initio librorum supellectile quadam instructum, inprimis autem a. 1370 ab ipso fundatore libris Wilhelmi olim decani Wyšehradensis auctum atque ditatum. Superest librariae Carolinae catalogus paulo post hanc donationem concinnatus et aliquan-

[5]) Ferd. Lehner, Česká škola malířská, I. sv. v Praze 1902.

[6]) Sententiam hanc nequaquam impugnat castigatio M. Wenceslai de Křižanov per M. Johannem de Praga rectorem, quod libros Nationis a. 1461 non reposuerit (Mon. hist. univ. Prag. III, 50); nam tunc rector non procuratoris sed iudicis officio functus est.

tisper novis librorum donis suppletus in bibliotheca musaei regni Bohemiae, quem primo Wenc. Hanka publici iuris fecit[7]), postremo Hanslik operi suo (p. 18—22) inseruit, in quo, ut ille computavit, 192, secundum Hanslikii computationem 204 codices (certus enim numerus statui non potest propter mancos veterum catalogorum titulos) enumerantur, e quibus 42 posterius additi sunt, ceteri prima manu inscripti antiquissimam collegii Carolini librorum copiam repraesentant. Catalogum hunc non esse integrum Hanslik (l. c. 22), Rud. Wolkan[8]) eodem non contineri libros Wilhelmi decani opinabantur. Quas opiniones falsas esse demonstrare studebam disquisitione bohemica »Dva staré katalogy knih kollejí Pražských«[9]) probando primum catalogum non esse truncum, nempe cui codex Plinianus (n. 2425) ne inscribi quidem potuisset, deinde, cum manu prima inscriptus esset codex 2350, qui ex bibliotheca Wilhelmi decani manifeste provenit, catalogum acceptis demum eiusdem libris esse conscriptum. Ex bibliotheca collegii Carolini utique multi codices nostri provenerunt, quos tamen enumerare difficile est, cum magna pars librorum inscriptionibus careat, et signaturae veteres, quae supersunt, cuius collegii liber olim fuerit, raro demonstrent. Tres tantum codices (409, 470, 2299) veteribus collegii Carolini signaturis hodiedum instructos commemorandos censeo, quos ex bibliotheca S. J. Clementina obtinuimus (tertius iam in catalogo antiquissimo — Hanslik 19 — occurrit), ceteros index noster sub voce »collegium Caroli« demonstrabit. De posterioribus bibliothecae huius collegii fatis praeter id, quod Hanslik profert, nil compertum habemus.

Etiam de bibliothecis collegii magistrorum caesarei et angelici parum memoriae proditum est;[10]) id solum noto ex bibliotheca collegii Omnium Sanctorum, quippe quod catholicorum partes secutum nunquam abolitum esset, nullos codices nobis obtigisse.

Accedentibus ad scholarium collegia, quae itidem suis bibliothecis gaudebant, primum occurrit collegium Nationis bohemicae, quod libris saec. XV prae ceteris videtur abundasse. Situm erat in foro pomario, quod nunc dicitur, adiacente ab a. 1413 collegio Hedvigis reginae. Quorum collegiorum, ut erant vicina et maxime finitima, catalogi quoque saec. XV uno libro contenti supersunt et hodie in bibliotheca illustrissimi principis Ferd. Zdenconis de Lobkowicz Rudnicensi VI. E. f. 8 signati asservantur.

---

[7]) Verhandlungen der Ges. d. vaterl. Mus. 1840 p. 65—76.

[8]) Gesch. d. deutschen Litteratur in Böhmen p. 59.

[9]) Věstník Č. A. 1904 p. 98—105.

[10]) In collegio angelico a. 1603 habebantur 226 codices, 51 membran., 175 chart. (cf. Hanuš, Quellenkunde p. 21).

Quem codicem vir diligentissimus J. Loserth a. 1889 invenit et sub titulo minus iusto »Der älteste Katalog der Prager Universitätsbibliothek« summatim publici iuris fecit.[11]) Codice hoc non contineri bibliothecae totius universitatis Pragensis catalogum, id quod Loserth temere affirmaverat, iam Rud. Wolkan exposuit (l. c. 59), qui tamen in novum errorem delapsus est, cum omnes in catalogo Rudnicensi inscriptos libros unius collegii Nationis bohemicae fuisse declaravisset. Equidem in disquisitione supra memorata argumentis edocui: codice Rudnicensi contineri catalogos duos, quorum alteri inscriptos esse libros collegii Nationis bohemicae, alterum eundem vetustioris catalogi esse apographum a. circiter 1461 exaratum, catalogo autem priore multo antiquiore verisimillime contineri libros collegii Hedvigis reginae, collegia »Nationis« et »Reginae« catalogis in unum volumen coadunatis dimidio saec. XV. bibliothecam communem habuisse, quam sententiam pallida inscriptione in operculo superiore »Nationis Bohemorum studii Pragensis registra« optime probari, cum catalogus utique comprehendat libros bohemicae nationis, sed duorum eiusdem collegiorum. Annotandum enim est composito bello husitico, cum exterae nationes haereticam universitatem perhorrescerent, omnia scholarium collegia »Nationis bohemicae« vulgo appellata esse.

Ut docent complures signaturarum lacunae in catalogo »Nationis«, iam circa a. 1461 multi libri huic bibliothecae deerant; nihilominus in eodem Loserth 1079 codices enumeravit. Quorum magna pars in bibliotheca nostra adhuc asservatur (inter alios antiquissimus saec. IX/X integer codex 485), sed maior temporum iniquitate perierunt, ex quibus inprimis codices tertii »abecedarii« historiam patriam illustrantes, quos in disquisitione mea commemoravi, dolenter desiderantur. Sed multo graviorem librorum iacturam Lituanorum collegium fecit; quamquam enim aliquot dies in comparandis librorum eius titulis consumpsi, tamen duos tantum primi »abecedarii« codices in libraria nostra certo agnovi (D, 18 = III. E. 11 et D, 20 = V. A. 3). Quamvis dubitari non possit, quin plures apud nos supersint, tamen praecipue huius collegii libros, quos in catalogo Loserth 787 enumeravit, permultos periisse pro certo tenendum est. Auferebantur autem iam saec. XV multi, ut notae in catalogo passim docent, quantam librorum manu scriptorum incuriam posteriora tempora ostenderint, breviter infra dicam.

Ex notis quibusdam codicis Rudnicensis, quae ad Rečkonis collegium a. 1439 institutum et ad ecclesiam s. Stephani »in muro Maioris

---

[11]) Mittheilungen d. Inst. f. österr. Gesch. XI, 301—318. Quo commodius is, qui haec antiqua registra aliquando integra editurus esset, libros consignatos cum codicibus nostris conferre posset, codibus olim Clementinis catalogi nostri veteres signaturae, quotquot supererant, adiectae sunt.

civitatis Pragensis« spectant[12]), nullo modo colligi potest in catalogo priore inscriptos esse libros eiusdem collegii; nam collegium Rečkonis domum ecclesiae s. Stephani vicinam in platea s. Bartholomaei inhabitabat, in qua, ut docet Lib. dec. II, 384, Rečkonidum quoque libraria asservabatur. Etiam ex hoc collegio nonnulli codices ad nos pervenerunt, quos ex indice facile invenies; sed eorum antiquus catalogus non exstat. Idem valet de collegio Laudae vel apostolorum, a. 1451 instituto et magna librorum copia ditato, idem de collegiis scholarium minoribus (Nazarethano, Betlehemitico, domo pauperum), quorum uniuscuiusque libri in catalogo nostro secundum indicem possunt inveniri. Cui collegio libri quondam bibliothecae Veteris urbis Pragensis[13]) obtigerint, nusquam comperi; sed cum in nonnullis codicibus nostris (ex. gr. 651, 940) vetere manu annotatum sit »communitatis Maioris urbis Pragensis«, qui codices postea collegii S. J. Clementini fuerint, nequit dubitari, quin Jesuitae Clementini codices illos ex aliquo universitatis collegio acceperint.

Omnium enim universitatis Carolinae collegiorum bibliothecae una cum suis codicibus manu scriptis a. 1622 imperatoris iussu in Clementinum pervenerunt. Nunc quaeritur, quot fere codices tunc Jesuitae a collegiatis acceperint, vel potius quot codices illo ipso tempore in collegiorum bibliothecis superfuerint. Nam superfuisse multo pauciores, quam fuerint saec. XV exeunte, multis documentis probatur. Exeunte saec. XV pro certo habenda est summa 4500 codicum, qui in collegiorum bibliothecis asservabantur, nunc autem codices latini, qui e pristinis universitatis collegiis provenisse perhibentur, sunt circiter 1100. Cui numero si addiderimus circiter 150 codices bohemicos, germanicos atque eos, quorum origo recompingendo, radendo, oblinendo obscura est, apparebit summa 1250 codicum, qui a Jesuitis Clementinis ex diversis universitatis collegiis accepti et nobis traditi sunt[14]), nosque ipsi magno cum dolore

[12]) Notis his praesertim libri a duobus magistris collegio Rečkonis donati enumerantur. Quam lacunosum sit opusculum a M. Johanne Campano a. 1616 Pragae sub titulo »Calendarium beneficiorum academiae Pragensi collatorum« typis editum, ex hac donatione satis ubere, quae tamen Campanum latuit, facile colligitur.

[13]) In hac bibliotheca olim etiam erat codex 2425 (Lib. dec. II, 321), quem senatus Veteris urbis Pragensis a. 1783 universitatis bibliothecae denuo contulit.

[14]) Accuratior rationandi modus hic est: Ex bibliotheca S. J. Clementina provenerunt codices latini, quatenus signaturae docent 1165
His addendi sunt veteribus signaturis carentes circiter 270
codices bohemici et germanici circiter 70
Summa codicum bibliothecae S. J. Clementinae . . . 1505
De hac summa si detraxeris: 1. codices monasterii Ojvinensis . . 24
2. codices ab ipsis Jesuitis exaratos aut aliunde acceptos circiter . 200 224
restabunt circiter . . . 1279
codices, qui circa a. 1620 supererant in bibliothecis collegiorum universitatis Pragensis.

agnoscemus *pristini thesauri librorum manu scriptorum, quibus olim universitatis collegia gloriabantur, quartam tantum partem superesse.*

At damnum hoc quis nobis intulit? Patres S. J. in propriam librorum supellectilem tam vehementer saeviisse, ut tot codices manu scripti deperierint, nec ratione nec documentis probatur; contra certis auctoribus comperimus eos summa cum voluptate combussisse haereticos libros alienos, in propriis autem eorundem exemplaribus asservandis summam curam adhibuisse. Et profecto ex eorum ipsorum bibliothecis mirum quanta copia operum Wiclifi, Hussi, Jacobelli ad nos pervenit! Sed priores bibliothecarum possessores et procuratores quam parvi aestimaverint libros manu scriptos, multis testimoniis confirmatur. Iam Rudnicensi catalogo, qui ad duorum tantum collegiorum bibliothecas spectat, edocemur circa a. 1461 multos libros deperiisse; quam male magistri ipsi thesauros litterarios curaverint, his exemplis detegitur. Cum a. 1434 necesse erat, ut collegii Carolini bibliotheca denuo ordinaretur, studiosus quidam Simon Močidlensis, qui sequenti anno baccalarii gradum adeptus est, laborem hunc subiit et »post plures septimanas« perfecit. Fisco suo parcentes magistri »tunc praesentes in collegio« illi studioso pro pretio codicem 1826 (Alphonsi regis tabulas et alia opuscula astronomica continentem) »usque ad dies vitae« dederunt, ut in operculo eiusdem libri annotatum est. Mortuo mox Simone contigit, ut codex bibliothecae Carolinae restitueretur. Fortuna tam prospera non gavisum est collegium »Nationis«, cuius directoribus annuentibus a. 1449 Matthias de Jehnědno, Škorně cognominatus, »de libraria domus Nationis Bohemorum« praeclarum codicem Vergilianum saec. IX, qui nunc in bibliotheca capituli metropolitani Pragensis asservatur[15]), »pro aliis duobus voluminibus eandem materiam continentibus ad tempora vitae suae exemit«. Huius collegii bibliothecarii tam neglegenter munere suo fungebantur, ut ne inscripserint quidem librum pretiosissimum catalogo Rudnicensi. Sed multo tristior erat sors veterum codicum saec. XVI, cum arte typographica increbrescente libri manu scripti abolescerent et doctissimus quisque ab iis legendis deduceretur. Illo tempore veteres codices inprimis ii, quibus mediae aetatis auctores continebantur, bibliothecariis inutiles et molesti videbantur, renascentium autem litterarum studiosis propter incomptam latinitatem stomachum movebant. Horrore certe perfunditur, quisquis caput illud libri Winteriani[16]) perlegit, quo de collegiorum bibliothecis saec. XVI et XVII disseritur. Magistri enim ipsi auctore Wintero tunc codices membranaceos et »libros illegibiles« bibliopegis dissecandos vendebant, bibliothecae neglegentissime administrabantur, quin etiam a. 1603

[15]) Cf. J. Kelle, Klassische Handschriften in Prager Bibliotheken, p. 7.

[16]) Z. Winter, Život na universitě, p. 376—385.

in ipsa praefatione catalogi collegii angelici aperte suadebatur, ut libri membranacei veteres illegibiles, quatenus minime convenirent, venderentur et pro iis novi et utiliores emerentur. Quae cum ita sint, in alios non inquirendum sed assentiendum est venerando Balbino, qui »manuscripta collegii Clementini accumulata esse ex diversarum bibliothecarum ruinis, potissimum ex universitatis Carolinae bibliotheca« asseverat.[17]) Et profecto iustum ruinarum nomen imposuit reliquiis pristini inprimis codicum thesauri, quas Jesuitae Clementini a. 1622 a collegiatis acceperant et societate abolita a. 1773 bibliothecae nostrae tradiderunt. Tradiderunt autem nobis insuper codices aliunde comparatos, in his praecipue a. 1556—1560 ex deserto Caelestinorum monasterio Ojvinensi[18]) ablatos, item nonnullos (non omnes, cf. Hanslik l. c. 69), quos socii ipsi conscripserant.

Qui codices omnes[19]), quos ex S. J. collegio Clementino accepimus, perscripti sunt in codice catalogi nostri 1685 sub titulo: »Codices manu scripti in c. r. bibliotheca Pragae ad s. Clementem exstantes. 1781.« Huic inscriptioni J. Hanuš, bibliothecae nostrae olim praefectus, cerussa addidit: »Nach übername der bibliothek vom Jesuitencolleg mit alten signaturen«, quod additamentum ambiguum est. Nam signaturae, quas hic catalogus exhibet, non a veteribus S. J. patribus originem trahunt, sed attribuendae sunt cuidam officiali, qui codices Clementinos post a. 1770 ordinandos et describendos suscepit. Hoc declarant signaturae codicum in libris vetustioribus occurrentes (ex. gr. in Dobneri Mon. II a. 1768 p. 61; in Voigtii Actis lit. I a. 1775 p. 230), quae cum signaturis catalogi a. 1781 conscripti omnino discrepant. Cum autem in III. parte B. Balbini Boh. doctae a C. R. Ungar a. 1780 editae occurrant signaturae cum hoc catalogo prorsus congruentes, easdem codicibus adscriptas esse a. 1770—1780 haud ineptum est colligere. Quas adscripsisse et codices in novum ordinem redegisse Leopoldus Scherschnik videtur, qui C. M. Charuel, S. J. quondam bibliothecarium, postea primum bibliothecae publicae praefectum, inde ab a. 1774 in rebus agendis adiuvabat[20]), quamquam veri simillimum est eundem iam antea historicorum studiorum causa in bibliotheca Clementina codicibus indagandis operam dedisse, id quod ipse Dobner[21]) his verbis testatur: »Scherschnik omnium manu scriptorum bibliothecae Clementinae accuratum catalogum conscripsit.« Scherschnikio igitur, quamquam iam a. 1776 Praga abiit, debetur codicum manu scriptorum catalogus, cuius exemplar a. 1781 descriptum adhuc exstat. In serie eius passim desunt signaturae spectantes ad codices, quos iam librarius non repperit, quamvis etiam socordia eiusdem passim appareat. Is aliquando veri status immemor titulos codicum scribebat, quos cum postea non inveniret, nota »deest« instruebat; sed nonnunquam per errorem[22]). Socordiae tribuo, si quando signaturam posuit sine titulo vel signaturarum ordinem permutavit. In partibus huius catalogi Y. III. 6 et II. 7 (etiam hoc hysteron-proteron praeproperae festinationi adscribo) complures signaturae cum titulis calamo inductae occurrunt, qui libri profecto nobis desunt, cum ab ipsis Jesuitis commissariorum permissu combusti sint[23]). Catalogo huic addita est series titulorum alphabetica mendosa et minime integra.

Ad codices manu scriptos ceterorum S. J. collegiorum catalogus hic non spectat, comprehendit autem codices bibliothecae Clementinae minoris, in qua asseverante Hanslikio libri veteris collegii Carolini et monasterii Ojvinensis olim asservabantur. Ideo titulus libro a. 1781 inscriptus non iustus est; nam tum bibliotheca nostra plures codices habebat, quam ibi describuntur. Quod hoc modo explicandum esse puto. Cum in bibliothecis ceterorum S. J. collegiorum et in nova Carolina pauci libri manu scripti libris excusis intermixti inessent, officiales bibliothecae publicae nuper instauratae a. 1781 hi codices incogniti aliquantisper latebant; qui postquam reperti sunt, quia interea confluentibus undique e monasteriis abolitis codicibus novis catalogus Scherschnikianus inutilis esse videbatur, in eo non sunt inscripti sed sepositi, donec novus catalogus pararetur. Referuntur autem Scherschnikiano catalogo 1337 numeri, ex quibus si dempseris 89 aut praetermissos aut a. 1781 iam

[17]) B. Balbini Boh. docta ed. Ungar III, 70. Quod vero paucos libros tunc in Carolino superfuisse dicit (ibidem 73), non ad verbum debet accipi.

[18]) Quorum inscriptiones »ex Owyn« supersunt, latini sunt 24 (cf. indicem infra). Nuperrime vir humanissimus M. O. Sauppe, parochus Lückendorfensis, duas librorum tabulas comiter mecum communicavit, quos a. 1556 P. Canisius ex monasterio Ojvinensi Pragam devexerat. Libri in iis tabulis denotati sunt circiter 280, sed tam indilegenter et inepte descripti, ut ne unum quidem ex 24 nostris codicibus ibi agnoverim. De tertia librorum ex Ojvino vectura, quam a. 1560 P. Hurtadus Perez perfecerat, neque Sauppe quidquam accepit neque ego didici praeter id, quod Hanslik refert (l. c. 44).

[19]) Data occasione hic commemorandam esse puto seriem codicum historicorum bibliothecae Clementinae, quam clarissimus vir F. M. Pelzel operi suo »Kurzgefasste Gesch. d. Böhmen« I, Prag 1774 p. 654 adiecit. In qua serie perpauci codices sunt signaturis carentes, attamen nonnulli, qui nunc desiderantur.

[20]) Wurzbach, Biogr. Lex. XXIX, 220.

[21]) Dobner, Monum. IV, 2.

[22]) Ex. gr. desideratus ab eo codex Y. I. 1. n. 96 habetur apud nos sub sign. V. F. 16; Y. I. 1. n. 127 sub VIII. H. 76; Y. I. 3. n. 29 sub V. B. 3; Y. I. 4. n. 83 sub III. B. 21.

[23]) Hanslik l. c. 69.

desideratos aut calamo inductos, supererunt 1248 codices[24]), qui a Jesuitis Clementinis novae bibliothecae publicae tradendi erant; sed re vera traditi sunt paulo plures, sicut patet ex numero supra posito, quamquam nonnulli nunc desiderantur, quos habet catalogus a 1781 (ex. gr. Y. I. 2. n. 27, quem etiam citat Pelzel, Wenzel IV, 2. Th. — 1790 — p. 165, Y. II. 5. n. 27).

E ceteris S. J. collegiis bohemicis 148 codices latini, quorum origo certa est, ad nos provenerunt, plerique e Crumloviensi et Ignatiano Pragensi, ex nova autem bibliotheca Carolina circiter 5. Habebantur igitur in nova bibliotheca publica a. 1781 circiter 1500 latini codices, cum iubente Josepho II. imperatore magnopere aucta est copia codicum nostrorum ex bibliothecis aliorum monasteriorum in regno Bohemiae recens abolitorum. Quot latini codices, quatenus origo eorum certa est, ex unoquoque monasterio nobis accreverint, indigitat tabula in fine huius catalogi posita[25]); hic summatim commemoro nos accepisse:

a *canonicis regularibus s. Augustini* (Třebonensibus, Borovanensibus, Carloviensibus)	339	codd.
a *Cisterciensibus* (Coronensibus, Sedlecensibus, Plasensibus, Vallensibus, Doxanensibus)	158	»
a *Benedictinis* (ad S. Georgium, ad S. Johannem sub rupe, ad S. Nicolaum, in Břevnov, in Kladrub, in Sazava) . .	76	»
ab *eremitis s. Augustini* (ad S. Wenceslaum, Taboriensibus, Tustensibus)	39	»
a *Praemonstratensibus* (Chotěšoviensibus, Teplensibus) . .	25	»
a *Crucigeris* (cum rubeo corde, cum rubea stella, Zderaziensibus)	17	»
a *Cartusianis* (Waldicensibus)	17	»
a *Dominicanis* (Budvicensibus, Jablonensibus, Pisecensibus, Plznensibus, Pragensibus ad S. Annam)	17	»
ex ceteris minorum gentium monasteriis	43	»
summatim . . .	731	codd.

Tot igitur latinis codicibus, quorum origo notis inscriptis declaratur, aucta est bibliotheca nostra e diversis monasteriis inde ab a. 1782 abolitis. Sive traditorum codicum numerum (262) sive praestantiam reputamus, ceteris omnibus antecellit monasterium Třebonense, in quo ab initio litte-

[24]) Scherschnik (cf. Balbini Boh. doct. ed. Ungar III, 70) computavit 1234, qui numerus iustior esse videtur.

[25]) Eadem tabula docet nonnullos codices nescio quo modo nobis obtigisse etiam e monasteriis non abolitis.

rarum studia floruisse perhibentur.[26]) In codice nostro 2625 f. 15ᵇ—18ᵇ etiam antiquissimus eiusdem monasterii catalogus librorum saec. XIV exeunte compilatus occurrit. Codicum circiter 180 eidem inscriptorum maxima pars nunc apud nos exstat. Post monasterium Třebonense singulari commemoratione dignum esse videtur celeberrimum monialium ord. S. Benedicti coenobium ad S. Georgium in castro Pragensi, ex quo multi et praestantes libri liturgici (56) ad nos pervenerunt; item conventus eremitarum discalceatorum S. Augustini ad S. Wenceslaum, cuius litteraria supellex (37 latini codices) inprimis historiae patriae studiosis commendatur.[27]) Quo fato codices nonnulli (in quibus pretiosissimum evangeliarium quod dicitur Vyšehradense n. 2426) ex bibliotheca seminarii archiep. Prag., item codex 202 olim Basileensis, item codex 1656 ex celeberrima bibliotheca Corvina (eiusdem quondam codicem 1655 a. 1802 Fort. Durich nobis donavit), et octo codices diversarum ecclesiarum nobis obtigerint, plane ignoramus.

Si magni codicum thesauri, quem bibliotheca nostra e diversis monasteriis et intercedente Clementino e pristinis universitatis Pragensis collegiis obtinuerit, rationem habemus, incrementum eius e singulis donationibus (85) videtur esse exiguum. Laudanda tamen et praedicanda sunt haec dona: cod. 113 Francisci com. de Kolovrat, 2425 senatus Vetero-Pragensis, denique 1427—1436 et 1462—1469, quos codices vir nobis amicissimus Johannes Peisker, olim collega nunc c. r. bibliothecae Grecensis custos, undique conquisitos in forulis nostris reponens, ut ita dicam, posteritati servavit.

Unde igitur codices nostri latini provenerint, quoad eius potest agnosci, omnibus supra explicatis in unum collectis haec brevis tabula docet.

C. r. publica et universitatis Pragensis bibliotheca, ut ex hoc catalogo patet, possidet latinos codices		2727
Ex his provenerunt a Jesuitis collegii Clementini	1165	
a Jesuitis ceterorum collegiorum	148	
ex aliis monasteriis postea abolitis	731	
e diversis bibliothecis et ecclesiis	18	
a donatoribus	85	
in bibliotheca nostra ipsa exarati sunt[28])	39	
Summa hac . . .		2186
deducta de summa superiore restant . . .		541

[26]) Cf. F. Mareš, Literární působení kláštera Třebonského, Čas. Mus. 1896 p. 521—547. Cur Hanslik enumerans monasteria librorum traditorum numero et praestantia conspicua (l. c. 81—83) et Třebonense et Borovanense silentio neglexerit, valde miramur.

[27]) Catalogum codicum manu scriptorum huius monasterii ed. Riegger Archiv II (1793) p. 650—661.

[28]) Hic numerus veteres librorum nostrorum catalogos imprimis complectitur.

codices maximam partem veteribus ligaturis spoliati, qui unde provenerint ignoramus. Quorum codicum si dimidiam partem monasteriis addiderimus, sicut supra alteram Jesuitis Clementinis addidimus, apparebit summa codicum e monasteriis acceptorum paululo tantum maior, quam fuit summa codicum latinorum, qui e pristinis universitatis collegiis provenerunt. Itaque omissis aliis incrementis minoribus *dimidiam partem codicum latinorum e monasteriis, alteram e pristinis universitatis collegiis nobis obtigisse facile probatur.*

Ubi primum bibliothecae nostrae officiales ab ingenti labore, quem in recipiendis, ordinandis, describendis diversorum monasteriorum libris consumpserant, paululum respiraverunt, secundo saec. XIX decennio codicibus quoque manu scriptis ordinandis et describendis operam dabant, quia Scherschnikii catalogus, de quo supra diximus, copia codicum geminata et in ampliores forulos pristini musaei mathematico-astronomici transportata iam parum utilitatis praebebat. Quando hoc opus inchoaverint, certo nescimus, sed ad finem deduxerunt a. 1819, ut declarat decretum c. r. gubernii 7. april. eiusdem anni bibliothecae nostrae redditum.[29]) Quod opus, quamvis parvi sit pretii, Joannem Zimmermannum scriptorem, quippe qui demum 20. iulii 1815 bibliothecae nostrae adiunctus sit, solum perfecisse minime ad verum accedit; sane maxima pars schedarum descriptivarum, e quibus postea codicum catalogi contexti sunt, ipsius manu exarata est. Is nimis celeritati studens parum diligentiae adhibebat, quod inprimis manifestum est in forulis I, VI, VII, XI—XV codices monasteriorum inde ab a. 1782 abolitorum comprehendentibus, in quibus maximam partem operum tantum initialium ratio habita est. In describendis codicibus forulorum III—V, VIII—X, qui libros Jesuitarum Clementinorum manu scriptos maximam partem comprehendunt, exoptato adminiculo catalogi Scherschnikiani usus est, qui cum multo accuratior esset, corrigendi tantum et supplendi munus ei obeundum erat. Cui muneri Zimmermannus noster minime satisfecit. Ut appareat, quam vilis opera eius fuerit, codicem 1925 (nunc X. E. 24, apud Scherschnikium Y. I. 1. n. 3 signatum) producimus, cuius opus primum sub auctore »Petro Lombardo« in catalogum retulit falso anno 1407 addito, quamquam in catalogo Scherschnikiano recte inducitur »Johannis Hus Lectum (sic pro lectura) super I Sententiarum« cum iusto anno 1412. Ibidem recte inscriptum opus alterum »Eiusdem Defensio libri de Trinitate Joa. Vicleph« perverso atque inepto titulo »Johannis Viclephi Defensio libri de Trinitate Johannis Huss« permutavit. Ibidem recte inscriptam »Jacobi de Misa Defensionem libri

[29]) Hanslik (l. c. 131) catalogum codicum latinorum a. 1811—1818 elaboratum esse affirmat, Spirk autem (l. c. 44) eorundem codicum catalogum iam a. 1815 absolutum esse falso opinatur.

Decalogi Joa. Vicleph« hoc falso titulo instruxit: »Jacobi de Misa Defensio libri dialogorum Joa. Wiclephi.« Quin etiam in codice 1805 (X. A. 2, ante Y. II. 4. n. 2.) »Albertum filium Rokizanis« (!) invenit, quamquam antiquus catalogus recte ponit »Ranconis«. Licet autem Zimmermannus monstri simillimus fuisse videatur, tamen non ausim tot et tantarum mutilationum, quae in codicibus nostris occurrunt, eum insimulare, quantopere Hanslik (l. c. 123) insimulavit, cum mihi persuaserim complures codices tempore multo vetustiore et passim eo consilio mutilatos esse, ut incogniti a furoribus vindicarentur. Sed utcunque se res habet, id certum est, si Scherschnikii catalogum comparaveris, Zimmermannum in describendis codicibus parum profecisse, ut sane mireris eius catalogum usui et officialium bibliothecae et virorum litteratorum tantisper inservisse.

Attamen hi utrique, ut hic catalogus saltem ex aliqua parte corrigeretur et suppleretur, alii aliter procedente tempore operam dabant. Cum iam Hanslik in libro suo complures codices pretiosiores descripsisset, vir celeberrimus P. J. Šafařík, bibliothecae praefectus, opuscula codicum miscellaneorum catalogi Zimmermanniani exscribenda et secundum alphabetum ordinanda curavit, qui catalogus schedulis contextus adhuc exstat. Cui successit strenuus vir J. Hanuš, qui permultas schedas descriptivas correxit et supplevit, in codicibus latinis, quod valde dolendum est, peiore usus fortuna quam in bohemicis. Ut ad extraneos transeam, clarissimi historiae scrutatores Pertz et Wattenbach iam a. 1847—49 in Archiv f. ält. deutsche Gesch. IX, 469—472 et X, 657—670 codices nostros, quos ad historiam spectare in Zimmermanni catalogo offenderant, accuratius descripserunt. Sed et nostratium diligentiae et studio plurimum debemus. Vir maximae industriae C. Höfler non solum in operibus suis (inprimis in Scriptoribus rer. husis. et in Conciliis Pragensibus) multos codices excerpsit, sed etiam in vetere catalogo ipso complures titulos emendavit; duo autem alii universitatis Pragensis professores dignissimi, Frid. Schulte et Joh. Kelle, codices quosdam nostros singularibus commentariis a reg. Societ. scient. Bohemica editis accuratissime descripserunt, alter codices ad ius canonicum spectantes (»Die canonistischen Handschriften in Prag« a. 1868), alter codices scriptorum aevi antiqui (»Die klassischen Handschriften bis herauf zum vierzehnten Jahrhundert« a. 1872). Praeterea eundem virum doctissimum J. Kelle, cuius diligentiae bibliotheca nostra etiam tabulas vetustiorum codicum germanicorum in Serapeo XX (1859) acceptas refert, in eiusdem ephemeridis tomis XX—XXII (a. 1859—1861) complures codices latinos, quibus interspersa sunt opuscula germanica, excussisse minime negligendum puto.

Sed quamvis omni laude digni sint viri, qui singulis codicibus nostris accuratius describendis operam dederint, tamen id, quod iam Hanslik

summo opere expetiverat,[30]) nuperrime autem vir clarissimus Jar. Goll impensius exoptavit[31]), ut *omnes* codices accuratius describerentur, secundum eventum propterea potissimum diu non habuit, quod ad ultima usque tempora bibliotheca nostra officialium penuria laborabat. Quod impedimentum cum tandem doctissimo Rich. Kukula, qui bibliothecae nunc praeest, prospiciente et c. r. ministerio eruditionis publicae suppetias ferente utcunque superatum esset, huic magno et tamdiu desiderato operi licentia obtenta a. 1897 totum me tradidi. Innisus iis, quae viri supra laudati praeparaverant, et fretus adminiculo, quod huius rei peritissimi auctores suppeditabant,[32]) post laborem septem annorum hunc catalogum codicum latinorum bibliothecae Clementinae confeci.

De totius operis ratione haec breviter sunt praemonenda. In fronte uniuscuiusque descriptionis ponitur signatura, quae hodie valet, quam sequitur uncinis inclusa signatura vetus eorum codicum, qui ex bibliotheca S. J. Clementina et ideo maximam partem e pristinis universitatis collegiis provenerunt. Signaturas a sinistra praecedunt crassioribus typis

[30]) L. c. 148: »Dass daher eine gründliche Revision der Handschriften und eine berichtigende Umarbeitung ihres Katalogs dringende, unabweisbare Notwendigkeit ist, wird wohl Niemand in Zweifel ziehen.«

[31]) Athenaeum 1886 p. 181.

[32]) Magnae utilitati mihi fuerunt hi catalogi: Bandini, Ang. M., Catalogus codicum latinorum bibliothecae Mediceae Laurentianae. Tom. I—V. Florentiae 1774—78.

Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis. Tom. I, p. 1—3; II, p. 1—4. Monachii 1868—1881.

Czerny, Alb., Die Handschriften der Stiftsbibliothek St. Florian. Linz 1871.

Dudík, Dr. B., Iter Romanum. I. u. II. Th. Wien 1855.

Dudík, Dr. B., Handschriften der fürstl. Dietrichsteinschen Bibliothek zu Nikolsburg. Wien 1868.

Hübl, Dr. Alb., Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii ad Scotos Vindobonae servantur. Vindobonae et Lipsiae 1899.

Meier, Gab., Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Einsidlensi servantur. Tom I. Einsidlae et Lipsiae 1899.

Schum, Dr. Wilh., Beschreibendes Verzeichniss der Amplonianischen Handschriften-Sammlung in Erfurt. Berlin 1887.

Tabulae codicum manu scriptorum in bibliotheca palatina Vindobonensi asservatorum. Vol. 1—8. Vindobonae 1864—1893.

Wisłocki, Dr. Wład., Catalogus codicum manu scriptorum bibliothecae universitatis Jagellonicae. Cracoviae 1877—1881.

Xenia Bernardina. Pars II. Handschriften-Verzeichnisse. 1 et 2. Vindobonae 1891.

expressi codicum numeri currentes, ad quos spectant tabulae huius catalogi et index. Quorum numerorum quo facilior sit conspectus, ubivis catalogum nostrum evolveris, numerum descripti codicis primi in summa pagina sinistra, ultimi in summa pagina dextra invenies. Sequitur primum litteris cursivis descriptio habitus codicum externi (materiae, aetatis, numeri altitudinis et latitudinis foliorum, quot manibus exarati, num picturis ornati sint)[33]) et quidem notis tralaticiis, deinde litteris maioribus accurate describuntur opera, quae codicibus continentur, cum suis foliorum numeris.[34]) Quarum litterarum in describendo usurpavi formas duas: crassioribus auctores et tituli operum maioris momenti, item librarii et anni notantur, tenuibus cetera omnia, initia et fines operum, opuscula brevia, notae, excerpta, eius modi alia. Nomina auctorum, quae in codicibus non leguntur, sed aliunde exquisita sunt, inclusi uncinis, quos itidem crebro adhibui in diversis additamentis, quibus descriptiones supplentur. Titulis, qui neque in operum exordio neque in fine neque in registro inveniuntur, sed ex ipso argumento compositi sunt, notam »anepigr.« praefixi. Contra quaecunque verba (praesertim initialia et finalia) e codicibus ipsis deprompsi, signis » « includebam, eorumque utique integram scribendi rationem, qualis in codicibus est, retinebam, non tamen ita, ut maiusculas litteras pro minusculis, *i* pro *j*, *v* pro *u* passim ponere et annos arabicis numerorum notis exprimere vererer. Postremo litteris minoribus excusae sunt notae in operculis vel foliis praeligatis et adligatis occurrentes, quae plerumque priora codicum fata et possessores concernunt, nonnunquam historiam ipsam illustrant, et recensentur fragmenta antiquiorum codicum vel documentorum operculis non raro adligatorum vel adglutinatorum. Quibus notis finalibus passim (nonnunquam etiam descriptionibus ipsis) additus est apparatus qui dicitur litterarius eorum saltem opusculorum, quae ad historiam patriam illustrandam videntur esse alicuius momenti, saepe etiam aliorum. Nam cum minima pars latinorum codicum nostrorum (circiter 100) saec. XIV antiquior esset, maxima (circiter 2100) ad saecula XIV et XV referretur, quibus omnia divina et humana apud nos miscebantur, etiam in hoc apparatu conquirendo eorum inprimis librorum, qui illarum turbarum notas quasdam et vestigia prae se ferrent, ratio mihi habenda esse videbatur. Quem apparatum minime esse perfectum neque absolutum quamquam mihi conscius sum, tamen spero fore, ut historiae nostrae scrutatoribus hae quantulaecunque notae gratiores sint

[33]) In schedis huius catalogi autographis in posterum asservandis etiam annotabam, quomodo codices ligati essent et quot columnis librarii scripsissent, quas tamen notas, cum essent minoris momenti, hic omittendas putavi.

[34]) Veteres foliorum numeros, licet interdum vitiosos, retinere studebam melius putans tales codices, quorum folia multo ante »num.« (= numerata) sint, ab initio indicari quam numerorum seriem mutari.

quam prorsus nullae. Quin corrigenda et addenda in fine libri ante indicem posita plurimum augeri possint, nequaquam dubito, sed a benevolis et rei peritis arbitris, si in tanto et tam diuturno labore nonnunquam dormitaverim, veniam peto.

Huic catalogo in fine subiectae sunt diversae tabulae, quarum prima docet, unde bibliotheca nostra codices latinos acceperit, ceteris quasi sub uno aspectu ponuntur 2) codices latini saec. XIV antiquiores, 3) codices latini litteris initialibus pictis vel imaginibus exornati, 4) codices latini bohemice glossati vel interpolati, 5) codices latini, quibus admixta sunt opuscula bohemica, 6) codices latini germanice glossati vel interpolati, 7) codices latini, quibus admixta sunt opuscula germanica, 8) codices latini, in quibus insunt opuscula typis excusa vel imagines ligno aut aeri incisae, 9) codices latini, quorum operculis adligata vel adglutinata sunt fragmenta hebraica et liturgica. Postremo sequitur unico alphabeto contextus index personarum, locorum, rerum a Phil. Dre Vl. Kybal concinnatus, de quo, cum sua praefatiuncula instructus sit, hic copiosius dicere supersedeo.

Restat, ut gratias easque maximas agam viris de hoc catalogo optime meritis, qui plures sunt, quam ut omnes enumerari possint. Quod codices nostros manu scriptos accuratius describere coepi, inprimis excellentissimi viri GUIL. eq. HARTEL, c. r. eruditionis publicae ministri, favori et benevolentiae debetur, qui mihi de hoc opere cogitanti non solum benevole annuit, sed etiam catalogi typis excudendi spe iam tum illata, ut ita dicam, calcaria addidit. Easdem gratias refero excellentissimo eius antehac collegae ANT. REZEK, qui, ut est antiquitatis investigator diligentissimus, instituto meo contentissime suffragatus est. Neque etiam domi fautores benevoli et adiutores rerum peritissimi mihi deerant. Primo doctissimo viro RICH. KUKULA, bibliothecae nostrae praefecto acerrimo, plurimum debeo, qui, quantum fieri poterat, laborem meum sublevabat adiunctis mihi singulis diebus per unam horam bibliothecae officialibus, qui titulos operum manu scriptorum e schedis meis transcriberent et in ordinem alphabeti digererent, id quod mihi ad opus promovendum maximo usui erat. Eo modo partitis temporibus hi collegae amicissimi me iuvabant: Boh. Čermák († 1899), Joh. Šťastný, Boh. Navrátil, Fr. Studnička, Guil. Herzig, quibus hoc quoque loco debitas gratias refero. Suppetias easque maximas mihi crebro afferebant viri praestantissimi atque doctissimi JAR. GOLL, universitatis Pragensis professor dignissimus, et FERD. TADRA, collega suavissimus, ad quorum nutus nonnullos errores tempestive evitavi. Consummato tandem

opere cum de editione curanda agebatur, gratissimum mihi evenit, quod viri sine ulla dubitatione rerum peritissimi, universitatis Pragensis professores illustrissimi, HENR. SINGER, CAM. HENNER, SAM. STEINHERZ, JAR. GOLL, quem iam supra laudavi, laborem catalogi huius examinandi pro suo quisque studiorum genere benigne subierunt et opus approbatum typis excudendum commendarunt. Quod autem catalogus nostrorum codicum latinorum in lucem prodit, primum munificentiae c. r. ministerii eruditionis publicae, deinde studio et liberalitati Regiae Societatis Scientiarum Bohemicae acceptum referimus. Magni etiam aestimandum puto adiumentum promtissimo animo mihi praestitum a dre V. Kybal, qui non solum in libro corrigendo multum laboris mecum consumpsit, sed etiam hunc catalogum uberrimo indice instruxit.

Denique nihil amplius exopto, quam ut thesauris litterariis hac clave communi usui patefactis antiquitatis studia apud nos quam maxime promoveantur et augeantur.

Pragae kal. Jan. 1905.

Conspectus codicum

hac parte descriptorum secundum forulos et signaturas.

				pag.
Foruli	I.	codices	1—339	1—144
»	II.	»	340—385	144—150
»	III.	»	386—576	150—236
»	IV.	»	577—791	236—321
»	V.	»	792—1011	322—421
»	VI.	»	1012—1196	422—474
»	VII.	»	1197—1403	474—524
»	VIII.	»	1404—1665	525—616

---

1 *I. A. 1.* *(Y. II. 4. n. 8.)*

chart. saec. XVI—XVII ff. 206 num., 32 × 20 cm. d. m.

Historia collegii S. J. Pragensis ad S. Clementem ann. 1555—1610 nec non 1618 et 1620 auctoribus patribus eiusdem societatis.

f. 1ª—19ᵇ Historia fundationis collegii Pragensis 1555—1565 auctore **Georgio Varo,** inter f. 1 et 2 sex ff. excisis, quibus anni 1556—1566 erant descripti, mutilata, ab aliis auctoribus continuata usque ad a. 1578. Item excisum est fol. unum inter 11 et 12. F. 20 vacuum est.

f. 21ª—156ª »Historia collegii Pragensis ad S. Clementem ab ipsis eius initiis diligenter, omnibus archivi manuscriptis, diariis et rectorum schedulis, verbo omnibus memoriis sursum deorsum, ut ita dicam, pervolutatis et percursis descripta a P. B. B. S. J. (= **P. Bohuslao Balbino?**)« — et ab aliis tractata usque ad a. 1610. F. 157—173 vacua sunt.

f. 174ª—177ª Narratio eiectionis factae a. 1618.

f. 178ª—192ª Historiae collegii Clementini anni 1582—1597, quae pars supra exciderat. F. 193—196 vacua.

f. 197ᵇ—198ª Historia anni 1620 post reditum in Bohemiam. (Medium f. inter 197 et 198 excisum est).

f. 199ª—200ª Index historiae.

f. 201ª—206ª (giutine insert.) **Monita privata Societatis Jesu.** (Duo exemplaria, quorum alterum mancum est. Opus typis editum Cosmopoli 1668).

In margine f. 1ª haec nota occurrit: »Historiam hanc et primordia collegii Prag. conscripsit P. Georgius Varus, sed ultra 1565 non perduxit. Porro hunc librum cum Saxones occupata Praga abstulissent, apud nescio quem Praedicantem in Misnia reliquere, quem a. 1680 redemit Th. Herman parochus Flehensis et Duxoviam ad nostros patres B. Balbinum et J. Tanner attulit, qui eum archivo Prag. collegii restituerunt.« E codice nostro (ex annalibus posterioribus) excerpta in linguam bohem. versa edid. W. W. Tomek Čas. Mus. 1844. Schmidl, S. J. historiographus, de codice nil habet in praefatione. Cf. Hanslik, Gesch. d. Prag. UBibl., p. 53.

2 3 *I. A. 2.* (Y. III. 5. n. 21 et 22.)

Codices duo chart. autographi saec. XVIII ff. 115 + 70., 35 × 21 cm.

Duffiadis historia Caledoniae seu Scotiae sub titulo »Fergenidis«.

Cod. **a** f. 1ª—7ᵇ Fergenidis praefatio. f. 8ª—56ª Caledoniae Prodromus seu Dissertatio de antiquitate Scotorum in Albione. f. 56ᵇ »Hanc dissert. concepi et scripsi Duaci in Belgio a. 1728, nunc iterum illam limavi ac auxi Pragae a. 1740. Duffiades.« f. 57ª—85ᵇ Appendix de critico conamine Thomae Inness M. A., quod anglico sermone prod. Londini 1729. f. 76ᵇ »Innesius uno verbo: Herostratus. Ita censeo Duffiades. Pragae ad S. Clementem 29. Aug. 1740, et ab hodie aetatis meae 70 incoatur.«

f. 86ª—115ᵇ. **Fergenis,** h. e. chronologica series Albinorum seu Scotorum regum a Fergusio I. ad Jacobum III. f. 115ᵇ »Ex collegio S. Clem. Pragae Cal. Maii a. 1742 aetatis 72, a conversione ex calvinismo 50, vitae religiosae 46, Gallo milite Civitatem occupante. Duffiades.«

Cod. **b** f. 1ª—53ᵇ Fergenis (idem opus atque Ferg. cod. **a**). f. 54ª—55ª Praefatio (ad opus praecedens), quam sequitur hic titulus: f. 55ᵇ Fergenis, id est Series regum Albinorum seu Scotorum (etc. ut supra) studio et opera Duffiadis. f. 56ª—70ᵇ In Fergenidem Excursus, quorum in fine (f. 69ᵇ) dedicatio ad regem et haec subscriptio: »Sum enim T. M. obsequentissimus et humillimus in Christo servus Duffiades. Pragae Augusti 28 a. d. 1745.«

4 *I. A. 3.*

chart. saec. XVII ff. 105 num. 32 × 19 cm. d. m.

»**Vandalo-Bohemia**, Opusculum novum et curiosum, in quo res diversae spectantes ad nationem Bohemicam, scripta (sic) per . . . **Maximilianum Rudolphum baronem Schleinicensem**« (episcopum Litomericensem. Fragmentum operis huius ed. Dobner Mon. I, 222 sq.)

In margine passim occurrunt **notae Boh. Balbini.** Subest in hoc codice tantum pars I operis Schleiniciani (cf. Balbini Boh. docta ed. Ungar II, 127). Falso attribuit hoc opus Hammerschmiedio A. Ruffer Čas. Mus. 1834 p. 206.

5 *I. A. 4.*

chart. saec XVIII (1715—1720) ff. num. 39, 34 × 20 cm. 1 m.

Series supremorum quorundam officialium regni Bohemiae usque ad ann. 1715—20 auctore anonymo (N. W.).

f. 1ª—37ᵇ Nomina veterum et modernorum . . . dominorum regni Bohemiae procerum (+ alia manu:) et aliorum regni officialium scilicet etc. f. 19ᵇ Series supremorum burggraviorum hic interrupta continuatur in fol 25. f. 32. Series officialium ann. 1703—12 alia manu contexta. F. 33—35 vacua. f. 39ᵇ **Verrichtungen bey denen königl. Crönungen deren Obrist-Landtofficieren im König Reich Böheimb.** Unterschrieben: **Johann W. Pellet** bey der k. grösseren Landtaffel Ingrossator 14. Dec. 1714.

Inter MS **Hammerschmiediana** a Ruffero (Čas. Mus. 1834) consignata occurrit opus eiusdem fere tituli.

6 *I. A. 5.*

chart. saec. XVII ex. ff. 42 num. 33 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª (Titulus manu recentiori:) **Historia regiae urbis Launae ab anno 1517** (usque ad a. 1631) **combinata et conscripta opera Joannis Floriani Hammerschmid.**

f. 2ª—42ᵇ De Launa regni Bohemiae regia civitate.

f. 3ª. De monasterio Launensi ordinis S. Mariae Magdalenae de poenitentia (auctor subscr: **Raphael Mnischowsky,** qui † 1644).

In fronte tegumenti chartacei hic titulus occurrit: »Memoriae Regiae Civitatis Launae. G. G. G.«, qui satis congruit cum MS. inter Hammerschmiediana a Ruffero (Čas. Mus. 1834 sub num. 55) consignato.

7 *I. A. 6.*

chart. pict. 202 tabul. num. saec. XVI 32 × 21 cm.

(Titulus manu rec. in fronte tab. 1 inscriptus hic est:)

Simulacra Principum Austriae e Domo Habsburgica et nobilium tam Austriae quam Sueciae in ecclesia Koenigsfeldensi in Helvetia sepultorum ex parietibus ejusdem vetustae ecclesiae desumpta.

f. 1ª Andreas rex Ungariae. f. 2ª Elisabeth regina Romanorum. f. 2ᵇ Imago monast. Königsfeld. saec. XVI, f. 3ª Agnes regina Ungariae (fundatrix monast. Königsfeldensis). f. 4ᵇ Rudolfus rex Romanorum. f. 5ª Imago arcis Habsburg saec. XVI, f. 6ª Rudolfus rex Bohemiae. f. 6ᵇ Quomodo interfectus sit Albertus rex a Johanne Parricida. f. 7ª Albertus Romanorum rex etc. f. 16ª Herzog Leopoldt von Österreich († 1386 apud Sempach). f. 17ª Hans von Ochenstein (cum hac nota marginali:) hie volgen nach Acht und Zwainzig Herren so Herzog Leopoldt Räth seindt gewest. f. 44ª Geörg Kuche-meister aus Schwaben, Rath. Hie haben Herzog Leopolden Räth ein Endt. f. 70ª Otto Maninger der Linkh (cum nota marginali:) »bis auf dato seindt 210 Jahr. 1569.« (Ideo codex vetustior est, quam putat Hanslik.)

Titulus in fronte inscriptus non est accuratus, nam in codice occurrunt etiam depicti nobiles Suevi, Wirtembergenses, Alsacenses et a. »Die abgebildeten Personen sind zum Theil im königl. Ornat, zum Theil in voller Rüstung in betender Stellung auf ihren Wappenschildern knieend dargestellt, während der eigenthümliche Schmuckhelm sammt Zugehör dem Haupte jedes einzelnen Ritters zur Seite abgebildet erscheint« (Hanslik S. 613). In operculo super. eadem manus, quae titulum inscripserat, annotavit: »emptus 20 fl.«

8 *I. A. 7.*

chart. saec. XVII et XVIII ff. 111 num., 30 × 20 cm. d. m.

f. 1ª »**Anima genuina Historiae Publicae nostrorum temporum ab a. 1519 seu Idea Machiavellica sesquiseculi Gallicani**« etc. (Supplementum quoddam libri germanici, qui »**hoc anno 1675** prodiit sub titulo Machiavellus Gallicus.«)

f. 61ᵇ »Nos hic tandem totum tractatum nostrum Idealem concludimus.«

f. 62ª—85ᵇ Idem opus, scil. **Idea Machiavellica**, paululum abbreviatum. F. 86—89 vacua.

f. 90ª—95ᵇ **Sermo in dom. I post Pent.: Sanctus Quodvultdeus.** (saec. XVIII).

f. 96ª—111ᵇ **Pragensis Canonizationis B. Joannis Nepomuceni** Sacerdotis Canonici saecularis et Martyris **(institutio a Sede Apostolica praescripta)**. (Saec. XVIII.) Duo exemplaria.

F. 62 haec nota occurrit: Est conventus S. Wenceslai Neo-Pragae fratrum Eremit. discal. S. Augustini.

9 *I. A. 8.*

chart. saec. XVIII (circa 1721), autographus, a 2 scribis, auctore operis lat. et interprete germanico ff. 133 num. 30 × 21 cm.

f. 1ª (Titulus) **Geographia Bohemiae et Moraviae subterranea.** f. 2ª Registrum operis spectans ad mappas quasdam, quae desiderantur in codice nostro. f. 3 vacuum. f. 4ª—6ᵇ Praefatio. Vorrede. f. 7ª—130ᵇ Textus operis cum parallela strictiori interpretatione germanica. (Dim. pars inf. f. 100 resecta est.) f. 131ª—133ᵇ Index rerum alphabeticus, spectans solum ad textum latinum.

F. 78ᵇ et 92ª occurrit a. 1721, quo opus lat. conscriptum est. Interpretatio germ. paullo post videtur esse subsecuta.

10 11 *I. A. 9.*

Codices duo chart. autogr. a. 1758 exarati, quorum alter 201, alter 151 ff. num. 35 × 22 cm. tenet.

»**Adminicula poetica** ex variis authoribus poëtis collecta pro usu vario elogiastico . . . juxta methodum Gabrielis Rzaczynsky S. J. . . . authore **Josepho Ernesto Barisien**, viro ecclesiastico.«

In fol. non num. titulum praecedente occurrit nota: Dono datus ex benevolentia adm. rev. ac vener. D. Jos. Barisien anno 1766. Ex bibl. coll. Soc. Jesu Neo-Pragena ad S. Ignatium.

12 *I. A. 10.*

chart. autogr. a. 1753 ff. 114 num. 35 × 21 cm.

»**Repertorium Historico-Oratorium in praecipuas Manuscriptorum Materias, Elogiis qua Virorum qua Foeminarum inservituras**« (auctore **Josepho Ernesto Barisien**).

Auctor et scriptor in titulo non reperitur, sed si contuleris codicem praecedentem (I. A. 9) et subsequentes, facili coniectura J. E. B. agnosces, praesertim cum idem occurrat codicis donator a. 1766 in fol. tit. praecedente. Ex bibl. coll. S. J. Neo-Pragensis.

13 *I. A. 11.*

chart. autogr. a. 1763 ff. 103 num. 35 × 22 cm.

»**SS. aliquot Patrum et Scriptorum Ecclesiae opera in unum hoc parvum Volumen coacta a J. E. B.**« **(Josepho Ernesto Barisien). Pragae.**

Anno 1763. (Re vera liber continet **Syllabum operum SS. Patrum et Scriptorum Ecclesiae**).

Ad calcem tituli haec nota est: Omnes illi Patres hic consignati prostant in bibliotheca sumptuosissima archiepiscopi Pragensis, ex quorum operibus ego ea omnia exscripsi etc. In fol. tit. praec.: Dono dati (sic) ex benevolentia Jos. Barisien 1766 (sine dubio sicut codices praeced. et subseq. bibliothecae collegii S. J. Neo-Pragensi).

14 *I. A. 12.*

chart. autogr. a. 1760 ff. 126 num. 35 × 22 cm.

»**Quatuordecim Imagines, sapientum dictis expressae . . . compilatore** (sic) J. E. B.« **(Josepho Ernesto Barisien).** Pragae 1760. (Producuntur hic loci scriptorum classicorum ad virtutes quasdam et hominum ordines spectantes.)

Quamquam in fronte libri huius rei mentio non fit, procul dubio codex donatus est a compilatore sicut codices praecedentes et subsequentes bibliothecae collegii S. J. Neopragensi.

15 16 *I. A. 13.*

Codices duo chart. autogr. a. 1755 et 1756 exarati, quorum alter (a) *264, alter* (b) *289 ff. num. 36 × 21 cm. continet.*

(Titulus I.) Notata de Haeresiarchis et Haeresibus. (Titulus II.) Notata, seu **Lexicon haeresum pene omnium**, quae a reparatione mundi ad nostra usque tempora insurrexerunt, ex veterum recentiorumque ecclesiasticarum rerum scriptoribus erutae et in unum volumen ordine alphabetico reductae a J. E. B. **(Josepho Ernesto Barisien.)**

Dono dati a J. E. Barisien bibl. collegii S. J. Pragae ad S. Ignatium a. 1766.

17 *I. A. 14.*

chart. autogr. a. 1755 ff. 322. num. 35 × 21 cm.

»**Notata de Atheismo, Ethnicismo, Judaismo, et Philosophismo historice conscripta**, subinde in debitum ordinem redigenda. Pars I. Anno Domini 1755. J. E. B.« (= **Josephus Ernestus Barisien.**) (Pars II sequitur a fol. 210 usque ad 322).

Codex ab auctore a. 1766 donatus bibliothecae cellegii S. J. Pragae ad S. Ignatium.

18 19 *I. A. 15.*

Codices duo chart. autogr. a. 1757 ff. 323 + 296, 33 × 21 cm.

»**Polyanthea Haeresum** a Philosophorum Placitis Gentiliumque Fabulis inchoata, Judaeorum Deliramentis continuata, nec non Haeresiarcharum Erroribus a tempore Apostolorum ad nostra usque tempora deducta. Compilatore **Josepho Ernesto Barisien**, qui hoc opus post multorum annorum laborem a. 1757 consummavit.« Tom. I. A—L. Tom. II. M—U.

Dono dati a. compilatore bibl. collegii S. J. Neo-Prag. ad S. Ignatium a. 1766.

20—22 *I. A. 16.*

Codices tres chart. autogr. a. 1751, quorum a *ff. 290,* b *343,* c *122 num. 35×22 cm. continet.*

(Titulus a & b:) Supplementum in **Fragmenta sapientum** auctore **Josepho Ernesto Barisien.** 1751.

Tom. I. A—H, Tom. II. J—V.

(Titulus c:) Supplementum secundum Fragmentorum sapientum.

Fragmentorum, quae codicibus his supplentur, exstat apud nos solum vol. II. sign. I. A. 24. Donat. ab auctore bibl. collegii S. J. Pragae ad S. Ignatium a. 1766.

23 *I. A. 17.*

chart. autogr. saec. XVIII ff. 134 num. 35×22 cm.

»Supplementum secundum **Fragmentorum Poëtarum.**« (Auct. **Josepho Ern. Barisien.)**

Fragmenta poëtarum ab eodem auctore collecta v: I. A. 18 & 19 et Appendicem ad eadem Fragmenta sign. I. A. 20. Cf. etiam librum a. 1747 typis editum sub eodem titulo: Fragmenta poëtarum. Cod. auctor 1766 don. bibl. collegii S. J. ad S. Ignatium.

24 25 *I. A. 18.*

Codices duo chart. autogr. a. 1744, quorum a *ff. 417,* b *296 num. 34×21 cm. continet.*

»**Fragmenta poëtarum** antiquiorum, tum recentiorum **in varios titulos materiarum copiosarum congesta** . . . in usum poëtophilorum conscripta et multorum annorum labore conquisita a **Josepho Ernesto Barisien** anno 1744.«

Tom. I. A—L, Tom. II. M—Z.

Cf. Fragmenta poëtarum ab eodem auctore sub eodem fere titulo collecta, sign. I. A. 19, item Appendicem ad eadem fragmenta I. A. 20. et Supplementum secundum I. A. 17., nec non librum ab eodem auctore 1747 sub eodem fere titulo Pragae typis editum. Quarum omnium collectionum nostra videtur esse copiosissima. Bibl. collegii S. J. Neo-Pragae ad S. Ignatium.

26 27 *I. A. 19.*

Codices duo chart. autogr. a. 1746, quorum a *246,* b *103 ff. num. 35×21 cm. continet.*

(Tit. cod. a:) **Fragmenta poëtarum** veterum recentiorumque, pondelosioribus metris cum laudi cum vituperio inservituris . . . proposita . . . luci publicae exposita a **Josepho Ernesto Barisien.** Pragae aera Christiana 1746. (Duae partes usq. f. 216.)

f. 217—246. **Lutherus, secta ejus et praedicantes.** (Carmina invectiva in Lutherum auctoris anonymi, quorum initio haec nota occurrit in margine: Ausz dem unsterbl. Luther gezogen. Impress. Viennae 1699).

Tit. cod. b idem est atque prioris, et videtur continere codex supplementum primum (secundum v: I. A. 17) praefatorum Fragmentorum.

Cf. codices sign. I. A. 18. & 20., item librum eiusdem auctoris sub eodem titulo Pragae 1747 typis editum, qui tamen cum cod. nostris ms. non omnino concordat. Codices donati ab auctore a. 1766 bibliothecae collegii S. J Neo-Pragensi ad S. Ignatium.

28 *I. A. 20.*

chart. autogr. saec. XVIII ff. 255 num. 34×21 cm.

»Appendix ad **Fragmenta poëtarum**« (auctore **Josepho Ernesto Barisien**).

Fragmenta poetarum auctore J. E. Barisien v: I. A. 18. & 19. et ad eadem Supplementum secundum I. A. 17. Cf. etiam librum a. 1747 ab eodem typis editum Pragae. Bibliothecae collegii S. J. Neo-Pragae ad S. Ignatium (sicut codices praecedentes et subsequentes donavit auctor).

29 *I. A. 21.*

chart. autogr. a. 1754 ff. 116 num. 35×22 cm.

(Titulus I.:) **Lexicon Theologiae Moralis,** Omnes fere Definitiones, Divisiones et Subdivisiones uti et quasdam Juris Canonici complectens, alphabetico ordine congestum . . . conscriptum a **Josepho Ernesto Barisien.** Pragae 1742. De novo descriptum 1754.

(Tit. II:) Definitorium Theologiae Moralis etc.

Ab auctore a. 1766 donat. bibliothecae collegii S. J. Prag. ad S. Ignatium.

30 *I. A. 22.*

chart. autogr. a. 1762 exaratus ff. 62. num. 35×22 cm.

»**Index universalis in quinque Volumina** in folio **Miscellaneorum e variis Autoribus collectorum** Autore J. E. B. **(Josepho Ernesto Barisien).** Pragae a. 1762.« (Item): »Index II Gnomarum.«

Miscellanea ipsa v: XV. B. 1. Ab auctore a. 1766 donat. bibliothecae collegii S. J. Pragae ad S. Ignatium.

31 *I. A. 23.*

chart. autogr. a. 1763 ff. 40 num. 35×21 cm.

»**Index universalis in duo Supplementa Miscellaneorum e variis Autoribus collectorum** Autore J. E. B. **(Josepho Ern. Barisien.)** Pragae a. 1763.«

Supplementa ipsa v: XV. B. 1. Ab auctore a. 1766 donat. bibliothecae collegii S. J. Neo-Pragae ad S. Ignatium.

32 *I. A. 24.*

chart. autogr. saec. XVIII (ante a. 1751) ff. 379, 35 × 22 cm.

»**Fragmentorum Sapientum** Tom. II^us M—Z« (auctore **Josepho Ernesto Barisien**).

Tom. I eorundem Fragmentorum v: VII. B. 4. Supplementa Fragm. v. I. A. 16 (a, b, c) Ab auctore don. a. 1766 bibl. collegii S. J. ad S. Ignatium.

33 *I. A. 25.*

chart. autogr. a. 1735 ff. 370, 33 × 21 cm.

»**Haeresiographia** seu Consignatio Haeresum, quae a reparatione mundi ad nostra usque tempora insurrexerunt . . . collecta et ad usum proprium consignata a P. J. E. B. (**Josepho Ernesto Barisien**). 1735.«

Ex munificentia V. D. Jos. Barisien, presbyteri eccles. benemeriti bibliothecarii C. P. archiepiscopi collegio S. J. Neo-Prag. donatus 1771.

34 35 *I. A. 26.*

Codices duo chart. a. 1750 ff. 30 & 28 num., 33 × 21 cm. d. m.

(Tit. cod. a): **Codex constitutionum particularium ordinis Crucigerorum cum rubeo corde de Poenitentia Beatorum Martyrum**, canonicorum regularium S. Mariae de Metride Urbe sub regula S. Augustini **Pragae veteri Boëmorum ad ecclesiam S. Crucis Majoris** degentium . . . 1750. (Manu Joh. Car. Rohn exaratus.)

f. 29^a Nomina canonicorum omnium, qui ad observantiam constitutionum se obstringunt, propriis manibus notata cum sigillo praepositi.

f. 29^b—30^b Confirmatio earundem constitutionum per archiepiscopum J. M. G. com. de Manderscheid m. p. subscripta 15. Jan. 1762 cum sigillo archiep.

Cod. b eaedem constitutiones continentur transscriptae sed sine subscriptione et confirmatione.

Verisimiliter ex mon. S. Crucis M.

36 *1. A. 27.*

chart. saec. XVII ff. 43, 30 × 21 cm. 1 m.

Constitutiones et decreta pontificum maximam partem ad res monasticas et haereticam pravitatem spectantia.

f. 1 Constitutio Clementis VIII de largitione munerum regularibus interdicta, d. 1594.

f. 5^b Confirmatio eiusdem per Urbanum VIII, d. 1640.

f. 8^a Constitutio Urbani VIII de regularibus apostatis et ejectis ac de innovatione, declaratione et observantia generalium decretorum a Clemente VIII, ad regularium reformationem novitiorumque receptionem spectantium, editorum. D. a. 1624.

f. 29^a Constitutio Urbani VIII. de celebratione missarum ac de prohibitione illas moderandi seu reducendi, nec non de earundem oneribus

perpetuis suscipiendis et de religiosorum numero ultra redditus et consuetas eleemosinas non habendo. D. 1625.

f. 33^b Dubia et declarationes aliquot de celebratione missarum.

f. 37^a Decretum 15. dec. 1633 in generali congregatione S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita adversus haereticam pravitatem.

f. 41^a De obligatione denunciandi haereticos vel de haeresi leviter suspectos, et quod in materia haeresis non admittitur fraterna correctio, decretum congr. gen. d. 1660.

37 *I. A. 28.*

chart. saec. XV ff. 510, 31 × 21 cm. d. m.

f. 1^a—239^b **Johannis Brunarii de Bomiliardo** (sic! seu, ut f. 237^a appellatur, **Johannis Bonuli** ord. praed., qui apud Fabricium **Bromyardus** vocatur) **Tractatus iuris civilis et canonici applicati ad informationem morum et ad correctionem vitiorum** (cui alibi inscribitur: **opus distinctionum**). »Quoniam in sequenti tractatu« × »in quo finitur tractatus . . . fr. Johannis Bonuli ord. pred.«

f. 240^a—291^a **Veteris Testamenti libri: Proverbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Liber sapientiae, Ecclesiasticus.**

f. 291^b Oratio in consecratione lapidum preciosorum.

f. 292^a—510^a **Sermones varii** (tres collectiones, quarum una vocatur »Contractus«).

Codex a. 1669 erat Residentiae S. J. ad Matrem Dolorosam sub Grupna.

38 39 *I. A. 29.*

Codices duo chart. saec. XV diversae speciei, quos, cum altero Testamentum Vetus, altero Novum contineatur, ut videtur, possessori iam antiquo in unum corpus Bibliorum coadunare libuit. Alter (Test. Vetus) 419 ff. num. d. m. ca. a. 1412, alter (Test. Nov.) 263 ff. 1. m. 30 × 21 cm saec. XV exaratus est.

cod. a »Vetus Testamentum cum interpretacionibus per literas alphabeti sine Propheticis.«

f. 1^a—380^b **Testamentum Vetus praeter libros propheticos.**

f. 42^b haec nota occurrit: »Explicit liber Genesis ffinitus per manus **Johannis Lessk** in die SS. Cyrulli et Metudii fer. IV a. d. **1412** vacante sede per mortem d. Sbynconis archiep. Prag. de Hasnburg.«

f. 381^a—419^b **Explicatio hebraic. vocum V. T. ordine alphabetico digestarum.**

cod. b. **Novum Testamentum.**

f. 1^a—6^b Initia et fines textuum bibl. ad missas per totum annum legi solitorum.

f. 8^a—263^b. Testamentum Novum (integrum).

Uterque codex olim erat bibl. Rosenbergicae, ut demonstrant insertae schedae Sadelerianae, deinde monasterii can. regul. S. Aug. Borovanensis; Novum Test. antea Georgii de Newsedl altaristae SS. Philippi et Jacobi in Budweys, cui a. 1485 liber legatus erat a Gregorio quodam vicino. Inter thecam et f. 1 cod. a duo fol. membr. sunt, quibus continetur **fragmentum sermonum quorundam**

germanicorum saec. XIV, quorum specimen edidit J. Kelle in Serap. 1861 p. 376. Inter fol. ult. et thecam eiusdem cod. est fol. membr. valde attritum continens fragmentum cuiusdam libri form. epistol. saec. XIV.

40 *I. A. 30.* (*Y. II. 2. n. 47.*)

chart. a. 1403 ff 234 42 × 30 cm ab uno scriba egregie, sed passim minus diligenter, exaratus atque sumptuose lit. initial. picturatis deauratisque et rubricis permultis exornatus.

Revelationes b. Brigidae cum vita eiusdem et bulla canonisationis.

Initio sext. I deest. F. 1 incipit lib. V et tractatur usque ad f. 12, quo interrumpitur. f. 13 lib. I a cap. 21 (initium deest). f. 30—77 lib. II. f. 77—92 lib. III. f. 92—128 lib. IV non integer. F. 128 seq: de excellentia angelorum. F. 144 »Explicit liber quartus per manus **Nicolai** etc«. f. 145—156 lib. IV. absolvitur. f. 157—159 lib. V fol. 12 interruptus absolvitur. f. 159—221 lib. VI et VII (non integer). f. 221—222 **Legenda b. Brigidae** (non integra). f. 223—225 continuatio lib. VII sine fine. f. 226—231 Legenda concluditur. f. 231—234 **Bulla canonisationis**, ad cuius calcem haec nota est: »Explicit legenda una cum bulla canonisacionis **bte Byrgitte** alias Brigide sponse Christi una cum aliis libris superius scriptis ffinita sabbato infra octavas bti Jacobi apostoli gloriosi per manus **Martini Alberti de Szatroczim** Plocensis diocesis sub anno D. 1403.«

Nicolaus supra scriptus videtur fuisse rubricator codicis atque pictor deauratorque lit. initialium, quae f. 1, 2, 31, 46, 52, 95, 128, 159, 206, 207, 221, 231 inveniuntur.

41 *I. A 31.*

chart. a. 1738—1785 ff. 205 num., 44 × 30 cm. d. m.

Documenta conventum FF. minorum S. Francisci Capucinorum Bohemo-Budvicensem nec non historiam et privilegia civitatis Budvicensis concernentia collecta magna ex parte ex archivo praefati conventus.

f. 1. (titulus:) **Protocollum conventus** FF. minorum S. Franc. **Capucinorum** loci hujus **Boëmo-Budvicensis** ad S. Annam ab initio (1614) inchoatum (scribi) a. 1738.

f. 2—111 Pars I. Historia conv. a. 1614—1785.
f. 112—141 » II. **Historia civit. Budvicensis.**
f. 142—186 » III. **Privilegia civit. Budvicensis.**
f. 187—196 » IV. De monast. Dominicanorum Budvicensi.
f. 197—199 Catalogus archivi conventualis.
f. 200—205 Indices.

Inter f. 34 & 35 inserta est ms. bulla Benedicti XIV a. 1756 Capucinos concernens. Inter f. 69 & 70 inserta est Senis a. 1678 impressa relatio Fr. Lud. Felicis O. M. de quodam miraculo. Inter f. 100 & 101 agglutinata est effigies interfectarum a. 1738 Montibus Cutnis a quodam homicida 8 personarum, de quo homicidio praecedit in codice relatio bohemica. Nonnulla documenta partibus I & III inserta sunt germanica. (Cf. etiam cod. II. D. 4). E monast. Capucinorum Budvicensi.

42 *I. A. 32.*

chart. a. 1451 ff. 71, 41 × 28 cm. 1 m.

Constitutiones Clementis p. V cum apparatu Johannis Andreae.

f. 1ª (Inc. appar.:) »Johannes graciosum hoc nomen« etc. (Inc. textus:) »(J)ohannes episcopus Servus servorum dei dilectis filiis doctoribus et scolaribus universis bononie commorantibus« etc. × f. 71ᵇ (Expl. appar.:) »Natura vero naturans cum ad illam redibimus per intercessionem virginis gloriose nos collocet cum electis Amen. 1451 **Leonardus Hubner**.«

Schulte (Die canon. Handsch. p. 23) cod. nostrum praeter rem commemorat inter M. S. »libri sexti Bonifacii VIII.« In operc. infer. intrinsecus haec nota occurrit: »Iste liber est monasterii in fforbos (Forbes) prag. dioces. donatus per egregium doctorem dominum Wenceslaum de Budways.« In operc. super. intrinsecus agglutinata scheda Sadeleriana demonstrat codicem a. 1609 fuisse bibl. Rosenbergicae.

43 *I. A. 33.*

membran. a. 1388 ff. 227, 34 × 24 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Summae theologicae prima secundae.

f. 1ª »Incipit secunda pars summe theologie edite a fratre Th. de Aq. Quia sicut Damascenus dicit.« × f. 227ª »Expliciunt capitula prime partis secundi libri fratris Thome de Aquino.«

f. 227ᵇ (manu eiusdem scribae rubricatum:) »Liber monasterii S. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberg primos ipsius monasterii fundatores a. d. 1388.«

A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae Třebonensis, deinde iterum monasterii praefati.

44 *I. A. 34.*

chart. saec. XV ex. ff. 524, 30 × 21 cm. 1 m.

Johannis de Hisdinio Lectura sive Postilla super librum Job.

f. 1ª »Reverendissimo in Christo patri ac d. d. Guidoni de Bolonia dei providencia episcopo Portuensi et sacrosancte Rom. Eccl. Cardinali frater J. de H . . .« × f. 524ª »quia in illa translacione corriguntur errores«.

In margine passim glossae bohem. coaevae (ex. gr. f. 80, ubi glossator exoptat, ut inducatur archiepiscopus) occurrunt. In fronte f. 1: »Istum librum dedit pro monasterio S. Marie et S. Caroli in Nova Praga Nicolaus dictus Flascator de Telcz a. 1520.« Alia manu: »Ex libris canoniae Carloviensis Neo-Pragae.«

45 *I. A. 35.*

chart. saec. XV ff. 302, 29 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—96ᵇ **(Mauricii Angli) Distinctiones exemplorum novi et veteris testamenti secundum ordinem alphabeti.** »Abstinencia est meriti augmentativa« × (zelus) »ut persequeretur christianos. Act. 14.«

f. 97ª—108ª Tabula super Distincciones × »compilavit **Fr. Guidus** (sic) **de Senis** ord. fr. herem. s. Aug.« (Sed apud Fabricium opus Distinctionum Mauricio Anglo attribuitur).

f. 109ª—178ᵇ **Guidonis de Monte Rotheri (vel Rocheri) Manipulus curatorum.** »Rever . . . Raymundo . . . Valencie episcopo . . . Scriptum Turoli a. d. 1333« × »preces fundat. Expl. manipulus cur. a. d. **1451** fer. VI ante Circumdederunt me per **Johannem Lukner** finitus.«

f. 178ᵇ—179ᵇ Tabula manipuli. f. 180 Arbor affinitatis.

f. 181ª—225ᵇ (anepigr.) **Tractatus de poenitentia.** »Quia, ut ayt Ambrosius« × »ad impensas in medicos«. (Subscriptio radendo deleta est).

f. 229ª—271ᵇ (anepigr.) **Tractatus »docens sacerdotes,** quomodo sobrii quoad se ipsos, quomodo pie quoad divinum opus, quomodo iuste quoad suos proximos debeant vivere«. »Apparuit enim gloria dei« × »ego ipse predicator fatuior (?) universis. O Jesu pro operis premio cito veni. Et sic est finis huius tractatuli.« (Subscriptio radendo deleta est.) Cf. Klicman Věstník Č. A. II, 68. In codice XIII. G. 6 idem opus vocatur: »Regula et modus vivendi sacerdotum.«

f. 277ª—302ª (anepigr.) **Alexandri de Villa Dei Biblia versibus hexametris mnemotechnice expressa.**

In fol. praeligato adnotatum est manu saec. XV/XVI: »Walthausen sum ego Walthausen est nomen meum.« A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis.

46 *I. A. 36.*

chart. a. 1766—1767 ff. 342, 31×19 cm. 1 m.

Patris Mem-Fried O. S. B. Excidium gentis Hebraeae. (Pars I.)

Opus dedicatum ab auctore Friderico Grundmann abbati Broumoviensi hac subscriptione f. 3ᵇ: »Dabam in Quadia anno 1766«, sed in nota marginali f. 2ᵇ occurrit ann. 1767.

47 *I. A. 37.*

chart. a. 1768 ff. 163 num., 35×22 cm. 1 m.

»**Historia Sacri Canonici Ordinis Crucigerorum cum Rubeo Corde Fratrum de Poenitentia Beatorum Martyrum** . . . . a prima Ecclesiae aetate repetita (usque ad a. 1770 deducta) per P. **Joannem Carolum Rohn** . . . a. d. 1768.«

F. 65 & 69 inserta sunt **documenta bohem. transscripta** (sed dubiosae fidei!). E cod. nostro particulam in f. 72 excerpsit Höfler (Script. rer. hus. II, 156). Ex bibl. monast. S. Crucis Majoris Vetero-Pragae.

48 *I. A. 38.*

chart. saec. XV (1466—1472) ff. 453 num., 32×22 cm. d. m.

f. 1ª—132ª **(Guilelmi Peraltí) Summa vitiorum et virtutum.** »Dicturi de singulis viciis« × »Expl. summa v. et v. a. d. **1466** per me **Johannem de Jamny** in Vissiegradu. Pan buoh bud pochwalen y geho mila matka panna Maria.«

f. 132ª »De octo principalibus peccatis et ramis eorum. De septem viciis, quando sunt mortalia« (manu **Crucis de Telcz**).

f. 132ᵇ Metra de septem vitiis et virtutibus **(manu eadem).**

f. 133ª—173ª **Guidonis de Senis seu potius Mauritii Angli Distinctiones exemplorum novi et veteris testamenti** abbreviatae et reductae ad diversas materias secundum ordinem alphabeti. »Abstinencia est meriti augmentativa« × »Expl. dist. etc. per me **Crucem de Telcz** finite in octava corporis Chr. in Plzna **1469.**« Sequitur registrum usque ad f. 176ª, ubi finis hic: »Expl. reg. per me † d'T. in Plzna fer. VI post octavas corp. Chr. in domo capellanorum.«

f. 177ª—231ᵇ **Concordantiae bibliae distinctae per V libros.** »Primus liber agit de hiis, que pertinent ad prevaricacionem« × »Expl. registrum in concord. per me **Crucem de Telcz** in Plzna nova in domo capellanorum a. **1469** infra octavam visitacionis s. Marie.«

f. 232ª—245ª **S. Augustini Sermones ad Heremitas.**

f. 246ª—274ᵇ **(Jacobi de Lausanna Compendium moralitatum) »Applicaciones thematum secundum ordinem alphabeti ad diversas materias.«** »Abicit mundus pauperes« × »Et sic est finis huius operis per alphabetum« (a f. 258 manu **Crucis de Telcz**).

f. 275ª—311ᵇ **(Berengarii de Londora) Lumen animae.** »Philosophus in VI lib. animalium« × »Qui me scribebat, **Crux de Telcz** nomen habebat« . . . Sequitur registrum. (De auctore cf. Burdach, Centralbl. f. Bibl. VIII, 146).

f. 312ᵇ—317ª **S. Bonaventurae (recte Guilelmi de Lancea) Diaeta salutis.** »Hec est via« × »Expl. Tractatus Diaeta vel via salutis . . . per me **Crucem de Telcz** in Plzna a. **1472** in octava ascensionis domini in domo capellanorum.«

f. 318ª—329ª **Eiusdem Libellus meditationum, qui imago vitae aeternae intitulatur.** »Flecto genua mea« × »Expl. libellus etc. per me **Crucem de Telcz** in Plzna nova a. d. **1472.**«

f. 329ª—329ᵇ »Sermo in communi« (= **Cuiusdam Vagi compositio de omnibus statibus rhythmica).** »Viri fratres servi dei« (ex alio cod. nostro sub titulo »**Dolus mundi**« edid. Höfler in Script. rer. hus. II, 51).

f. 330ª—348ᵇ **Alberti Magni Paradisus animae.** »Sunt quedam vicia« × »quia omnes sunt unite in gracia . . . Et sic est finis per me **Johannem de Tyn Horssow.**«

f. 349ª—371ª **Controversiae libri Senecae.** »Quoniam, ut ait Seneca« × »Explicit scriptura Controversiarum libri Senece in Plzna nova per me **Crucem de Telcz** a. **1470.**« Sequitur tabula operis.

f. 371ᵇ—381ᵇ **Imagines mundi.** »De incarnacione cap. I. Theodosius de vita Allexandri« × »Expl. imagines mundi scripte per me **Crucem de Telcz** in Plzna nova in domo capellanorum a. **1470** sabbato ante quinquagesimam.«

f. 382ª—413ª **B. Isidori Liber de summo bono.** »Summum bonum deus est« × »Expl. liber etc. per me **Crucem de Telcz** in Plzna in domo capellanorum in die s. Silvestri a. **1468.**«

f. 413ª—414ᵇ **Eiusdem Epistola de norma vitae ad quendam adolescentem.** »Age fili ut oportet« × »Expl. Isidorus.«

f. 415ᵃ—422ᵇ **Eiusdem Liber synonymorum.** »In subsequenti hoc libro . . . . Anima mea in angustiis« × »Expl. liber synonymorum b. Isidori archiepisc. Hispalensis.«

f. 422ᵇ—424ᵃ **S. Bernardi Tractatus de formula vitae sive de novitiis.** »Petis a me, frater carissime« × »qui diligunt eum.«

f. 424ᵃ—429ᵇ **Eiusdem Tractatus ad sororem Scolasticam.** »Tue non immemor peticionis» × »Expl. tract. etc. finitus fer. IV. infra octavas epiphanie per **Crucem de Telcz** in Plzna a. d. **1469.**«

f. 430ᵃ—453 **Eiusdem Stimulus amoris.** »Liber iste, qui Stimulus amoris« × »Quid pro hiis tibi faciam« (finis deest).

A. 1609 codex hic erat bibliothecae Rosenbergicae, dein canonic. regul. Trzebonae a. 1718. De eo prolixius disserui Věstník Č. A. 1897 p. 470.

49 *I. A. 39.*

chart. a. 1461 ff. 449, 30×21 cm. 1 m. cum nonnullis lit. initial. pictis.

Testamentum Vetus omisso libro Psalmorum sed adiunctis apocryphis Esdrae libris III⁰ & IV⁰.

Initio deest unum fol., in quo erat exordium prologi, qui sic continuatur: f. 1 »liber in apokalypsi VII sigillis signatus ostenditur« . . f. 442ᵃ: »Explicit tota biblia per manus **Sigismundi Poliste de Styra** . . . a. d. 1461 tunc existens temporis scolaris in Radkow.«

f. 442ᵇ—449ᵃ **Alexandri de Villa Dei Biblie** (Test. vet. solius) **index versibus hexametris expressus cum interpretatione.**

f. 449ᵇ Exordium cuiusdam compendiosae narrationis historiae sacrae ab Adam usque ad Christum in qua commemoratur fabula de ligno crucis. Post hoc multa folia codicis evulsa sunt.

Inter fol. cod. et operculum infer. illigata est membran. particula instrumenti Mathiae Theodrici de Petrowycz publici notarii saec. XV, in qua versa versus de ebriosis et alia notata sunt. In codice passim occurrunt notae marginales et f. 53 interpretatio bohem. interlinearis. Codex a. 1609 erat bibl. Rosenbergicae, dein (a. 1718) canon. regul. Trebonae.

50 *I. A. 40.*

chart. saec. XV ff. 452, 29×21 cm. d. m.

Breviarium carens initio et fine.

51 *I. A. 41.*

chart. saec. XV (1468—1477) ff. 519, 32×21 cm. d. m. picturis aliquot rudibus instructus.

f. 1ᵃ—35ᵇ **Gesta Romanorum.** »Incipiunt historie Romanorum« × »Expl. Gesta Rom. finita per **Crucem de Telcz** in Sobieslavia altaristam a. **1477**«.

f. 36ᵃ—152ᵇ **Cassiodori Historia ecclesiastica tripartita.** »In hoc corpore continentur« »Expl. eccles. hist. ab Epiphanio conscripta . . . et nuper de greco in latinum translate (sic) in libris numero duodecim

per **Crucem de Telcz** scripta pro precio ven. dom. Thobie predicatori in Nova Plzna a. **1472** fer. II ante Galli.«

f. 153ᵃ - 168ᵃ **Testamenta XII patriarcharum (a Roberto Lincolniensi translata)** »Transscriptum testamenti Ruben« × »Expl. test. per **Crucem de Telcz** in domo capellanorum in Nova Plzna a. **1468** ante vigil. s. Andree«. Sequuntur versus de ordine librorum biblie, alphabetum graecum, quot sunt libri in tota biblia, quot capita in utroque Testamento, interpretatio librorum biblicorum bohemica (manu Crucis de Telcz).

f. 169ᵃ—175ᵃ **(Alexandri de Villa Dei) Biblia pauperum** (Versus memoriales omnium capitum bibliorum).

f. 176ᵃ—200ᵇ **Fr. Johannis de Utino Compilatio librorum historialium totius bibliae.** »Rever. patri Bertrando Aquil. patriarche« × »perpetualiter premientur.« (Transverse binis col. scripta et picturis rudibus ornata a Cruce de Telcz).

f. 201ᵃ—358ᵇ **Hugonis de Prato Florido Sermones de tempore.** »Dabit voci sue vocem virtutis« × »Expl. sermones evangeliorum dominicales finiti per **Crucem de Telcz** in domo vicariorum in Plzna Nova a. **1470** fer. III post palmas.«

f. 359ᵃ—519ᵇ **(Buzkonis mag. Pragensis?) Sermones diversi.** »Cum appropinquaret Jesus« × (in festo Luce) »miraculis eiusdem.«

In membrana codici praeligata Crux de Telcz annotavit haec contenta: »I. Lyra super corpus IV evangelistarum, II. Hugo de Prato Florido super evang. dominic., III. Diversi sermones Buzkonis mag. Pragensis.« Ex his Lyra deest omnino; num Sermones diversi Buzkonis sint, ignoramus. (De Buzkone seu Bohuslao de Praga cf. Balbini Boh. doct. II, 192 edit. Ungar.) Codex erat. bibl. Rosenbergicae, dein canoniae Třebonensis.

52 *I. A. 42.*

chart. saec. XV ff. 381, 31×22 cm. 1 m.

Breviarii pars aestivalis a festo S. Trinitatis usque ad festum dedicationis.

f. 1 & 2 Calend. eccles. incip. VIII Cal. Junias usque ad finem Novembris, quo cont. rubr. festa S. Ludmilae & s. Venceslai. Nom. mensium etiam bohem. superscripta: Czerwen, Czerwenecz, Srpen, Zarzij, Rzigen, Listopad.

Ex bibl. can. regul. S. Augustini Trebonae (1718).

53 *I. A. 43.*

chart. saec. XIV/XV ff. 149, 30×21 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—59ᵃ (anepigr.) **Sermones de tempore.** »Hora est nos iam . . . In hac epistola« × »piscis iste habet pennulas.«

f. 59ᵃ—149ᵇ (anepigr.) **Postilla de tempore.** »Cum appropinquasset . . . Multa pretermittit« × »non est salubris penitencia, que per matrem etc. Otpoczyn hubencze chudy.«

In foliis adligatis sunt variae notae theologicae. Codex a. 1609 erat bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis.

54 55 *I. B. 1.*

Codices duo chart. a. 1707—1709 una manu nitidissime exarati atque rubricati, notis musicis instructi et initial. lit. capitalibus rarae magnitudinis sed pallescentis iam passim coloris exornati, quorum alter (a) *352 (48 × 22 cm), alter* (b) *318 ff. (50 × 36 cm) continet.*

Graduale Sacri Ordinis Cisterciensis sub regimine Henrici Snopek **monast. Sedlecensis** et Skalicensis abbatis conscriptum ann. (a:) 1708 (b:) 1709 a fr. **Bernardo Lanckammerer** prof. Waldsassensi p. t. hospite Sedlecensi.

In fol. 350[b] cod. a haec nota occurrit: Inceptum est hoc Graduale a. 1707 VIII. Oct., finitum April. a. 1708. Ex monast. Sedlecensi.

56 *I. B. 2.*

chart. a. 1714 una manu nitidissime exaratus et rubricatus, notis musicis instructus et initial. capitalibus mirae magnitudinis exornatus, continens ff. 403, 50 × 37 cm.

Graduale S. Ord. Cisterciensis sub regimine Bonifacii Blahna **monast. Sedlecensis** et Skalicensis abbatis descripsit fr. **Franciscus senior professus.**

Ex litt. subscriptionis maioribus rubricatis colligitur annus 1714. E monast. Sedlecensi.

57 *I. B. 3.*

chart. a. 1689—90 una manu nitidissime exaratus, notis musicis instructus et initial. capitalibus mirae magnitudinis atque diversi coloris nec non titulo picto exornatus, continens 367 ff. num., 49 × 31 cm.

Graduale Ordinis Cisterciensis.

f. 1[b] (Dedicatio operis Henrico Snopek abbati monast. **Sedlecensis** et Skalicensis per fr. **Conradum Schreiner** scriptorem, quam dedicationem aeque atque titulum insequentem sepiunt coronae pictae.)

f. 2[a] (Titulus alter:) Graduale iuxta missalis Cisterciensis novissimam editionem dispositum.

f. 364[b] Inchoatum a. d. 1689 XXIII. Dec., finitum II. Julii a. d. 1690. E monasterio Sedlecensi.

58 *I. B. 4.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 172, 47 × 31 cm. 1 m. nitidissime exaratus atque rubricatus cum notis musicis.

Antiphonarium (ut videtur) **Sedlecense.**

f. 1—100 Proprium de tempore (ab adventu usque ad Pentecosten). f. 101—141 Proprium Sanctorum. f. 145—169 Commune Sanctorum. f. 170—172 (alia manu recentiori) Antiphonae feriales.

Sedlecensem fuisse codicem habitu interiore et exteriore nec non comparatione cum codd. praeced. (I. B. 1—3) diiudicamus.

59 60 *I. B. 5.*

Codices duo chart. autographi formae, quae dicitur imperialis, saec. XVIII in. nitide exarati et multis insignibus heraldicis et conspectibus urbium calamo atramentoque Chinensi (tusch) delineatis exornati, quorum alter (a) *274, alter* (b) *314 ff. num., 49 × 36 cm. continet. Titulus operi etiam alioquin non ad ungnem elaborato deest.*

Descriptio imperii Romano-Germanici historica atque geographica auctore Guilielmo Etzweiler, canonico Wyšegradensi († 1718).

In fine cod. a pauca adduntur de America et Africa etc. In foliis praeligatis utriusque cod. occurrit nota, hocce grande opus manu auctoris propria conscriptum inter alios libros a. 1718 legatum esse archiepiscopali seminario Pragensi, cuius rector per 13 annos fuerit Etzweiler. Inde nescio quando codices ad nos pervenerunt.

61 *I. B. 6.*

chart. miscell. partim saec. XVIII. partim XV. ff. num. 368, 33 × 21 cm. d. m.

f. 1—168 **Commentarius in Apocalypsin S. Johannis.** Saec. XVIII. Desunt init. 4 fol. et finis. Singulis foliis inscribitur: »Apocalipsis Jesu Christi.«

f. 169—226 **Cicero, De officiis, in mhd. Uebersetzung.** XV. Jahrh. in 2 Col. geschr. (vgl. Kelle im Serapeum 1861, 353).

f. 227—368 **(Guidonis de Columna) Historia Trojana in mhd. Prosabearbeitung.** XV. Jahrh. in 2 Col. geschr. Anfang u. Ende fehlen. (Vgl. Kelle ibidem.)

62 *I. B. 7.*

chart. saec. XV ff. 393 num., 29 × 21 cm. d. m.

f. 1[a]—190[a] **(Thomae Ebendorffer de) Haselbach Quaestiones super quarto Sententiarum.** »Circa primam distinccionem« × »quod possit illuminari.«

f. 190[b]—237[b] **Expositio orationis dominicae.** »Orantes nolite multum loqui« × »devocionis est excitativum.«

f. 237[b]—240[a] »Registrum super Questiones quarti Sentenciarum Thome de Hazelbach . . . per **Crucem de Telcz** a. **1478** fer. VI post Catherine in Trzebon in noviciatu existentem.«

f. 241[a]—270[a] **Expositio XII antiphonarum** . . . que cantantur ante nativitatem domini. »Laudes et preces« × »et gloriam in futuro.«

f. 271[a]—296[a] **Nicolai de Dinckelspuel Postilla super passionem.** »Dominus et salvator noster« × »salvator noster et dominus, qui« etc.

f. 297[a]—311[a] **Nicolai de Lyra Tractatus de Probatione adventus Christi per scripturas a Judaeis receptas.** »Queritur utrum« × »Explicit questio de probatione . . . determinata a. 1309, in quo opus presens scriptum fuit«.

f. 312[a]—323[b] **(Fr. Theobaldi) Pharetra contra Judaeos.** »In disputacione Judeorum« × »Finis pharetre c. J.« (f. 312 rubric.: »Ista scripta

sunt de erroribus Judeorum in Thalmuth, quos transtulit **fr. Theobaldus subprior ord. pred.**«)

f. 324ª—393ᵇ **Registrum super libros Moralium b. Gregorii.** »Abstinencia« × »Zelus«.

In tabula contentorum operculo superiori saec. XV inscripta praeter expositionem super »Pater noster« etiam expositio super »Ave Maria« inducitur, quam tamen in codice non reperio. Codex a. 1609 bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis fuit.

63 64 *I. B. 8.*

Codices duo chart. saec. XIV ex. (a. 1389) a ff. 156, b 111, 29 × 21 cm. una manu (Johannis dicti Stoliczka, cf. cod. VI. B. 4) dilucide exarati.

(Petri Pictaviensis) Reportorium morale. (Codice **a** continentur **voces ab A** (»A. A. A. domine deus, ecce nescio loqui« . . .) incipiendo **usque ad vocem »Agnus«**, codice **b**, qui initio et in fine est mutilus, **voces lit. T** et **U.**) Operis huius lit. **I, K, L, M** habentur in cod. VI. B. 4, ab eodem scriba, Johanne dicto Stoliczka, exarato a. 1389.

Ad calcem utriusque codicis (nec non cod. VI. B. 4) haec nota occurrit manu saec. XV ex. addita: »Liber monasterii domus s. Egidii canon. regul. in Witignaw alias in Trzebon«. Dein codices erant bibl. Rosenbergicae, ex qua restituti sunt monasterio praefato. Item notandum est codicibus I. B. 8. **a** et VI. B. 4 adligata esse fragmenta eiusdem instrumenti publ. notarii, quo literae confoederationis Caroli VI, Franciae regis, cum Wenceslao, Roman. et Bohemiae rege, a. 1380 initae, recognoscuntur. (Item nota integrum Reportorium morale a. 1465 exaratum contineri cod. III. B. 22.)

65 *I. B. 9.*

chart. saec. XV ff. 135 num., 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—4ª **Modus contemplandi passionem dei secundum VII horas diei.** »Sepcies laudem dixi tibi« × »et sedebis ibi iuxta eum ad monumentum eius«. (In cod. I. C. 10 f. 274 idem opus adscr. **S. Bernardo.**)

f. 4ª—9ᵇ **Sermones aliquot (primus de angelis).**

f. 10ª—123ᵇ **Augustini (Triumphi) de Anchona Tractatus tres:** 1) **De futura resurrectione.** 2) f. 44 **De amore spiritus sancti.** 3) f. 96 **De cognitione animae et potentiarum eius.**

f. 124ª—135ᵇ **Auctoritates sanctorum et doctorum secundum ordinem alphabeti.** (Adest tantum lit. A usque ad vocem Anima, cetera desunt.)

Codex a. 1718 erat bibl. canon. reg. S. Augustini Třebonensis.

66 *I. B. 10.*

membran. saec. XIII ff. 171, 32 × 23 cm. 1 m.

Missale (continens officia per circulum anni).

f. 1—6. Calendarium. f. 7—12 (alia recentiori manu) Officium de corpore Christi, de **S. Spinea Corona**, Passio in die palmarum.

In calendario occurrunt festa S. Wenceslai et Adalberti rubricata, sed estum S. Ludmilae, in Bohemia celebrari coeptum a. 1245 non consignatur. Item festum Corporis Christi alia recentiori manu attamen saec. XIII ex. vel XIV in. additum officium suum habet f. 7—12. Quibus de cansis nec non convenientibus characteribus codicem saec. XIII adiudicamus. Codici passim insuta sunt officiorum supplementa, quae etiam occurrunt in foliis operculis adglutinatis. Praeterea in operculo infer. notantur reliquiae, quae continentur in quodam »altari Martyrum«. Codex a. 1649 erat monast. S. Coronae.

67 *I. B. 11.*

chart. a. 1399 ff. 101, 30 × 22 cm. 1 m.

Speculum humanae salvationis.

f. 1ª »Incipit prohemium cuiusdam nowe compilacionis« × f. 101ª (alia manu) »Explicit speculum humane salvacionis finitum fer. VI ante festum Georgii a. d. **1399.**«

f. 101ᵇ (tertia manu) »Notandum quod omnium villarum tocius regni Bohemie 30264. A. d. 1417 electus est p. Martinus quintus in die Martini.«

Singulis foliis 5—100 remanserunt vacua spatia in fronte et margine inserendis picturis. Cf. Čas. Mus. 1884 p. 25. Ex monasterio Třebonensi.

68 *I. B. 12.*

chart. saec. XIV ex. (sing. part. a. 1384) ff. 154, 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—70ª **Sermones de sanctis.** (Initium deest. Primus de S. Nicolao, ultimus de S. Thoma expl.: Et ibi est finis illius libri boni etc.«)

f. 71ª—117ᵇ **Granum Passionalis** »Post passionem domini divisis apostolis« × »Explicit granum passionalis sub a. d. **1384.**«

f. 118ª—126ª **Prothemata super euangelia de sanctis.** f. 126ª »finita sub a. d. **1384**«.

f. 126ᵇ **Sermones duo de animabus.**

f. 127ᵇ Notae de efficacia verbi dei, de bono praedicatore, de praerogativis sanctorum singulorum.

f. 135ᵇ—137ᵇ **Hra velikonoční latinsko-česká** t. zv. **Ordo trium personarum** (vyd. Hanuš v M. Výb. str. 40 a n. Srovn. Čas. Mus. 1891 str. 10).

f. 138—139 Notae variae: Quibus prohibeatur corpus Christi. De diebus periculosis cuiuslibet anni. De quodam episcopo nomine Odo. De creatione hominis in utero matris (Expl. finis **Cubini de Zalssie**).

f. 140ª—153ᵇ **Granum passionalis de sanctis** (initio mutilum, ad calcem alia manu: »Explicit granum passionalis bonum de sanctis per manus domini **Stiborii honesti presbiteri.**«

f. 154ª **Officium de lancea et corona domini.**

f. 154ᵇ **Specificationes peccatorum latine et bohemice. (Slovníček hříchů lat.-český).**

69 *I. B. 13.*

chart. saec. XIV ex. ff. 108, 30×22 cm. 1 m.

(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis. (In fronte 1ª hoc opus manu saec XV falso attribuitur Thomae de Aquino).

f. 2ᵇ (post registrum:) »Veritas theoloyce sublimitatis« (sic) × f. 107ᵇ »et sine fine. Finis adest operis« etc. Sequuntur versus de numero litterarum in quodam libro occurrentium, deinde nota alius manus: »A. d. 1398 fer. IV post Wenceslai dom. Nicolaus dictus Swietiena factus est plebanus in Malsicz per nob. dom. Henricum de Rosenbergh, qui quidem Nicolaus mansit ibidem plenarie sex annis et in Sobieslaus translatus est per eundem dominum introductus ibidem fer. IV in octava Martini anno etatis sue tricesimo quinto.«

Codex a. 1609 bibl. Rosenbergicae, deinde a. 1718 canoniae Trebonensis erat.

70 *I. B. 14.*

chart. saec. XV ff. 328, 30×22 cm. d. m.

f. 1ª—8ᵇ **Sermones de corpore Christi.**

f. 9ª—31ª **(Possidii) De vita et gestis s. Augustini cum enumeratione operum eius.** »Administrante rem publicam Theodosio« × »Summa istorum librorum 357.«

f. 31ᵇ—44ᵇ **(Matthaei de Cracovia) Tractatus de confessione.** »Quoniam fundamentum et ianua« × »apparuit gloria tua . . . Explicit speculum puritatis et mundicie.« (Tract. hic ab aliis S. Bonaventurae attribuitur.)

f. 45ª—72ᵇ **Hugonis (de S. Victore) tractatus super regula (s. Augustini).** »Hec precepta, que subscripta sunt« × »et in temptacionem non inducatur« . . .

f. 72ᵇ—80ª **S. Augustini Sermones: de pastoribus, super psalmum 70, de virtute obedientiae.**

f. 80ª—81ᵇ **Gregorii Moralium cap. 35 de obedientia.**

f. 81ᵇ—82ª **»Urbanus papa de communi vita.«**

f. 82ª—82ᵇ **Origenes super Genesim.**

f. 83ª—90ª **B. Hieronymi Epistolae de institutione clericatus ad Nepotianum et Occeanum.**

f. 90ª—95ᵇ »Ex Epistola **Hieronymi ad Seleuciam.**« (sic.)

f. 95ᵇ—99ª **S. Augustini Sermo de natali domini.**

f. 99ª—107ᵇ **»Clemens papa de communi vita.** Dilectissimis fratribus et condiscipulis« × »de sibi commissis rebus ecclesie pereat. Expl. Clem. papa de com. v.«

f. 108ª–143ᵇ »Incipit **Liber Acinendon id est contraoppositorum.** Interrogacio I. Cum in genesi septem primi dies« × »Expliciunt interrogaciones et responsiones de veteri et novo testamento finite fer. III post epiphaniam sub a. d. **1460.**« (Ab opere Anselmi Havelbergensis »Anticimenon« discrepat).

f. 44ª—246ª **Sermones ab adventu usque ad festum corporis Christi.** »Hic est vere propheta . . . Hec enim verba« × »et considerabo mirabilia de lege tua. Et sic est finis. Deo gracias. Alleluia.«

f. 247ª—328ᵇ **(M. Johannis Marienwerder) Expositio symboli apostolorum** in fine mutila. »Prologus. Pro tabula exposicionis« × »dirige me ad te preservans« (cetera desiderantur). (De auctore cf. cod. I. B. 30).

Codex primum erat monasterii Borowanensis, deinde (a. 1609) bibliothecae Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

71 *I. B. 15.*

chart. saec. XIV ex. ff. 120 num., 30×22 cm. 1 m. Praecedunt 4 ff. non num., in quibus exarata est tabula contentorum.

f. 1ª—8ᵇ **Henrici de Hassia Tractatus de discretione spirituum.** »Sicut in philosophia motus et operacio« × »posse retineri. Explicit tractatus nescio cuius« (alia manus addit: »Mag. Henrici de Hassia«).

f. 9ª—16ª **(Henrici de Frimaria) Tractatus de diversis instinctibus sive admonitionibus** (in tabula: de instinct. naturalibus). »Semen cecidit in terram« × »amarissime passionis pertulit« (Tractatus mancus esse videtur).

f. 17ᵇ–30ª (anepigr., tabula habet:) **»Medicina spiritualis contra septem mortalia« (peccata).** »Racio veneni potissime convenit peccato« × »et hoc habet illa pro magno aliis derelictis. Expl. hoc totum bud konecz.«

f. 30ª—55ª **Opusculum de mortuis.** »Gaudete in illa die« × »Expl. tract. dictus Opusculum de mortuis.«

f. 55ᵇ—92ª **(Petri de Cyperia) Tractatus de oculo morali.** »Si diligenter voluerimus in lege domini meditari« × »quod negavi, punior.« »Expl. tr. de oc. mor.« (Opus ab aliis Thomae Bradwardino vel Johanni Peckham attribuitur.)

f. 93ª—119ª **Sermones diversi** (inter quos f. 116 de 7 donis spiritus s. et f. 117 de 7 (sic) beatitudinibus).

f. 119ᵇ—120ᵇ Registrum (recentiori manu additum).

In fronte fol. primi non num. inscriptum: »S. Corone«.

72 *I. B. 16.*

chart. saec. XV ff. 112 num., 30×21 cm. d. m.

f. 1ª—80ᵇ »Seneca in libro epistolarum sic ayt« × »et obtinebit spem eterne vite et eterne glorie Amen. Et sic est finis.« **Expositio sequentiarum et hymnorum.** (In praefatione f 1ª hunc titulum auctor operi subdit: »Incipit liber divinarum laudum modulose compositus, sed tamen communi titulo appellatur **Liber sequenciarum**«.

f. 81ª—96ᵇ **Epistola anonymi** data eloquenti viro domino **A. verbi dei seminatori in Praga** (husiticae doctrinae asseclae). Subscr.: »Ego confrater tuus simplex desiderans anime mee salutem et anime tue et omnium animarum omnium hominum et cetera«. (Eandem sed datam d. Gallo vide in cod. I. B. 29 f. 11. Eandem datam ad Jacobum de Misa edid. Hardt, Conc. Const. III, 338. Cf. Věstník Č. A. II, 63.)

f. 96ᵇ—98ᵇ **Conclusiones in concilio Constantiensi contra quosdam asserentes, quod oporteat populum communicare sub utraque specie.** (Hardt III, 17.)

f. 99ᵃ—112ᵃ **Speculum corporis Christi.** »Ezechiel in visione dei, qui universum ecclesie statum futurum previdit« × »Quod ipse parare dignetur qui vivit et gloriatur per infinita secula Amen. Explicit Speculum corporis Christi finitum per N. **Petri de Mugicz** a. d. **1421.**« (Alibi operi inscribitur »Victoria fidei Christianae«.)

f. 112ᵃ&ᵇ Sequitur nota eiusdem scribae de eodem sacramento.

In operculo sup. intrinsecus haec nota occurrit: »Hunc librum dominus Nicolaus Jerosolimitanus de Olomucz donavit pro monasterio Borowanensi, ut oretur deus pro eo, et cetera plura dedit.« Deinde codex erat bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

73 *I. B. 17.*

chart. saec. XV ff. 276, 30 × 22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—96ᵇ **Nicolai de Gorran Postilla super psalterium.** Prologus: »Laudacionem domini« etc.

f. 97ᵃ—147ᵇ **Expositio missae.** »In nomine domini nostri J. Ch.« × »ut illud sacrificium acceptum fiat.«

f. 148ᵃ—171ᵇ **»Excerpta libri racionalis« (Durandi? Belethi?) »de hiis, que fiunt in missa.«**

f. 171ᵇ—176ᵃ **Tractatus de curru dei et diaboli.** »Quatuor sunt predicanda« × »per virtutes supradictas.«

f. 176ᵃ—177ᵇ **Conclusiones concilii Constantiensis contra communionem sub utraque specie** (Hardt III, 17).

f. 177ᵇ—180ᵇ **Stephani de Páleč Tractatus de ecclesia.** »Quia in equivocacione« × »cum immitibus.« (Edid. Loserth, Archiv f. öst. Gesch. 75, p. 340 sq.)

f. 180ᵇ—185ᵃ **»Regule XX sacre theologie,** que concernunt expugnacionem heresum . . . nominatim secte noviter exorte . . . de necessitate communicandi laicos sub utraque specie« × »sicut experiencia manifestat nunc in Boemia, que sedicio nedum ad spiritualem sed ad temporalem dissipacionem, nisi dei providencia et regis Romanorum providencia provideat, predisponat. Explicit tractatus.« (Est tractatus **Johannis Gerson** ed. Hardt II, 765 sq.)

f. 185ᵇ—191ᵃ **(Milicii) Sermo de nativitate b. virginis.** »Liber generacionis . . . Hic est liber« × »gloriam in futuro« . . .

f. 191ᵇ—194ᵃ **Vita s. Procopii.** »Fuit itaque b. Procopius nacione Bohemus« × »usque Romam est regressus.«

f. 195ᵃ—201ᵇ **»Historia et legenda s. Catherine«** (= officium eiusdem).

f. 202ᵃ—204ᵇ **Thomae de Aquino Tractatus super »Pater noster«.**

f. 204ᵇ—212ᵇ »Gesta salvatoris« **(= Evangelium Nicodemi).**

f. 212ᵇ—220ᵇ »Cronica Sychardy« **(Excerptum e chronico Sicardi episc. Cremonensis de Herode).** »Natus itaque dom. n. J. Ch.« × »exivit sonus eorum.«

f. 220ᵇ—226ᵇ **Tractatus de sacramentis.** »Septem sunt sacramenta« etc. Item de VII mortalibus peccatis. Quinque sensus. Sex opera misericordiae. Decem praecepta.

f. 226ᵇ—260ᵇ **(Johannis Hildesheimensis) Gesta trium regum et translationes eorum.**

f. 260ᵇ—271ᵇ **(Matthaei Cracoviensis) Dialogus de frequenti communione.** »Multorum tam clericorum quam laycorum« × »datum est corpus d. n. J. Chr.« . . .

f. 272ᵃ—276ᵇ **Stella clericorum.** »Quasi stella matutina« × »superexaltate eum in s. s.«

In fine rubricatum est: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon donatus per dom. Nicolaum dictum Sellar.« Operculis adligata sunt duo folia membr. missalis saec. XIII/XIV, quorum priori manu saec. XV inscripta est tabula contentorum. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde iterum monasterii Třebonensis.

74 *I. B. 18.*

membr. a. 1392 ff. 228, 31 × 23 cm. binis plerumque col. una manu praeclare exaratus et lit. initial. pictis atque deauratis exornatus.

f. 1ª—11ᵇ Registrum operis. »Explicit tabula composicionis fratris Roberti Holgot ordinis fratrum predicatorum super libro sapiencie secundum ordinem alphabeti per manus **Magistri Johannis de Crumlow.**« Inter lineas: »sub a. d. **1397** finita in vigilia ascensionis«.

f. 11ᵇ - 12ᵇ »Tituli questionum eiusdem postille.«

f. 13ª—256ᵇ Opus ipsum in fine mancum.

f. 257ª—262ᵇ **Exempla excerpta ex Holgot secundum ordinem alphabeti** cum hocce fine rubricato: »Expliciunt exempla Roberti Holgot super libro Sapiencie edita et per **Johannem presbiterum magistrum arcium** propter predicatores excerpta protunc **capellanum** domini nobilis domini **Henrici de Rosembergh,** ut faciliter repperiant, quod optant pro sua voluntate« (sic).

Ibidem manu saec. XV ex.: »Liber monasterii domus S. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon.« Operc. sup. adligatum est fol. membr., in quo sunt notae argum. theol., folio verso autem adglutinata sunt insignia bibl. Rosenbergicae, ex qua dein codex monasterio praefato restitutus est.

121 *I. C. 29.*

chart. a. 1401 ff. 195 num. 30 × 22 cm. 1 m.

Haymonis abbatis Cliniacensis (recte episc. Halberstadiensis) Dicta super epistolas S. Pauli.

f. 195b: »Expliciunt dicta Haymonis abbatis Cliniacensis ordinis S. Benedicti et sacre theologie doctoris super epistolas Pauli per manus **Symonis presbiteri** tunc temporis vicarii **in Smydar** moram trahentis, nati condam Duchconis de Ledecz prope Rozdalowicz et hoc feria IV in octava SS. apost. Petri et Pauli in camera aput dominum Hynczyconem plebanum in Smydar decanum a. d. **1401.**«

Codex a. 1609 bibl. Rosenbergicae, dein monasterii Třebonensis fuit.

122 *I. C. 30.*

chart. a. 1411 ff. 170, 30 × 22 cm. 2 m. cum lit. initial. rubris, in quarum prima occurrit effigies doctoris calamo delineata.

Petri Lombardi Sententiarum libri III et IV cum expositione Thomae Aquinatis et Guil. Durandi.

f. 1a—56b Sententiarum liber III.

f. 56b—80b Expositio cum hocce fine: »Explicit lectura beati **Thome de Aquino** et in parte **Durandi** super III. lib. Sentenciarum per manus fratris **Johannis dicti Zadube tunc lectoris Weronensis** finitusque est per eundem . . . a. d. **1411.**«

f. 81 et 82 (sol. et scisso) Index et notae ad mater. praeced.

f. 83a—157b Sententiarum liber IV cum hocce fine: »Explicit 4tus Sentenciarum, incipit lectura super quartum librum sentenciarum Thome beati.«

f. 157—170 Expositio libri IV usque ad cap. XIII, quod desinit in haecce verba: »quod bonitas vel malicia ministri nichil facit ad consecracionem, quia hoc non in« caetera desunt foliis multis excisis.

Ad operc. super. adligatum est fol. membr. codicis cuiusdam saec. XIII latini argumenti philosophici. Intrinsecus utr. operc. occurrunt notae variae, inter quas quaedam ad calendarium pertinentes. Codex noster olim erat conventus Plznensis ord. Praedicat.

123 *I. C. 31a.*

chart. a. 1406 ff. 194, 29 × 22 cm. d. m.

Sermones varii, praecipue de sanctis.

Initium deest. f. 1 incipit: »exilii ad habitacionem regni celestis introducit« . . . f. 3b—6b De passione Christi (Sermo hic porro tractatur sed non absolvitur f. 193 et 194. Eidem inserta est apocrypha historia Pilati). f. 98a: »Explicit hoc opus a. d. **1406**«. Nihilominus sequuntur alii sermones usque ad f. 179b, inter quos sunt etiam sermones de SS. patronis Bohemiae.

f. 180a—191b (anepigr.) **S. Bonaventurae Expositio missae** (carens fine). »Christus assistens pontifex« etc.

Intrinsecus operc. super. haec nota occurrit calamo saec. XV inscripta: »Liber conventus Glathowyensis«. Deinde erat conventus Plznensis ord. praedicatorum.

124 *I. C. 31b.*

chart. saec. XIV—XV ff. 154, 30 × 22 cm. d. m.

Fr. Nicolai (seu **Nicolicii**) **Esculani ord. praed. Sermones dominicales et quadragesimales.**

f. 1a: »Dilecto sibi fratri Francisco de Albaris ord. fratr. pred. fr. Nicolaus Esculanus prior sancti . . . nis.« × f. 154a (rubr.:) »Et sic est finis huius libri Nicolicii magistri reverendii (sic) Amen.«

Operculo sup. adglutinatum est fol. chart. alius cod. argumenti grammaticalis saec. XIV. In fronte eius rubricatum: »Przyezyen ma naprzyed tobye moy myly przyethely.« Codex hic olim erat conventus Plznensis ord. praed.

125 *I. C. 32.*

chart. a. 1406 ff. 258, 31 × 21 cm. 1. m.

f. 1a—42a **Gregorii papae I. Pastoralia.** × »Explicit liber pastoralium b. Gregorii finitus in vigil. s. Marie Magd. a. **1406.**«

f. 42b—73a Jacobi (sic pro: **Henrici**) **de Frimaria Expositio decem praeceptorum.** »Audi Israel precepta domini« × »Explicit exposicio decem preceptorum.«

f. 73a—98b (**Aldobrandini Lombardi Scala fidei** seu) **Expositio super Symbolum apostolorum.** »Funiculus triplex difficile rumpitur« × »Explicit exposicio bona super symbolum apostol.«

f. 98b—100b **Wilhelmi episcopi Recapitulatio brevis de XII articulis fidei a prophetis sanctis praedictis.**

f. 100b—154b **Gregorii papae I. Dialogorum libri IV.** × »Et sic est finis libri dyalogorum beati Gregorii . . . finitus sub a. d. **1406** in vigilia dedicacionis Lypensis ecclesie.«

f. 155a—195b **Isidori Hispalensis de summo bono (alias Sententiarum theologicarum libri tres).**

f. 196a—203a **B. Bernardi Soliloquium.** »Verbum secretum est mihi ad te, o rex seculorum« . .

f. 203b—207b **S. Augustini liber qui dicitur Emanuel.** »Omnis qui ad dominum . . . venire desiderat« . . .

f. 207b—210b **(Augustini Speculum peccatoris)** »Quoniam carissimi in via huius seculi fugientis sumus« . . .

f. 210b—215b **S. Augustini libellus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamat« etc.

f. 215b—217b **S. Augustini Sermo de assumptione beatae virginis gloriosae.** »Ad interrogata de virginis et matris domini resolucione« (Sermo subditicius).

f. 217b—218a Notabile optimum de contricione cum exemplo. »Queritur an sola cordis contricio« . . .

f. 219a—243b **Historia ss. trium regum (Johannis Hildesheimensis)** »Cum venerandissimorum trium magorum« × »in reddenda racione«.

f. 243b »Ista sunt **Excerpta de erroribus Iudeorum in Talmut, quos transtulit frater Theobaldus subprior ord. pred. Parisiensis in disputacionibus contra Judeos.**« f. 253a »Explicit Talmut Judeorum«.

f. 253a—258' »**Glossa octo beatitudinum.**« »Beatitudines sunt habitus virtutum« × »cum ipso sponso desiderabilissimo. Expl. glossa octo beatitudinum.«

Codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis erat.

126 *I. C. 33.*

chart. saec. XV ff. 314 num., 31 × 21 cm. d. m.

Johannis Januensis de Balbis ord. praed. Prosodia sive Catholicon. (Pars I. A-H).

f. 1 »Prosodia quedam pars grammatice nuncupatur«. × f. 313b »Heyronimus interpretatur sacra lex, fuit enim sanctus id est firmus vel mundus vel sanguine tinctus vel« (sic). (Alia manu rubr.:) »Liber monasterii domus S. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon.«

f. 314b Alphabetum graecum et notae numerorum graecae.

Operc. sup. adligatum est fol. membr., quo continetur documentum obligatorium Johannis Cilka civis Novae Pilznae de a. 1413. Item operc. infer. membr. documentum Johannis de Superiori Lucawicz dicti Lucawa, quo locatur »iure emphiteotico, quod vulgariter poddaczie dicitur«, villa Oplot a. 1407 (2. maii). In fronte fol. 1a haec nota manu saec. XV scripta occurrit: »Hunc librum legavit pro monasterio Trzebonensi indrustriosus Wanieczko de Sobienow notarius nobilis domini Vlrici de Rosenberk.« Deinde codex erat in bibl. Rosenbergica, ex qua monasterio praefato restitutus est.

127 *I. C. 34.*

chart. a. 1475 ff. 395 num., 29 × 21 cm. 1 m. lit. init. rubris et passim caeruleis (prima admodum pulchre depicta est) exornatus.

Bartholomaei de Glanvilla Anglici De proprietatibus rerum libri XIX.

f. 3. »Cum proprietates rerum sequantur substancias secundum distinccionem et ordinem substanciarum« × f. 393b »ut patere poterit diligencia intuenti. (Rubr.:) Explicit liber proprietatum rerum a Bartholomeo Francie (sic) fratre minorum monachorum editus et factus.»

f. 394—395 De monstruosis hominibus.

f. 395b: »Finito libro sit laus et gloria Christo per manus **Johannis Villani** protunc moram trahenti (sic) **in** opido nuncupato **Swyny** sub a. d. etc **LXXV⁰** (1475).« Cf. Sternberg, Pflanzenkunde I, 30.

Fol. 1. et 2. praeligata sunt. Primum membr. est et continet quandam expositionem Apocalypseos saec. XIV, alteri adglutinatum est insigne bibl. Rosenbergicae. F. 249 et sq. occurrunt aliquot glossae bohemicae marginales. Intrinsecus operc. sup. inscriptus est hic titulus manu saec. XV. »Bartholomeus (manu rec. add.: Angelicus) de proprietatibus rerum exceptus de libro proprietatum magni Alberti pro monasterio Trzebonensi donatus et scriptus«. Ex monasterio praefato codex in bibl. Rosenbergicam pervenit, unde postea monasterio Třebonensi restitutus est.

128 *I. C. 35.*

chart. saec. XV ff. 344, 32 × 22 cm. 1 m.

Sermones per dominicas et ferias a dominica in Septuagesima usque fer. III de resurrectione (num. 73, sed 1 usque init. 4 desunt.)

f. 1a (initium deest) »nobis debita nostra nisi ipse nobis misericors«... f. 3b Initium sermonis V. f. 330b »per immortalia seculorum secula Amen. Hec est tabula sermonum« . . f. 331a—343a Registrum. f. 343b—344b Tabula sermonum alphabetica.

129 *I. C. 36.*

chart. misc. saec. XIV—XV (part. a. 1414) ff. 239 num., 29 × 21 cm. d. m.

f. 1a—19b **Statuta Arnesti** a. 1349—50. »Expliciunt statuta venerabilis magistri Arnesti scripta per manus **Johannis dicti Piperis** residenti (sic) in Zdyar Monachorum«. Saec. XIV. (Edid. Dudík in Archiv f. öster. Gesch. 37 p. 413).

f. 19b—21a Notae pastorales minoris momenti.

f. 22a—118b **Vocabularius latino-germanicus.** »Explicit vocabularius finitus a. d. **1414** etc. pruch schuch tuch« (Cf. Kelle in Serapeum 1861 p. 373).

f. 119a—121a **Vocabularius graeco-latinus**, cuius clausulae excisae reliquiae demonstrant librum a. **1414** a quodam scriba in Tribowia Morav. exaratum esse.

f. 122a—193b **Summa decretalium cum apparatu Henrici de Merseburg.** »Fecit deus duo luminaria magna« × »ut dictum est sub titulo de raptis.« (Cf. Xenia Bernardina II, 1 p. 51 et cod. VIII. E. 21. f. 154 et Schulte Gesch. d. Quellen II, 244.).

f. 193b—204b **Summa confessionum.** »Simpliciores et minus expertes confesores« × »frequentibus ammonicionibus impulsabis.«

f. 204b—205 Notae argumenti iuridici (de vitandis excommunicatis »ad instanciam capit. Olomucensis«).

f. 206—219b **Matthaei [Cracoviensis] tractatus de eo, utrum deceat sacerdotes continuare missas vel laicos frequenter communicare.** »Multorum tam clericorum quam laycorum querela« × »Explicit tractatus Mathey sacre theoloye professoris de corpore Christi.«

f. 219b—228b »**Tractatus, qui correspondet II⁰ libro sentenciarum reportatus per Adam**«. »Qui facit peccatum, servus peccati est.«

f. 229b »Nota circa intellectum indulgenciarum.«

f. 230a—239a **Thomae de Aquino Expositio euangelii sec. Matthaeum (non integra, solius cap. I.)**

f. 239b »Indulgencie in Sderass.« Sequitur **cantio vagorum lat.-germ.** »Peritum virum querimus | mit rechte lob gesonge | quem probum vos noverimus | got los euch leben longe | Nunc sitis proni miseris« . . . . (Kelle, qui codicem nostrum (vide supra) recensuit, cantionis mentionem non facit).

Ex libris canoniae Carloviensis.

130 *I. C. 37.*

chart. saec. XIV—XV ff. 159, 29×21 cm. d. m.

f. 1—124b **Conradi de Albis (recte Halberstadt), lectoris, Tripartitum moralium.** (Hunc titulum praeter nomen »Condradi« ex prologo sumpsimus, manus recentior sequentem inscripsit: Liber moralium philosophorum tripartitum editum a Conrado lectore): Inc: »Sicut dicit Seneca in epistola ad Lucillum«. (Opus in nostro codice absolvitur voce Zelus, sed nequaquam videtur esse integrum, cum in prologo dividatur in libros tres, quorum solummodo primus subest.)

f. 124b—136a Loci excerpti ex variis scriptoribus.

f. 137a—159b De peccatis mortalibus et auctoritates de diversis materiis.

Codex exaratus est in Bohemia, ut demonstrant frusta bohemica f. 30 et 136, et fuit monasterii S. Coronae.

131 *I. C. 38.*

chart. a. 1410 ff. 171 num., 31×22 cm. 1 m.

f. 1a—169a **Nicolai de Gmunden Postilla de tempore.** »Finita fer. V in die S. Aug. sub a. d. **1410** per manus **Rugeri Peyczchofer de Straubing** tunc temporis scolari (sic) in Gruenpach.«

f. 169b—170 **Vita s. Catherinae.**

f. 171 Notae variae theologicae.

Intr. operc. infer. occurrunt preces germanicae. Codex noster a. 1609 bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis fuit.

132 *I. C. 39.*

chart. saec. XIV ex. ff. 181, 29×21 cm. 3 m.

Sermones de sanctis.

f. 1—11a Index rerum in sermonibus commemoratarum.

f. 11b—12b Sermo in annunciatione b. Mariae (recent. manu inscr.).

f. 13a—168b Sermones (qui supra intitulantur) in fine manci. »Letabor ego super eloquia tua. Super eloquia divina« × »eruditos sapiencia« (cetera desunt).

f. 169a—181b Item sermones de sanctis (etiam de S. Wenceslao) manu recent. exarati fine carentes.

Intrins. operc. sup.: »Istud volumen dedit Johannes Iudex de Trzebon« (supple: monast. Třebonensi, ex quo liber in bibl. Rosenbergicam suo tempore pervenit, deinde vero restitutus est.) Intrinsecus operc. inf. inveniuntur formul e medicinales bohemicae saec. XV **(Léky lidové).**

133 *I. C. 41.*

chart. saec. XIV-XV ff. 242, 29×22 cm. d. m.

f. 1a—70b **Rosarium** (Dictionarium theologicum) **a voce »abusus« usque ad vocem »locutio«.**

f. 71a—72a (manu recentiori) »Sequitur tabula super Rosarium **1495**«, qua absoluta voce »locutio« compilator addit: »Scripsi quantum repperi.« Ante f. 71 et post 72 aliquot folia sunt excisa.

f. 73a—242b **Sermones varii** (in fine manci, quibus passim — ex. gr. f. 191 et 195 — inspersae sunt ab ipsis auctoribus **voces imo sententiae bohemicae).**

134 *I. C. 42.*

chart. saec. XVI ff. 171 num., 28×21 cm. 2 m.

Missale (ut videtur **sec. rubricam archiep. Pragensis).**

f. 1a »Incipiunt praephationes« (cum notis musicis).

f. 14a Nota scriptoris rubricata: »Huic loco aderat Joannes Kord Trebonensis a. d. **1551**«.

Sequuntur aliquot folia quaternis lineis rubris sed vacuis instructa, quorum duobus (f. 15 & 16) scriba quidam modernus epistolam et evang. quoddam inscripsit.

f. 17a—171b Textus missalis ab altero scriba exaratus.

Ex bibl. canon. reg. s. Aug. Třebonensi.

135 *I. C. 43.*

chart. saec. XV (pars a. 1421) ff. 195 num., 31×22 cm. 2 m.

f. 1a—153b **(Johannis Chrysostomi?) Expositio evangelii s. Matthaei cap. 1—23.** »Sicut referunt, Matheum conscribere evangelium causa contulit talis« . . . × »alii autem per singulas provincias dispersi sunt ut perirent et sic est finis (?) etc. Cui honor et decus« . . .

Expositionem hanc possessor libri saec. XV intrinsecus operc. sup. registro instruxit secundum pericopas e Matthaeo per circulum anni legendas; ideo in schedula operculo sup. adglutinata occurrit titulus codicis minus iustus: Sermones de tempore et de sanctis. Post f. 153 sequuntur aliquot folia vacua non num.

f. 154a—194b **Sermones aliquot de animabus et de dedicatione.** In fine rubr.: »Explicit a. d. **1421**« (eadem manu rubricatum in operculo inf.: »finitum sub a. d. 1421 tempore Wykleffistarum«).

f. 195 Sermo de corpore Christi (in fine mancus).

Fata codicis hae notae illustrant: in fronte f. 1: »detur domino Symulkoni.« Intrinsecus operc. infer.: »fer. IV Apollonie dominus Symulka accomodavit mihi librum hunc.« »A. d. 1458 post fer. IV ante Galli dom. Symulka dedit mihi hunc librum, ut orarem deum pro eo et hoc volo libenter facere,« »fer. IV post Leonardi mortuus est, requiescat in pace.« Ad calcem eiusdem operculi: »Dominus Gregorius capellanus de Pyesska istum librum comparavit.« In fronte fol. 1 manu recenti: »Monasterii Borovanensis«.

136 *I. C. 44.*

chart. saec. XV ff. 154, 28×20 cm. 1 m.

Tractatus de poenitentia (= Summa de poenitentia Innocentii IV vel potius **Thomae de Cabham).**

f. 1—4 Registrum operis. f. 5ª (inc. rubr.:) »Cap. I quare penitencia tabule comparatur.« (atr.:) »Cum miseraciones domini sint super omnia opera eius« × f. 154ᵇ »et multo maiorem iniungant penitenciam pro peccato manifesto quam pro occulto. Et hec ad presens de penitencia dicta sufficiant etc.«

Codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis fuit.

137 *I. C. 45.*

chart. misc. saec. XIV et XV (pars a. 1418) ff. 205, 28 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—5ª Registrum operis sequentis.

f. 6ª—175ª saec. XIV. **Sermones de tempore** (initio manci).

f. 176ª—178ᵇ Sermones de corpore Christi, in dedicatione, de novo sacerdote (initio et in fine manci).

f. 179ª—195ª **Lotharii diaconi (postea Innocentii papae III) De humana condicione** (quod opus etiam de contemptu mundi nuncupatur). »Anno **1418** penth.«

f. 195ᵇ (manu recentiori:) »A. d. 1433 qui **decimas** dederunt mihi **Johanni in Pertoltycz**« (commemorantur incolae villarum Wlastyegowicz, Palycz, Brzyezyna, Lazysty, Myechonicz, Machonicz (?), Mylowanowicz, Ostrow, Pertolczycz).

f. 196ª—199ª Quaestiones de sacramentis, initio mancae. Expl.: »quando ex multis granis efficitur integer panis etc. Et sic est finis huius materie etc.«

f. 199ᵇ—200ª Casus episcopales et papales.

f. 200ᵇ—203ª Expositio orationum »Pater noster« et »Ave Maria.«

f. 203ª—205ᵇ Notae variae argumenti theologici, in fine mancae.

Codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis fuit.

138—141 *I. D. 1.*

Codices quatuor chart. saec. XVII—XVIII pag. 1641 num., 20 × 16 cm. 1 m.

Dictionarium eruditum ex variis probatissimisque authoribus collectum inque ordinem alphabeti digestum. Partes I—IV.

Auctorem anonymum fuisse Bohemum ex multis vocibus explicatis colligitur.

142 *I. D. 2.*

chart. saec. XVIII ff. 140 num., 22 × 17 cm. 1 m.

Excerpta varia ad historiam Bohemiae pertinentia (manu Athanasii a S. Josepho exarata).

f. 1ª—27ᵇ **Diploma fundationis ecclesiae Litomericensis, descriptum ex autographo, cum annotationibus (Athanasii a S. Josepho).**

f. 28ᵇ—30ᵇ Excerpta ex Chronico ms. bibl. aug. Vindobonensis hist. ecles. N. L. f. 111 et seqq. (cf. Dobneri Mon. III, 17).

f. 31ª—34ᵇ Supplementum anonymi ex cod. Dresdensi apud J. Burchardum Menckenium t. III. Script. rer. germ.

f. 35ª—90ᵇ **Diversae vitae s. Wenceslai** (Gumpoldi, anonymi, Christiani monachi — cf. Fontes rer. boh I. No VII, XI) inserto sermone de translatione eiusdem martyris nec non variis excerptis e monumentis historicis manu scriptis et impressis (Vita anonymi discrepat ab edita sub n. IX in Font. rer. boh.)

f. 91ª—93ᵇ Willigisi archiep. Moguntini relatio ac processus in facto homicidii fortuiti a. 976 (transscripta et notis instructa).

f. 94ª E codice ms. parthenonis ad S. Georgium (relatio idem monasterium concernens).

f. 95—99 Necrologium bohemicum ex margine Martyrologii edit. in Dobneri Monum. III, 1).

f. 100—110 Excerpta e diversis chronicis impressis res bohemicas concernentia.

f. 111—115ª **Vita s. Wenceslai** e codice metropol. Prag. (etiam discrepans ab edita in Font. sub n. IX) auctore, ut putatur, **Hyzone episc. Pragensi.**

f. 115ᵇ—139 Excerpta e diversis chronicis impressis.

f. 140 »Cur Zventibaldus ducatum Bohemiae ab Arnulpho petierit.«

Sine dubio ex monast. S. Wenceslai Neo-Prag.

143 *I. D. 3.*

chart. saec. XVI ineun. ff. 133 num., 20 × 14 cm. 3 m.

Folio operculo super. adligato manus recentior hunc titulum inscripsit: **Epistolae Bouslai de Lobkowitz et Opusculum de miseria humana.** Eodem fol. verso haec nota manus coaevae occurrit: »Hic est caracter et manus propria d. **Venceslai Picetini** decani Pragensis ecclesie et olim plebani Crumnoviensis et archidiaconi Bechinensis.«

f. 1ª »Periucunde et scitu non indigne d. **Bouslai de Lobkowicz et de Hassenstein epistole** laudabile facinus Pragensium, quod inter sedem apostolicam et ipsos Pragenses ambigitur . . . continentes ad Joannem de Domaslavie misse incipiunt foeliciter« (10. oct. 1493).

f. 2ᵇ **Epigramma d. Bouslai** (de eodem facinore).

f. 3ª **Victorini de Wssehrd carmen adversus pontifices.**

f. 4ª **Bouslai d. L. Epistola ad Joa. de Domaslavie in Victorinum invectiva** (2. ian. 1494).

f. 13 **Bohuslai epigramma adversus carmen Victorini.**

f. 14ᵇ »Sequentes hasce epistolas dom. **Venceslaus de Rowne** fundator noster propria sua manu exaravit calamo quidem celeri.«

f. 15 **Bohuslaus de L. Cristanno suo Pedik** s. p. d. (de situ Pragae et incolarum moribus).

f. 23 **Bohuslaus de L. Joanni de Domaslavie** s. p. d. (de eventu rei Olomucensis).

f. 31 **Bohuslai de L. epistola ad Vladislaum regem** (22. apr. 1497).

f. 55 **Augustini (Käsenbrot) Moravi epistola ad Bohuslaum de L.** (24. apr. 1497) recensens et laudans priorem. (Sequuntur complura folia vacua non num.)

f. 57 **Bohuslaus de L. Martino de Melerstat** s. p. d. (Epistola dedicatoria operis de miseria humana.)

f. 58—86 **Bohuslai de L. opusculum de miseria humana.**

f. 87b **Martini de Melerstat ad Boh. de L. epistola** gratias agens pro dedicato opere (30. oct. 1495).

f. 89 **Bohuslai de L. epistola anepigrapha de philosophis.**

f. 91b—96a **Bohuslai de L. carmina quaedam.**

Sequuntur aliquot folia vacua non numerata.

f. 97b »Hanc epistolam dom. **Nicolaus Flasscator** dive Barbare altaris olim sacellanus Crumnovie propria manu perscripsit.«

f. 98—133 **Apologia regis Wladislai.** »Antonio episcopo Nitriensi Wladislai regis oratori . . **Udis** (= οὐδείς) salutem«. In fine permulta folia excisa sunt.

Intrinsecus operculi super. hoc distichon occurrit: »Author constructe domus en me legat amicis: Grates nunc habeo, Vincesilae, pias.«

Codex a Venceslao de Rovné, cancellario Rosenbergico, cuidam monasterio (Třebonensi aut Borovanensi) legatus esse videtur. De eodem cf. praefationem ad epistolas Bohuslai de Lobkovic ed. a J. Truhlář Pragae 1893.

144 *I. D. 4.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 116, 19×16 cm. 1 m.

Historia regni Bohemiae ab origine usque ad Leopoldum regem.

Opus anepigraphum nullius pretii historici regnante Leopoldo, cui ad calcem auctor fortunam imprecatur, compilatum est. Ex bibl. nova Carolina (antea Ign. Car. comitis de Sternberg).

145 *I. D. 5.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 77, 18×15 cm., 4 m.

f. 1a—18b **Vita b. Agnetis, filiae Przemyslai Ottocari I., fundatricis Crucigerorum cum rubea stella** etc. »A. d. 1758 die 6. Martii.«

f. 19a—31b **Joannis Georgii Jacobi Schubart Epicedium in morte patris.** (280 disticha.) Saec. XVIII.

f. 32a—62b **(Fragstein nuncii** regis Leopoldi) **Relatio Moscovitica.** (Relatio de itinere 10. jun. 1657 in Russiam iussu regio suscepto et a. 1658 transacto). Data Posnaniae 18. Junii 1658. Cf. Přibram in AÖG. 75 p. 453.

f. 63a—77b **Origo et incrementa ordinis Crucigerorum praecipue in Bohemia** annexis insignibus ordinum militarium coloratis.

146 *I. D. 6.*

chart. a. 1777 ff. 47 (=pag. 94), 20×17 cm. 1 m.

De statibus circuli Suevici dissertatio, quam Academiae militaris Statore ac Protectore summo . . . Carolo Duce Württembergiae et Tecciae . . . praeside **D. Joanne Augusto Reussio** iuris publici in academia militari professore . . . XII. Dec. **1777** defendent iurium studiosi respondentes: Phil. Christ. Frid. de Normann (et ceteri 8).

147 *I. D. 7.*

chart. saec. XVII (f. 4 et 5 a. 1684) ff. 79 num., 20×30 cm. magna ex parte autographus, sed additamentis manuum recentiorum auctus.

Post illigatum indicem manu saec. nostri (Jos. Leyer, bibliothecae Clement. servi) concinnatum praecedunt 2 folia non num., quorum primo continetur iuramentum regis Angliae versibus germanicis ita conditum, ut diverso modo lectum modo catholice modo protestantice sonat. Ibidem duo insignia originalia cerae impressa occurunt familiarum: Fremutové z Tropčic, Krsovští z Krsovic. Fol. altero continetur titulus hic:

Fragmenta stemmatographica. (Zlomky rodopisu českého). Opus maiori ex parte bohemicum concinnaveritne **T. Fr. Ebner,** qui nomen suum subscripsit fol. 13, manet incertum. Sed praeter eum et alii collaboraverunt a fol. 55.

f. 75 typis excusum est sub titulo: **Schema genealogicum . . . . comitum de Schrattenbach.** Vetero-Pragae, typis Car. J. Hraba. Anno 1721.

148 *I. D. 8.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 47, 34×20 cm. 1 m.

Annales ecclesiastici ab anno mundi 4039 (natali b. Mariae) usque ad annum 690 p. Chr. Opus nullius pretii.

149 *I. D. 9.*

chart. saec. XIV—XV ff. 91 num., 30×22 cm. d. m.

f. 1a Consignatio contentorum manu saec. XV.

f. 1b—40b **Euangelia Matthaei, Marci, Lucae** (cum notis margin. in fol. 1o).

f. 41a—43a Sermones tres de animabus.

f. 43a—71a **Liber de septem timoribus per exempla.** »Quoniam plus exempla quam verba movent« × »mirum est, nisi timeat omnis homo . . . . Explicit liber de timoribus septuplicibus utiis desperatis. Nudum latro transmittit et in obsessa via pauperi pax est.«

f. 71b—72b Registra duo operis praecedentis.

f. 73a—77b Sermones aliquot.

f. 78 »Quod triplici racione dicebant magi primum regem« . . .

f. 79 »Quod virtus est melior quam bona opera.«

f. 80a—81b »De commendacione virtutis.«

f. 82a—85b **(Milicii) Sermo synodalis: »Grex perditus factus est populus meus«** × »qui nos unacumque grege suo reducat ad ovile ecclesie et demum ad patriam salutis eterne. Qui vivit . .«

f. 85b—86a **Alter sermo synodalis (Milicii)** mancus in fine. »Sacerdotes contempserunt legem meam« × »nomen enim dei per vos blasphematur.«

f. 86b—87a »Questio de sancta cruce«: »Quidam discipulus interrogavit abbatem suum.«

f. 87ª **S. Augustini Sermo de discordia.** »Locuturi contra discordantes.«

f. 87ᵇ—89ª **S. Augustini Sermo de persecutione.** »Frequenter diximus.«

f. 89ª—91ª **S. Augustini liber de XII abusionibus.**

f. 91ª (rubric.:) »Liber monasterii s. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores.«

Deinde codex fuit bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato. Utrique operculo adglutinata sunt fol. membr. cuiusdam codicis saec. XIV argumenti theologico-philosophici.

150 *I. D. 10.*

chart. saec. XV ex. cum additamentis saec. XVII ff. 365 num., 32 × 21 cm. praeter additamenta ab uno scriba eximie exaratus atque rubricatus, lit. initial. capitalibus varii coloris eleganter exornatus, quarum nonnullae (f. 1, 109, 260) ornamentis picturatis imprimis eminent.

f. 1—102ᵇ **Johannis de Marignola Chronicon Bohemiae.** »Incipit processus in Cronicam Boemorum« × »Et sic est finis huius Cronice Boemorum.« (Hocce unico cod. post Dobnerum usus est editor in Font. rer. boh. IV—cf. praef. ibidem p. 490).

f. 103ª—108ᵇ Zápisky kronikářské české XVII. stol. na léta 644 až 924 (bezcenné; jestiť to přepis počátku Hájkovy Kroniky).

f. 109ª—215ᵇ **Přibiconis de Radenin dicti Pulkavae Chronicon Bohemiae.** »Cronica Przibiconis de Tradenina per eundem de gestis incliti regni Boemie compilata feliciter incipit de a. d. 1374« × »Explicit Cronica Boemorum« etc. etc. (cf. praefat. in Font. rer. boh. V, ubi finis integer describitur).

f. 216ª—238ᵇ **Caroli IV vita.** (Rubr.:) »Cronica de vita gestis et moribus victoriosissimi principis et d. d. Karoli . . .« (Cf. Fontes rer. boh. III p. 332).

f. 239ª—253ᵇ **Rozličné paměti, které se sběhly v království Českém, nejvíce Nového města Pražského a jeho privilegií se týkající.** (Zápis XVII. stol.)

f. 253ᵇ—254ª **Epitaphium Nicolai Zrini.**
f. 254ª—257ᵇ Varia notata historica latina et bohemica. } saec. XVII.

f. 258ª—259ᵇ Kus Hájkovy Kroniky. (Přepis XVII. věku).

f. 260ª—346ª **Laurentii de Březová Chronicon Husitarum.** (Cf. praef. t. V Font. rer. boh. p. XXV.)

f. 346ᵇ—354ᵇ **Privilegia Veteris urbis Pragensis** (lat. germ. bohem.) compilata saec. XVII.

f. 355ª—365ᵇ **Laurentii de Březová Carmen de victoria Bohemorum apud Domažlice a. 1431** (initio uno folio exciso, quod Dobner nondum desiderávit, mancum). (Ed. Goll t. V. Font. rer. boh. p. 545 cf. praefationem).

De fatis pretiosi codicis huius hoc constat. Ad calcem f. 1 occurrit nota: Girzik Sskreta SSotnowsky z Zaworzicz, ut videtur, manu ipsius possessoris scripta. Ibidem in fronte inscriptum erat nomen bibliothecae, cui codex postea

obtigit, sed nunc atramento obductum legi non potest. Emler in praef. t. V. Font. rer. boh. pag. XXV codicem nostrum in bibl. crucigerorum cum rubeo corde Pragensi fuisse affirmat. Cf. etiam Hanslik p. 610; ne hic quidem desiderasse videtur initium carminis praefati.

151 *I. D. 11.*

chart. saec. XIV—XV ff. 294 num., 30 × 21 cm. 1 m.

f. 1ª—292ª **Conradi de Waldhusa Postilla de tempore** (Incip. rubr.:) »Postilla magistri Chunradi Walthauser doctoris eximii de tempore. (Prohemium.) Postillam studencium sancte Pragensis universitatis . . .« × »Explicit postilla Conradi de Walthusa cuius anima requiescat in pace.« Notas marginales operi huic addidit alia manus saec. XV, quae etiam codici inseruit tractatum sequentem:

f. 292ᵇ—294ª Tractatus anepigraphus et in fine mancus de praeparatione ad mortem. »Circa materiam sequentem occurrit mihi verbum Christi Math. 24⁰ dicentis: Vigilate quia nescitis« × »o dilecte puer patris celestis mei.«

In utroque operculo sunt notae theolog. eadem manu recentiori scriptae. Codex olim erat monast. Borovanensis.

152 *I. D. 12.*

chart. saec. XV (pars a. 1462) ff. 231 num., 31 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—27ᵇ Rhetorica varia: Quot partes compositio habeat, praecepta rhetorica, de ratione numerorum secundum mentem Casparini, de ratione pronunciandi, vocum et sententiarum synonyma, nov em praecepta artis memorandi, varia genera orationum et epistolarum cum exemplis. f. 25—27 **Tractatus de modo epistolandi fr. Guilelmi Sononiensis** (vel Savonensis, ut habetur in adlig. 44. G. 56. f. 6.)

f. 28ª—94ᵇ **Laurentii Vallae Elegantiarum libri sex.**

f. 95ª—99ᵇ »**M. Catonis de re militari libellus.**« »Res militaris in tres dividitur partes« × »ad postremum omnia oblivioni pro ducta cognoscitur. Laus deo Amen.« (Opus suppos. sub nom. Modest publicatum, sed a Pomponio Laeto compilatum. Cf. Teuffel, Gesch. d. röm. Lit.)

f. 100ª—137ª **Stephani Flisci de Soncino** ad Johannemi Melioracium **liber de sententiarum synonymis.** (Epist. dedic. inc.:) »Cu m n superiora (sic) verborum Sinonoma (sic) tibi breviter absolvissem« . . .

f. 137ᵇ—138 Notae rhetoricae.

f. 139ª—174ᵇ **Mag. Johannis de Sumptino Notabilia (grammaticalia).** »(P)rimo notandum est, quod augeo auges auxi auctum« × »Expli ciunt Notabilia magistri Johannis de Sumptino«.

f. 175ª—184ᵇ Praecepta quaedam grammatica, orthographica, inter quae iterum occurrunt (f. 182—184) excerpta ex **M. Joh. de Suntino.**

f. 185ª—187ᵇ **De dactylo, spondeo et trochaeo.** »Tres sunt pedes, quibus utimur in nostris carminibus.« × »Et nota quod hec regula data est de verbis prime coniugacionis.«

f. 188ª—189ª **Servii Honorati ad Aquilinum de ultimarum syllabarum naturis.** »Igitur primas sillabas omnium parcium oracionis duobus modis considerabimus« × »que aut diptongo aut posicione longe sunt«

f. 189b—194b **Orationes** quaedam **et epistolae** (Oratio de praestantia iustitiae, **in funere Ludovici Bentivoli,** epistola ad papam de virtutibus Laurentii de Justinis de civitate Castelli, item ad Nicolaum de Capranica, oratio quaedam ad consules).

f. 195 Notae variae, quarum pars concernit librariam alicuius collegii Prag.

f. 196a—201a **A. M. T. Severini Boethii De modo progrediendi in discendo et docendo (alias Speculum scholarium).** — Opus supposititium — cum notis permultis marginalibus. »Vestra novit intencio« × »ultima tamen alius saporis inquinamenta permanebunt. Deo gracias. Finitus est hic liber a. 1462 fer. VI magna, feria II autem eiusdem septimane effectus (sic pro evectus) fui in magistrum sub rectore universitatis mag. Johanne de Praga et in robur huius complementi illustrissimus princeps Victorinus dux Minsterbergensis comes Glacie capitaneus Moravie d. et d. de Podiebrad fecit solempne prandium collegiatis Caroli.« (Si contulerimus id, quod ad eundem annum refert Liber decanorum II, 79, agnoscemus scribam **M. Wenceslaum de Chrudim,** a quo etiam aliae partes codicis nostri scriptae esse videntur).

f. 201a-b **Senecae ad Lucilium epistolae II et VIII.**

f. 202a—204b **(Martini cuiusdam) Tractatus de modo artificioso studendi, intelligendi et memorandi.** »Magnam cuiuslibet artis vim comparat artifex« × »ut quod nostre beate minoravit societatis, adaugeant paucorum multa ingenia preciosa ad honorem, qui semper vivit et regnat Amen.« (Cf. cod. XIV. F. 18.)

f. 205a—207a **Seneca de 4 virtutibus cardinalibus** cum praefatione et commentario interlineari. »Quatuor sunt virtutum species« × »aut deficientem contemnat ignaviam«. (Auctor est **Martinus Dumiensis seu Braccarensis.)**

f. 207b **Senecae ad Lucilium epistola XI.**

f. 208 Monita quaedam moralia. »Age fili ut oportet, age ut decet.«

f. 209 Epistola consolatoria ad maritum, qui uxorem amisit.

f. 210a—223b **Aeneae Silvii (postea Pii II) Epistolae quaedam.**

f. 224a—228b Eiusdem epistolae alia manu cursim exaratae, et una Friderici regis »laureationem Enee« concernens.

f. 229a—230b **Valerii Maximi ad Rufinum epistola de non ducenda uxore.**

f. 231b Notae quaedam nullius momenti.

Ad opercula inligata sunt 2 folia alicuius cod. membr. saec. XIII argumenti philos. Codex fuisse videtur M. Wenceslai de Chrudim, quem concernit nota marginalis in f. 201 occurrens: »Rex Ladislaus felicis recordacionis defunctus est a. d. 1457 die Clementis. Ipse tunc temporis fueram 18 annorum credo et non amplius; nam steti ad baccalarios et annos ad magistrum 4 puto.« Codex bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis erat. Cf. Věstník Č. A. 1897 p. 473.

153 *I. D. 13.*

chart. saec. XV ff. 143 num., 30 × 21 cm. 1 m.

1a—137a **(Antonii Parmensis) Sermones de tempore.** »Explicit liber super evangelia« (sequens verbum erasum est). Alia manus sed adhuc

saec. XV adscripsit: »Expliciunt sermones **qui intitulantur Aurea cappa** valde optimi.«

137b—143b Sermones aliquot ab aliis scribis additi, inter quos in fol. 140a haec rubr.: »Liber monasterii domus S. Egidii in Trzebon alias in Witignaw canonicorum regularium ordinis S. Augustini.«

154 *I. D. 14.*

chart. saec. XIV—XV (pars a. 1397) ff. 148, 29 × 20 cm. d. m.

f. 1a—99b **Liber de fructibus poenitentiae.** »Incipit prologus de fructibus penitencie. Quoniam peccantibus post baptismum mortaliter sola penitencia remedium est ad vitam« × »Explicit liber de fructibus penitencie sub a. **1397** finitus sabbato post festum omnium sanctorum. Z bohem.« (Cf. Schulte, Canon. Hschft. 37).

f. 100a—146b **Sermones et lectiones paschales et de beata virgine** SS. Augustini, Paulini, Leonis p., Ambrosii, Anshelmi et al.

f. 146b—148b (anepigr.) **S. Bonaventurae Philomena.** Carmen rhythmicum (edit. Venetae XIII, 338).

In fol. membr. codici praeligato occurrit Decalogus bohem. (**Desatero bož. přik.**) init. saec. XV exar. Codex primum most. Borovanensis, deinde bibl. Rosenbergicae fuerat, ex qua restitutus est mon. praefato.

155 *I. D. 15.*

chart. saec. XIV—XV ff. 168, 30 × 22 cm. d. m.

f. 1a—120b **Johlini (Ješek de Wodňan) Postillae pars hiemalis.** »Cum appropinquasset . . . Sancta mater ecclesia« × »Transscriptus est iste liber a. d. **1415** fer. V ante festum s. Thome apost.«

f. 120b »Nota 7 dubitabiliora circa corpus Chr. vel questiones.«

f. 121a—142a **Roberti Holgot Moralitates.** »Antiquitus in civitate Atheniensi« × »finaliter evadat. Finis moralitatum Holgot **Petri de Lethowicz.**« Sequitur nota quaedam radendo mutilata: »A. d. **1401** in die s. Leonardi« . . .

f. 142b—147a **»Libellus de concupiscencia carnali.«** »Quoniam, ut ait Seneca, communis vox nature est« × »faciat nos beatos. Finitur libellus de concup. carn. a. d. **1398** die XVIII mensis Januarii, que fuit dies s. Prisce . . . **Petri de Lethouicz** salva correctura.«

f. 147a—156b »Incipit **Tractatus Rabi Samuel Israhelite, per quem probatur adventus Christi sive Messie dudum preteritus** per dicta veteris legis et prophetarum, que Iudei recipiunt« (translatus a fr. **Alphonso Bonihominis)** × »penitus est ignorans. Explicit liber, qui intitulatur Rabi Samuel de convincendis Iudeis . . . a. etc. 98 **(1398)** sabbato ante dominicam palmarum per manus **Petri de Lethouicz.** Sancta Ursula ora« (sic).

f. 157a—168a **»Processus passionis domini« (Sermo).** »Egressus Jesus trans torrentem Cedron . . . Scitis quia mos est predicatorum« × »quasi mortuam in Jerusalem. Finita est ista passio a. d. **1421** die X mensis Februarii in die s. Scolastice in Crisano (?) per me **fratrem Petrum,** ubi multa mala perpessus sum.«

Utrique operculo adligatum est dissectum membr. instrumentum publici notarii Johannis Wallingh de Borken, qui Thomam de Amelia causam Hens.lini Johannis de Rokyczano rectoris ecclesiae in Prostiborz diremisse testatur a. 1412. Operculo super. adglutinatum est fragmentum chart. instrumenti publici notarii Heinrici Reym de Swobach in causa litis cuiusdam conscripti Ratisbonae a. 1392, inferiori vero fragmentum chart. protocolli iudicii archiep. Prag. saec. XIV ex. Codex saec. XV erat monast. Borovanensis, deinde bibliothecae Rosenbergicae, postremo iterum monast. praefati.

156 *I. D. 16.*

chart. saec. XV ff. 312, 29 × 21 cm. 1 m.

Nicolai de Dinkelspuel, doctoris Viennensis, **Sermones de tempore et de sanctis.** f. 1 »Benedictus qui venit in nomine domini . .« f. 312b »Per manus **Johannis Villani**« (alia manu:) »Sermones Nicolai Tingelspigl doctoris Wiennensis«. »Iste liber est monasterii Borowanensis alias Forbos in diocesi Pragensi datus per reverend. magistrum Mauricium de Benessow.«

Deinde codex in bibl. Rosenbergica erat, ex qua mon. praefato restitutus est. Operculis adligata sunt membr. fragmenta cuiusdam breviarii saec. XIV, quibus glossator codicis notas latinas et bohem. inseruit.

157 *I. D. 17.*

chart. saec. XV ff. 199 num., 30 × 21 cm. d. m

f. 1a—113a **(Antonii Parmensis) Sermones »qui intitulantur Cappa vel Aurum sub fimo.«** . . »Cum appropinquasset . . . Tempus quod hodie incipitur« × »perducere dignetur.« Pars fol. 113 resecta est, item excisa sunt aliquot folia sequentia.

f. 114a—146a »Expliciunt **Sermones de evangeliis dominicalibus per totum annum** (sic incipientes: »Dicite filie Syon . . In verbis propositis«). Finis adest operis alleluia. (rubr.:) Domini Mathie de Charwatecz.«

f. 147a—197a **Sermones festivales.**

f. 197b—199b **Sermones de animabus in fine manci.**

Codex bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis fuit.

158 *I. D. 18.*

chart. saec. XV ff. 268, 30 × 20 cm. d. m.

f. 1a—261b **Testamentum Novum** (bohemice glossatum). (In fronte f. 1 manu saec. XVII adnotatum est: »Pars tertia Bibliorum.«)

f. 261b—267a **(Alexandri de Villa Dei) »Materia capitulorum« Novi Testamenti. Versus memoriales manu Crucis de Telcz** exarati et inter lineas explicati, quorum ad calcem legitur: »Et sic est finis Concordanciarum.«

f. 267a Canones evangelistarum decem.

f. 267b Praefationes in epistolas s. Pauli.

f. 268a Notae quaedam de evangelistis et excerpta varia.

f. 268b »Metra capitulorum et librorum biblie quot sunt.« Versus memoriales manu Crucis de Telcz exarati et explicati. Ibidem ad calcem nota manu saec. XV ex. scripta codicem monasterii Borovanensis fuisse demonstrat, unde in bibliothecam Rosenbergicam pervenit, ex qua postea monast. praefato restitutus est.

Intrinsecus operculi super. occurrunt **oratio dominica et oratio ad S. Spiritum, in operculo infer. decalogus et iterum oratio dom.,** quae omnes lingua bohem. exaratae sunt. Etiam respice, si libet, notam iocosam in operculo sup.: »Novum testamentum pro XII gr. venale, cui autem placet pro tribus seidlinis meri boni.«

159 *I. D. 19.*

chart. saec. XV (partim a. 1411) ff. 129, 30 × 21 cm. 1 m.

f. 1a—56a **Sermones de sanctis.** »Beati sunt servi . . . Quatuor sunt, que faciunt hominem dormire« × »Finito libro sit laus et gloria Christo. Per manus domini **Petri capellani de Tyn** in vigilia s. Bartholomei apostoli sub a. d. **1411.**«

f. 56a—58b Sermones 2 de s. Maria Magdalena.

f. 59a—127a **Sermones de sanctis et de festis mobilibus.** »Incipit liber de sanctis et de festis mobilibus et primo prothema de s. Andrea. Secundum iura et leges« × (exp. de S. Martino:) »corpusque quasi clarificatum effulsit.«

f. 127b—129a (alia manu) Quaestiones breves de obedientia ecclesiastica et de communione sub utraque specie, (quae etiam in operculo superiore continuantur).

Utrique operculo adligata sunt fragmenta membr. instrumenti publici Johannis Pomuk archid. Zaczensis, curiae archiep. Prag. officialis, concernentis causam mag. Stephani Tendrici de Stankow transsumentisque bullam Bonifacii IX dat. II id. Nov. anno pont. eiusdem primo (1389 vel 1390). In fragmento inf. manus saec. XV initium cantionis bohem. s. Venceslai perscripsit: **»Swaty nass waczlawe«**. In operculo infer. occurrit nota saec. XV: »Iste est liber dom. Nicolai de Trzyebon dicti Ly . . . ka«; in f. 128: »liber monasterii . . . in Trzebon«. Deinde codex bibl. Rosenbergicae fuit, ex qua restitutus est monast. praefato.

160 *I. D. 20.*

chart. saec. XIV ff. 205 num., 29 × 22 cm. 1 m.

Antiphonarium notis musicis instructum.

Codex bibl. Rosenbergicae, postea monast. Třebonensis fuit.

161 *I. D. 21.*

chart. saec. XV ff. 251 num., 30 × 21 cm. d. m.

f. 1a—168a **»Thomasskonis Sermones de tempore.«** »Cum appropinquaret Jesus Jerosolimam. Sancta mater ecclesia« × »ut vitam percipiamus eternam Amen.« (De auctore cf. Balbini Boh. doctam II, 195, sed observa sermones sic incipientes alibi attribui Jehlino de Wodňan!)

f. 169ᵃ—173ᵇ Vocabula evangeliorum explicata. »In evangelio Exiit edictum i. e. regis mandatum et derivatur a verbo edico — cis — re.«

f. 174ᵃ—192ᵇ Sermones diversi in fine manci.

f. 193ᵃ—200ᵇ Textus evangeliorum dominicalium per circulum anni.

f. 200ᵇ—251ᵇ **Sermones de tempore et de sanctis** per circulum anni. »Finis adest operis et cetera. Non deportabis nisi XX grossos dabis.«

Intrinsecus operculi sup. haec nota manu saec. XV occurrit: »Istud volumen datum est monasterio s. Egidii in Trzebon per dom. Mathiam plebanum de Janow, in quo continentur . . .« Postea codex erat in bibl. Rosenbergica, ex qua restitutus monast. praefato ad nos pervenit. Operc. sup. adligata est syngrapha (Schuldurkunde) german. saec. XIII—XIV cuiusdam »Ebendorffer gesezzen zu Prissac«, valde attrita.

162 *I. D. 22.*

chart. saec. XIV—XV ff. 271 num., 29×21 cm. d. m.

Johannis de Lignano Commentarius in Clementinas (Opus anepigraphum).

f. 1 (inc.:) »Congregabo reliquias meas gregis mei« × f. 271 »literam que loquitur de generali consweta ordinaria.« (Finis videtur deesse). Cf. Schulte, Canonist. Hschften, p. 37.

Ad opercula illigata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam saec. XIV argum. theol. — philos. (Fortasse libri Sententiarum). Intrinsecus operculi sup. et in fol. ultimo non num. eadem occurrit nota calamo saec. XV scripta: »Iste liber pertinet in Borowan novam fundacionem dei genitricis virginis Marie«. Deinde codex in bibl. Rosenbergicam pervenit, ex qua restitutus est monasterio Borovanensi.

163 *I. D. 23.*

chart. a. 1385 ff. 181, 29×20 cm. 1 m.

In fronte f. 1 hic occurrit titulus alia manu saec. XIV inscriptus: »Petrus de Lombardia episc. Paris. fecit librum Sentenciarum, sed M. Zolto doctor sacre theologie comportavit istas questiones«.

f. 1ᵃ—180ᵃ **Conradi Soltow Quaestiones in 4 libros Sententiarum Petri Lombardi.** »Queritur, utrum per studium sacre scripture acquiratur habitus alius a fide« ^ »quod reprobi usque ad diem iudicii vident gloriam sanctorum. Iterum et sic patet questio. Expliciunt questiones sentenciarum in anno d. [1]385 in vigilia S. Procopii.«

f. 180ᵃ—181ᵇ (et in fol. praeligato non num.) Notae theologicae.

In fronte fol. praeligati notatur possessor: »Liber M. Jacobi de Sicca in 40 grossis« (Sicca mag. evasit a. 1389). Deinde codex monast. Třebonensis, bibl. Rosenbergicae et iterum monast. praefati fuit.

164 *I. D. 24.*

chart. et membran. saec. XIV—XV ff. 245, 30×22 cm. 1 m.

Petri Lombardi Quatuor libri sententiarum.

f. 1 (alia manu:) »Sentencie sentenciarum breves pro intellectu materiarum« (=quoddam registrum).

f. 2ᵃ—245ᵇ Textus Sententiarum.

Operi Sententiarum praeligatum est fragmentum instrumenti publ. notarii Andreae quondam Petri de Jawor de a. 1390, quo Nicolaus de Wymaria ab Henrico de Isenaco procurator constituitur. Codex saec. XV monast. Třebonensis, deinde bibl. Rosenbergicae et iterum monast. praefati fuit.

165 *I. D. 25.*

chart. saec. XIV—XV ff. 274, 30×21 cm. d. m.

f. 1ᵃ—147ᵇ **(Galli abbatis coen. Aulae Regiae?) Malogranati liber tertius.** (Initio in f. 1 et 2ᵃ absolvitur liber secundus — ideo codex mancus est — incip.: »Desidero eciam scire, quomodo debeat se homo habere in prosperis et in adversis« × f. 2ᵃ »videlicet in viciorum detestacione, in virtutum operacione et in temptacionum perpessione esse expositum et explanatum.«) »Incipit tercius liber.« × f. 147ᵃ »Incipit registrum seu thabula precedentis operis videlicet tercii libri, qui intitulatur Malogranatus« — f. 147ᵇ »fini (sic) hunc librum proxima fer. quarta ante adventum domini.« (Opus hoc alibi aliis attribuitur.)

f. 149ᵃ—201ᵇ Tractatus anepigraphus in tres libros divisus, quorum primus de deo et homine, secundus de virtutibus et vitiis, tertius de iisdem specialiter quoad monachos agit. Index libri I sic incipit: »Quod deus summus et incommutabilis sit« × f. 201: »non quos celestis aula letificandos includit etc. Et sic est finis. Sit laus et gloria Cristo. Amen.«

f. 202ᵃ—274ᵇ **(Henrici Susonis) Horologium divinae sapientiae.** »Incipit prologus in librum qui intitulatur horlogium divine sapiencie. Sentite de domino in bonitate« × »te regum (sic) glorie dominumque virtutum in decore suo conspicientes dominum nostrum J. Ch., qui cum patre etc.« (Haec verba tractatum absoventia in f. 273 occurrunt, postea sequitur capitulum unum, quod scriba omisit). Medio tractatui (f. 244) inserta est:

f. 244—247 »Solempnis commendacio sive oracio beate semper virginis Marie et de dolore eius quem habuit in passione domini filii sui unigeniti.«

f. 252ᵇ »Explicit horologium d. s. sequitur nunc Cursus eiusdem divine sapiencie« (Revera sequuntur solum 2 fol. vacua, postea horologii liber secundus).

Codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis fuit.

166 *I. D. 26.*

chart. a. 1404 ff. 220, 31 × 22 cm. 1 m.

(Guilelmi Peralti) Summa vitiorum.

f. 1ª (rubr.:) Registrum Summe viciorum. f. 220ᵇ (rubr.:) »M. hic cum thetra liber. C. bis duo finit (=1404). Scriptoris. **b.o.a.c.i.u.s.** collige nomen.« (sic).

»Ex libris canoniae Carloviensis Neo Pragae can. reg. Later. S. Augustini«.

167 *I. D. 27.*

chart. saec. XV/XVI ff. 529 num., 28 × 21 cm. 1 m.

Haly (Albohazen) filii Abenragel Libri de fatis astrorum partes V—VIII. (Exemplar descriptum ex libro typis edito Venetiis 1485 arte et impensis Erhardi Ratdolt de Augusta. Cf. Hain, Repert. bibl. I. 2.)

f. 1—6 Tabula V—VIII part. f. 7. »Hic incipit quinta pars huius libri et sunt in ea 15 capitula.« f. 529ᵇ: »Finit feliciter liber completus in iudiciis stellarum . . . fideli studio emendatus per dom. Bartholomeum de Alten de Nusia . . . impressus arte et impensis Erhardi Ratdolt de Augusta regnante Johanne Mocenico duce Veneciarum anno dominice« (cet. desunt).

Partes I—IV ab eodem librario descriptas v: VI. B. 6. »Collegii S. J. Novae-Domi cat. inscriptus a. 1636.«

168 *I. D. 28.*

chart. a. 1388 ff. 346 num., 28 × 21 cm. d. m.

Nicolai de Gorran Dicta super Lucam.

f. 1 »Disciplina medici exaltabit caput illius« × f. 346ᵇ »Explicit glosa dictorum Gurre super Lucam scripta a. d. **1388** fer. III ante festum S. Georgii m.«

In f. 1 non num. notatur: »pro II sexag.« Codex bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis fuit.

169 *I. D. 29.*

chart. a. 1476—1477 ff. 341 num., 30 × 21 cm. 1 m. In fol. praeligato et non num. occurrit series contentorum manu saec. XV conscripta.

f. 1ª—3ª (rubr.:) »Incipit **Liber exhortacionum beati Anzhelmi ad contemptum temporalium et desiderium eternorum.** Quid agis o homo« × »quam concedat nobis, qui cum patre et s. s. regn. p. inf. s. s. A.«

f. 3ᵇ—15ᵇ **Innocentii papae III Opusculum de humana miseria.** »Domino patri karissimo Petro dei gracia Portuensi episc.« × »Explicit liber de humana miseria b. Innocencii pape quarti (sic) per manus cuiusdam **Mathei Piesskonis.**«

f. 16ª 22ᵇ **S. Augustini liber de meditationibus.** »Vigili cura, mente sollicita« (In edit. hic tractatus intitulatur »**de diligendo deo**«).

f. 23ª—80ᵇ **(Nicolai de Dinkelspühl) Tractatus de 7 peccatis mortalibus.** »[H]omo quidam fecit cenam magnam« × »et sit filius dei et coheres naturalis eius filii d. n. J. Chr. qui est in secula benedictus Amen. Per me **Piessek smigmalaboratorem** completum est hoc opus **in Thin Horssow** fer. V in die s. Victoris . . . a. [**14**]**76.**«

Sequitur quaedam appendix eiusdem tractatus incipiens:

f. 81ª—87ᵇ »[S]ecundum maystrum et doctores in quarto distinccione 16 tres sunt partes vere penitencie« × »an parentibus suis aut aliis benefactoribus vivis et defunctis preces fundere neglexerit etc.« (Est eiusdem **Nicolai de D. Tractatus de poenitentia**).

f. 88ª—189ᵇ **Tractatus theologicus: de fidei articulis, de sacramentis, de virtutibus** (cf. f. 126). »Cum solus in cella sederem« × »stimulo me cogente hoc opusculum sum aggressus. Deo gracias. Amen.« (Cf. cod. VI. D. 19).

f. 190ª—267ᵇ **Nicolai de Hanapis Liber de exemplis sacrae scripturae.** »Creacio rerum fuit ita mirabilis« × »Explicit liber de exemplis s. sc. . . . et est finitus per me **Mathiam Piesskonem smigmalaboratorem de Tyn Horssow** fer. V ante festum s. Anthonii a. [**14**]**77.** Sit laus Christo.«

f. 269ª—282ª **Replica magistrorum Pragensium contra scriptum sacerdotum Taboriensium** (Sub hoc titulo tractatum hunc polemicum M. Johannis de Příbram **de ritu et vestibus missalibus** Chronico Taboritarum inseruit auctor. Cf. Höfler, Script. rer. hus. II, 501—545). Expl. fer. V ante convers. s. Pauli a. [**14**]**77.**

f. 282ᵇ—320ᵇ **(Johannis de Příbram) Tractatus contra errores Picardorum.** »Jesus Christus dominus omnipotens, qui est deus et scienciarum (substanciarum?) dominus« × »utcunque contegendum et defendendum. Amen. Et sic est finis huius tractatuli fer. VI ante purificacionem b. Marie hora 17 a. [**14**]**77.**«

f. 321ª—325ª **[Procopii de Plzna?] Sermo de b. virgine ad clerum.** »Memoriam excellentissime virginis Marie canere licet« × »Et sic est finis eodem die sicut articuli hereticorum hora II noctis«. (Auctorem conicio ex initio sermonis sequentis).

f. 325ᵇ—330ᵇ **Johannis de Przibram Sermo ad clerum.** »Rev. et vener. patres virique et domini . . . Quamvis iam sermon bus . . . M. Procopii sacre theol. doctoris . . .« × »glorificent patrem ves trum, qui in celis est. Quod fuit thema. In quibus etc.«

f. 331ª—335ª **(Stephani de Páleč?) Sermo ad clerum de spiritu sancto.** »Rev. patres et dom. honorandi! S. mater ecclesia maystra omnium accionum peritissima« × »Spiritus domini assumpsit me et elevavit me inter celum et terram.«

f. 336ᵇ—341ᵇ **(Eiusdem?) Sermo de assumptione b. Mariae (ad clerum).** »Rev. patres et domini! Gloriosam genitricis dei virginis Marie assumpcionem« × »quia per te et in te de te benigna manus omnipotentis quidquid creat et recreavit merito quidem« (cetera cum fol. ultimo desiderantur).

Codex bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis fuit.

170 *I. D. 30.*

chart. saec. XV ff. 354 num., 30 × 22 cm. d. m.

f. 1—352b **Biblia sacra veteris et novi testamenti** initio mutilata (a cap. III Proverbiorum usque ad Malachiam proph. omissis libris Machabaeorum et ab evang. Mathaeo usque ad ultimam s. Pauli epistolam ad Hebraeos omissis libr. ceteris).

f. 276a—283b (inserta sunt apocrypha) »Gesta salvatoris nostri domini Jesu Christi, que invenit Theodosius . . . in Jerusalem in pretorio Poncii Pilati« (= **Evangelium Nicodemi cum epistola Pilati ad Claudium Tiberium).**

f. 352b—354aSermo de adventu Christi. In fine nota quaedam codicem concernens erasa est.

Operculis adligata sunt bina fol. membr. cuiusdam Psalterii lat. saec. XII—XIII. Codex bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis fuit.

171 *I. D. 31.*

chart. saec. XV in. ff. 183, 29 × 21 cm. d. m.

Johannis de S. Geminiano (dicti Gori) Sermones quadragesimales.

f. 1a »Cum ieiunatis, nolite fieri sicut ypocrite« × f. 183b »Quadragesimale geminiani bonum et populare.« (rubr.:) »Explicit quadragesimale Genimiani« (sic).

In fronte f. 1 et ultimi eadem nota occurrit: »pro isto libro dedi quinquaginta grossos.« In fol. operculo super. adligato notatur: »A. d. 1419 in die S. Crucis exaltacionis obiit honorabilis presbyter dom. **Gregorius Sekyra, illuminator magnus,** qui legavit hunc librum pro monast. S. Karoli pro fratribus, quos multum dilexit. Orate ergo pro anima ipsius, fratres predilecti.« »Ex libris canoniae Carloviensis.«

172 *I. D. 32.*

chart. saec. XIV ex. et XV in. ff. 187, 29 × 21 cm. d. m.

f. 1a—18b **Moralitates biblicae.** »Regnum celorum acquiritur per arma. Legitur Iudicum, quod« × »Expliciunt **Historie biblie**«.

f. 18b—29a »Incipiunt **Similitudines cum Moralitatibus per modum alphabeti.**« × »Expliciunt Similitudines collecte de diversis libris.«

f. 29a—54a »Incipiunt **Auctoritates**« × »Expliciunt Auctoritates fr. **Thome dicti Clemencia** . . . per manus fr. **Wenczeslay lapicide** finite fer. II in die Collencii.«

f. 54b—59b »Incipit tractatus de modo fugiendi peccatum« × »Explicit **Compendium viciorum** nescio quando« (sic).

f. 60 Notae variae theol. argumenti.

f. 61a—90b **(Johannis Hildesheimensis) Gesta trium regum.** »In primo capitulo huius libri, qui est collectus do gestis et translacionibus trium magorum . . . narratur« × (absoluto cap. 46) »finito libro sit laus et gloria Christo.«

f. 91a—144b **Peregrini Sermones.** »Ecce rex tuus venit tibi« × »Explicit Peregrinus **de tempore** a. d. **1394** fer. III post festum s. Juliane v. g. etc.«

f. 144b—150b **Sermones** varii, quorum unus in f. 150a »**de triplici statu hominis M. Mauricii studii Pragensis et fratrum** (sic) **ad S. Crucem Maiorem**«

f. 150b—156b »**Excerpta de Passione Simonis de Cassia**« × »Expliciunt Excerpta super Passionem dom. Symonis de Cassia ord. herem. finita sabbato post festum s. Anne . . a. **1399** in camera habitacionis in Bud(weis) capellanorum.«

f. 157—172b Sermones diversi.

f. 172b—174b Notae variae theologicae.

f. 175a—176a Vocabularius latino-bohemicus **(Slovníček lat.-český obsahující lit. A-C a některá slova jiná).** Cf. Hanuš, Dodavky I str. 6 čís. 14.

f. 176b—177b Jesus consolatur Mariam die Mercurii ante passionem.

f. 178 Duo sermones.

f. 179a—184a »In principio erat verbum« × »Explicit **Ordo gestorum Christi (M. Johannis Hus)** . . . valens ad predicandum cum concordanciis evangeliorum finitus a. d. **1408** in fer. III in festo s. Alexii per me **Nicolaum altaristam** altaris corporis Christi et s. crucis **in Budways.**«

f. 184a—185b Sermones duo de s. Maria Magdalena.

f. 185b—187b »Incipit **Compendium de naturis animalium**« × »Explicit a. **1408** fer. III ante Vincula s. Petri **Nicolaus de Trzebon** capellanus corporis Christi et s. crucis.« Sequuntur variae notae theologicae, quae etiam in utroque operculo continuantur.

Manu saec. XV in f. 187 ad calcem nota: »Liber monasterii domus s. Egidii canon. regul. in Witignaw alias in Trzebon.« Deinde codex bibl. Rosenbergicae erat, ex qua restitutus est monasterio praefato.

173 *I. D. 33.*

chart. saec. XIV ex. ff. 232, 31 × 22 cm. d. m.

Missale (ut demonstrant rubr. festa patronorum in calendario praecedente) **ad usum eccles. bohem.**

Pars f. 1 scissa est, item excisa sunt nonnulla folia post 124 (ante Canonem), atque etiam finis deesse videtur. Operculis adligata sunt fragmenta membr. cuiusdam Breviarii saec. XII. lat. Unde liber provenerit, nusquam notatur, solummodo in operculo infer. occurrit nota adglutinata membrana obducta, in qua calamo saec. XV commemoratur quidam Johannes Newegar possessor libri.

174 *I. D. 34.*

chart. saec. XIV—XV ff. 205, 30 × 22 cm. d. m.

f. 1a—11b Registrum super librum de vita christiana Simonis de Cassia compilatum a fr. Johanne de Salerno.

f. 12b—14b Evangelia dominicalia totius anni quibus locis in libro Simonis attrahantur.

f. 15a—205b **Simonis (Fidati) de Cassia liber de vita christiana.** »In nomine Christi amen. Incipit liber de vita christiana venerabilis fratris

S. de C. ord. fratr. herem. s. Aug.« × »Explicit liber quintus de miraculis a Chr. factis et hoc sequenti die post festum s. Benedicti. Dignus est mercenarius mercede sua.«

Opus non videtur esse completum, cum in praecedente registro 14 libri indicentur. (V. A. 17 indicantur libri 15.) Codex monast. Třebonensis et suo tempore bibl. Rosenbergicae fuit.

175 *I. D. 35.*

chart. saec. XV ff. 161 num., 29×21 cm. d. m.

f. 1ᵃ—44ᵇ **Isidori Hispalensis Tractatus de summo bono.** »Summus ideo deus est« × »Et sic huius tractatuli habetur finis sic intytulati Isyodorus de summo bono.«

f. 45ᵇ—47ᵇ Fragmenta sermonum de b. Maria virgine et Maria Magdalena.

f. 49ᵃ—140ᵇ (anepigr.) **Auctoritates alphabetice digestae.** »Abstinencia Eccl. 30, 1 Qui abstinens est, adiciet vitam« × (vox »virtus«) »Si vitasti grave, caveas ne obruaris arena. A tot gest konecz, bud bohu poruczen y geho myle matcze.«

f. 141ᵃ—161ᵇ Sermones diversi initio manci (quorum nonnulli de dedicatione).

In fronte f. 1: »Conventus s. Margarethae Plznensis ord. praedicatorum«.

176 *I. D. 36.*

chart. a. 1422 ff. 309 num., 30×21 cm. d. m.

f. 1 »De Secundo philosopho, qui duxit vitam Pythagoriorum.«

f. 2ᵃ—269ᵃ **Conradi de Soltow Glossa psalterii.** »Psallam deo meo quamdiu fuero« × »Explicit glosa psalterii data Prage a rev. mag. Conrado de Sultaw sancte univers. Prag. magistro pagine sacre a. d. Millesimo (cetera erasa). Finitum est hoc opus a. d. **1422** in die s. Laurenti mart. per **Wolfcangum Hubler de Insprukka** civis Brixinensis dioc.«

f. 269ᵃ—270ᵇ Notae de libris biblicis.

f. 271ᵃ—309ᵇ (anepigr.) **Dictionarium biblicum.** »Abyssus« × »zona« (Xen. Bern. II, 1, 147 opus hoc M. **Wilhelmo de Montibus** attribuitur).

Ex monasterio Třebonensi.

177 *I. D. 37.*

chart. saec. XIV ff. 294, 30×22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—258ᵇ **Milicii liber sermonum, qui dicitur Abortivus.** f. 1 incip. prologus: »Emitte domine sapienciam,« in quo auctor se »rogatum a studentibus collegii sacri Pragensis . . sermones presentes« . . . edere profitetur atque libro »Abortivus« nomen imponit. × f. 258ᵇ »Explicit hoc opus per manus **Heynrici.** Detur pro penna scriptori« (cetera erasa, videlicet: pulchra puella. Idem scriba iam in f. 134 nomen suum prodidit).

f. 259ᵃ—269ᵃ Registrum super sermones Milicii (secundum materias alphabetice digestum).

f. 269ᵇ—270ᵇ **S. Hieronymi epistolae ad Eustochium virginem et ad Theodosium.**

f. 270ᵇ—271ᵇ **Excerpta ex Augustini Soliloquiis** et Gregorii homiliis.

f. 272ᵃ—273ᵇ Sermo super »Ave Maria«.

f. 274—276ᵃ **Sermo b. Bernhardi de moribus adolescentum.**

f. 276ᵇ—277ᵃ **Excerptum ex b. Augustini Soliloquiis.**

f. 277ᵇ—284ᵃ **B. Hieronymi epistola ad Demetriadem virginem.**

f. 284ᵃ—284ᵇ **Sermo b. Augustini**: »Propicio Christo« **ad fratres in eremo.**

f. 284ᵇ—286ᵃ **B. Hieronymi sermo de assumptione b. Mariae.**

f. 286ᵇ Sermo de chorea.

f. 287ᵃ—290ᵇ »Incipiunt **Sermones synodales**«, sed exaratus est tantum unus **(Milicii)** incipiens »Grex perditus factus est populus meus«.

f. 290ᵇ—294ᵇ Sermones de dedicatione et de Trinitate cum variis notis theol.

f. 294ᵇ »Liber domus s. Egidii in Trzebon alias in Witignaw canonicorum regul. s. Augustini.«

178 *I. D. 38.*

chart. saec. XV ff. 174, 29×22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—3ᵃ »Registrum de leccionibus festivitatum et commemoracionum b. virginis per circulum anni.«

f. 3ᵇ—4ᵇ (manu paululum recentiori) Praecepta medicinalia, partim versificata. »Vim calidam siccamque gradu fert menta secundo.«

f. 5ᵃ—56ᵃ **Lectiones de b. virgine per circulum anni.** »De laudibus b. virginis matris. Si deum ore prophetico iubemur in sanctis suis laudare« × »O beata dei genitrix Maria, virgo perpetua, templum dei vivi, aula regis eterni, sacrarium spiritus sancti, patet ut supra (sic).«

f. 57ᵃ—144ᵇ **(Humberti ord. praed.) Liber eruditionis religiosorum.** »Erudire Jerusalem ne forte recedat anima mea a te« × »Explicit liber erudicionis religiosorum.«

f. 144ᵇ—174ᵇ **(Johannis Hildesheimensis) »Historia trium regum.«** »In primo capitulo huius libri, qui est collectus de gestis et translacionibus trium regum« × »in die ultima sit secuta in reddenda racione. Amen. Finivi librum sine manibus, scripsi illum.«

In fronte f. 1 haec nota saec. XV occurrit: »Liber canonicorum regularium in Rudnicz«. Deinde codex bibl. Rosenbergicae, postremum monast. Třebonensis fuit.

179 *I. D. 39.*

chart. saec. XIV—XV ff. 169, 30×21 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—133ᵃ **Petri de Crescentiis Liber ruralium commodorum.** × »Expliciunt dicta ruralium commodorum Petri de Crescenciis sit laus deo alleluia etc.«

f. 133ᵃ—133ᵇ Index alphabeticus morborum cum brevi expositione.

f. 134ᵃ—169ᵃ **Tractatus anepigr. medicinalis.** »Quid sit medicina. Dico imprimis, quod medicina est sciencia qua sanitas conservatur« ×

»et cum isto alumine optime curantur ulcera oris, ut dictum est in secunda particula (rubricator addit:) vel eciam semen lini cum melle maturat apostemata.«

f. 169b **Sv. Matouše evangelia kap. XXVI, 1—36 český překlad psaný ok. 1400** (bez zakončení).

Operculis adligata sunt duo fol. membr. codicis cuiusdam saec. XIII—XIV argum. philosophici. In fronte super. notatur possessor manu saec. XV: »Liber Martini de Trziebon medici.« In fol. sequente non numer. occurrit index cuiusdam libri medicinalis a tractatu codice contento omnino diversi. In eodem fol. verso adglutinatum est insigne bibl. Rosenbergicae a. 1609, ex qua codex noster in monasterium Třebonense devenit.

180 *I. D. 40.*

chart. saec. XVIII in. ff. 49 num., 31 × 21 cm. ut videtur autographus.

Monasterium S. Agnetis sacrarum virginum Clarissarum ordinis S. Francisci Vetero-Pragae describitur a Joanne Floriano Hammerschmid . . . in Teyn primario curato. (Continet vitam fundatricis et historiam non solum monasterii praefati sed etiam (a f. 38) Týnecensis eiusdem ordinis.)

181 *I. D. 41.*

chart. saec. XVIII ff. 300 num., 32 × 21 cm. 1 m.

Curiositas privilegiata in Dudum pro Hodie, seu Dissertationes et quaestiones de universis privilegiis a S. D. Clemente XI bulla incipiente Dudum die 27 Martii a. 1715 . . . **vicariatui Boëmiae, Moraviae, Utriusque Lusatiae concessis,** in quibus . . . expenduntur privilegia . . . s. ord. Cisterciensis ac aliorum . . . ordinum, cuius hodie sint valoris. Pars prima . . . Authore **F. Benedicto Scheppl,** ord. Cisterc. monast. de Plass professo et suppriore.

(Annus ultimus in opere commemoratus est 1742.) Sine dubio e monast. Plassensi.

182 *I. D. 42.*

chart. saec. XV ff. 250, 31 × 21 cm. 1 m.

Missale secundum rubricam Pragensem.

F. 1 et ff. 232 seq. recentiori manu scripta esse videntur, in ff. 234—245 sunt notae musicae. In f. 250b hae notae occurrunt: »A. d. 1425 obiit dom. Welik capellanus de Ugezd . . . anno eodem obiit d. Johannes Floss capellanus de Wodnyan.«

183 *I. D. 43.*

chart. scribi coeptus a. 1403, ff. 226 num., 28 × 22 cm. d. m.

f. 1a Notae quaedam argumenti theologici, quae item continuantur in fol. codicis ultimo.

f. 1b—2bSermo de ieiunio.

f. 3a—196b **Johlini de Wodňan Postillae Zderaziensis pars II.** »Incipit secunda pars postille Sderasiensis videlicet pars **quadragesimalis** . . . incepta sub a. d. **1403** fer. IV sequenti post festum s. Galli« × In f. 196 absolvitur sermo in fer. V magna. In fronte fol. 197 haec nota occurrit: »Si in istis sequentibus XI foliis non poterit totum scribi . . . scribatur in ultimo sexterno papiri.«

f. 197a—203b Sermones et aliae notae de corpore Christi.

f. 204a—220b Sermo de passione Christi, quo, ut videtur, scriba partem II postillae absolvit.

f. 221—225 Sermones aliquot anepigraphi et notae quaedam theologicae. De fol. ultimo vide supra.

Intrinsecus operculi super. manu saec. XV notatur: »Liber S. Corone.«

184 *I. D. 44.*

chart. a. 1404 ff. 201, 29 × 22 cm. d. m.

f. 1 (inc.:) »Et est collecta a. d. **1404** fer. VI post festum Urbani continens in se sermones de tempore a die festo pasce inclusive usque ad adventum domini exclusive . . . et sic hec postilla in tres partes divisa continet in se sermones per circulum anni.« Collatione cum cod. nostro I. B. 28 apparet titulus hic:

Johlini (Ješek) de Wodňan Postillae Zderaziensis pars III (aestivalis).

Operculis adligata sunt fragmenta cod. hebraici saec. XIV. (?) Codex primum monast. Borovanensis, deinde bibl. Rosenbergicae, postremo iterum monast. praefati fuit.

185 *I. D. 45.*

Duo folia membran. a. 1592, 52 cm. alta et 34 cm. lata, in quibus immixtis lit. rubris calligraphice perscripta sunt carmina funebralia, ut indicat hic titulus in fronte fol. primi rubricatus:

Exequiae ornatis. et optt. viror. atq. maximorum natu **academiae Pragensis magistrorum: Mathiae Bydzovini ab Auentino,** aetat. LXXI. et **Joannis Fortii Gurimeni,** aetat. LXXIII. Christi vero **1590** mens. IIXbr. dieb. XXIIX et XXX pie **defunctorum.** Sequuntur duo carmina auctore **Thoma Mite Lymusaeo.** In eodem fol. verso reperitur carmen **Adami Hradisteni** in obitum M. Joannis Fortii. In fol. altero sub titulo: »Alius auctor fecit« est carmen Mag. **Adami Rosacii Suticeni** in obitum eorundem magistrorum, ad cuius calcem scriba nomen suum monogrammatice velavit: »MR scripsit m. p. **1592.** 3. Calend. Maii.«

186 *I. E. 1.*

chart. a. 1659, ff. 50, 19 × 15 cm. 1 m.

Brevis relatio missionum patrum societatis Jesu in Nova Francia a R. P. Francisco Josepho Bressani eiusdem societatis Bononiae impressa italice a. 1653 et compendio **latinitati donata anno 1659.**

Ex residentia S. J. Liběšicensi.

187 *I. E. 2.* (*Y. I. 1. n. 108.*)

chart. a. 1728, ff. 60, 23×17 cm. ut videtur autographus.

Intrinsecus operculi super. hic titulus notatur:

G. Patrit. wems Duffiadis S. J. Caledoniae prodromus per totum. Opus sic incipit in f. 1: Caledoniae Prodromus seu Dissertatio de Antiquitate Scotorum in Britannia. Explicit autem sic: Ita censeo P. N. W.. (una littera erasa) J. Duaci 22. Maii **1728**. Finis.

188 *I. E. 3.*

chart. a. 1661 ff. 395 num., 19×16 cm. 1 m.

Extractus examinis rerum publicarum nostri aevi celeberrimarum praeter imperium Romano-Germanicum viri celeberrimi **Hermanni Conringii** medicinae doctoris. Helmaestadi. Anno **1661**.

Ex bibl. nova Carolina (antea Ignatii Caroli com. de Sternberg).

189 *I. E. 4.*

chart. saec. XVII ff. 307 num., 21×16 cm. 1 m.

De origine, moribus et rebus gestis Scotorum libri decem. E quibus septem veterum Scotorum res inprimis memorabiles contractius, reliqui vero tres posterorum regum ad nostra tempora historiam, quae hucusque desiderabatur, fusius explicant. Accessit nova et accurata regionum et insularum Scotiae descriptio. **Authore Johanne Leslaeo**, Scoto, episcopo Rossensi. **Romae** in aedibus populi Romani **1578**. Cum privilegio et facultate superiorum. Apographum.

In eodem fol. tituli notatur possessor: »Ex libris P. Eugenii Philipp.«

190 *I. E. 5.*

chart. saec. XV ff. 425 num., 21×15 cm. 1 m.

Postillae pars hiemalis (ab adventu usque ad ascensionem domini sequentibus sermonibus diversis) **auctore quodam Husita.**

f. 1ª »Hodie incipit sacrum tempus adventus« × f. 424ª »et gloriam in futuro, ad quam« etc. Praeter glossas et marg. notas bohemicas prolixior textus boh. insertus est fol. 275ª »o Jidášovi« et fol. 362ª—363ª »Slussie znamenati, že kto chce v modlitbě vslyssan bayti etc.«, quo a deo repudiantur peccatores dicentes orationem »Otče náš« (= **Páteř zlých lidí.**) Item in fol. 425 »W nedieli swatu wssecky wiecy stworzeny gsu« etc. (List s nebe).

Operculis adligata sunt duo membr. folia Breviarii lat. saec. XII—XIII A. 1609 codex fuit bibl. Rosenbergicae, ex qua monasterio Třebonensi obtigit.

191 *I. E. 6.*

chart. saec. XV ff. 197 num., 21×16 cm. 1 m.

Vocabularius (qui in cod. Vindob. 3156 vocatur »**breviloquus**») **latino-germanicus.**

f. 1 (Praefatio incipit:) »Aaa domine nescio loqui, quia puer sum ego« × f. 197ª »Et sic est finis per me **Jeorgium** (alia manus paululum recentior addit »**Steurer**«) tunc temporis scolarem in Ratispona, pro quo deus gloriosus sit benedictus in secula seculorum. Amen.«

f. 197ᵇ occurrit nota atramento caeruleo nunc valde pallido scripta, in qua commemoratur possessor »Ego Gregorius de Liligenplutt« et annus 1(4)69. De codice nostro cf. Kelle in Serapeum 1860 p. 13. »Ex bibl. regul. canon. S. Augustini Trebonae 1718«.

192 *I. E. 7.*

chart. saec. XIV—XV ff. 188, 29×21 cm. d. m.

f. 1 Notae theologicae variae.

f. 2ª—16ª (anepigr.) **Allegoriae evangelicae (Hugonis de S. Victore?)** Incip.: »Johannes Apokal. 4 vidit sedem positam in celo« × »Explicit de tempore et cetera« (Continentur figurae evangeliorum lectorum diebus domin. per circulum anni).

f. 16ᵇ—28ᵇ »Hic incipiet de sanctis sermo« (Sed non sunt sermones, sed iterum) **Allegoriae vitarum sanctorum** (eiusdem modi ut supra) × »quantum potest ipsas mutando«.

f. 29ª—35ᵇ Iterum **Allegoriae evangelicae** (= Praefigurationes Novi Testamenti per Vetus).

f. 36ª—89ᵇ **Haimonis** archidiaconi **Cantuariensis Commentarii in epistolas s. Pauli**, prout per circulum anni leguntur. »Scientes quia hora est iam nos de sompno surgere« × »Explicit Haymo super epistolas Pauli» (recentiori manu additum).

f. 90ª—132ᵇ (anepigr.) Themata quaedam praedicatoria. »Augustinus super Apokal. Fratres carissimi, qui satis diligit seculum« × »quo in suis peccatis considerandis minime evigilant. Et sic est finis etc.«

f. 132ᵇ—139ᵇ »Incipit **Hugo (de S. Victore) de arra anime**« × »Explicit Hugo de arra anime.«

f. 140ª—170ª »De malis studentibus et planctu ecclesie.« »Cantic. 2⁰ dicitur predicatori« × »ad terrasque descendere.« (Cum opus hoc themata brevia sermonum contineat, inepte inscriptum esse videtur.)

f. 170ᵇ—179ª »Incipit **Hugo (de S. Victore) super Threnos**« (Fortasse altera pars inscriptionis superioris hoc opus concernit, cum inscriptio nostra manu recentiori facta sit).

f. 179ᵇ—184ª **Origenis Homilia super »In principio erat verbum«.**

f. 184ª—188ᵇ Sermones duo: de corpore Christi, de confessione. Inter utrumque occurrunt sententiae et proverbia ex variis scriptoribus sumpta, ex. gr. »Scribitur in portis: meretrix est ianua mortis. || Clerice, sis fortis, ne des tua munera scortis.«

Operculo super. adligata sunt 4 folia membr. cuiusdam cod. saec. XIII—XIV argumenti philosophici. Codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis fuit.

193 *I. E. 8.*

chart. saec. XV ff. 221, 30×21 cm. 1 m.

f. 1—218ᵇ **Sermones super epistolas et evangelia per circulum anni (Johannis de Alexandria?)** »Cum sacrosancta mater ecclesia sancto

premonstrante spiritu« × »semper emergit in tribulacionibus deum laudans. Amen. Konecz.« »Finiunt dicta super epistolas et evangelia per circulum anni etc.« In fronte et ad calcem operis alia manus rubricavit nomen auctoris (?) Johannis Alexandrini. Cum hic s. Joh. Eleemosinarius intelligi nequeat, fortasse sunt sermones **Johannis de Cardalhaco**, qui etiam erat patriarcha Alexandrinus in partibus.

f. 219—221 Sermo in »dominica superexcrescente«.

In fronte f. 1 notatur: »Liber Nicolai presbyteri de Sedlczan legatus per eundem monasterio s. Egidii in Trzebon 1461.« Deinde codex bibl. Rosenbergicae fuit, ex qua restitutus est monasterio praefato.

194 *I. E. 9.*

chart. saec. XV ff. 204 num., 30 × 22 cm. d. m.

f. 1—11[b] **Thomae de Aquino Tractatus de modo confitendi** (Editionis Parmensis vol. XVII n. 57).

f. 11[b]—13[a] Declaratio missae. »Ter pulsatur ad missam« × »decimo Christus ex tanta devocione honoratur.«

f. 13[a]—14[a] De dignitate sacerdotii.

f. 14[a]—17[a] Expositio canonis, item totius missae.

f. 17[a]—19[b] De dedicatione ecclesiae.

f. 20[a]—26[b] Tabula operis subsequentis.

f. 27[a]—181[a] (Opus anepigraphum folio primo exciso dividitur in 8 libros, quorum 1 de lapidibus, 2 de plantis et arboribus, 3 de avibus et piscibus, 4 de animalibus terrae, 5 de homine et partibus eius, 6 de visionibus imaginariis et somnis, 7 de rebus artificialibus, de activa et contemplativa vita, 8 de humanis agitur. Quibus rebus naturalibus adaptantur virtutes et vitia per modum Physiologi, sed multo prolixius. Ideo titulum conicio: **Moralitates rerum naturalium** (Antonii de Rampegolis?) (Inc. fol. primo exciso:) »anima per mundiciam puritatis« × (explicit cap. de zelo bono exemplo occisionis involuntariae:) »Nam quis noster alius est finis nisi pervenire ad regnum, cuius nullus est finis. Ad quem nos perducat etc.«

f. 181[b]—204[b] (anepigr.) **Moralitates scriptoribus de re naturali et medica adaptatae** (In tabula sic intitulatur opus: **Diversae appropriationes**). »Philozophus sexto animalium: in tumidis quidem mortuis pectus alcius solito elevatur« × »sine fructu perpetue felicitatis, ut pretaxatum est etc.« (Alibi opus nuncupatur: »**Lumen animae**« et attribuitur **Matthiae Farinatori**, sed attribuendum est **Berengario de Londora** — cf. cod. I. A. 38 et III. B. 4).

In fronte fol. 1 num. haec nota occurrit: »Presentem librum honor. dom. Johannes de Stropnicz prothonotarius d. de Rosenberk legavit pro monasterio Trzebonensi a. etc (14)42.«

195 *I. E. 10.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 171, 30 × 22 cm. ab uno scriba characteribus goth. insignis magnitudinis exaratus.

Missale, ut festa patronorum Bohemiae indicant, **secundum rubricam Pragensem.**

Cum in collecta f. 165 fiat oratio pro »abbate nostro«, liber pro monasterio quodam (s. Coronae?) exaratus esse videtur, quod propius signatur oratione sequente »pro congregatione et familia dei genitricis Mariae sanctique Adalberti.« Observa etiam officium de Corpore Christi in fine codicis alia manu additum esse. Item officium de decem millibus martyrum, de s. Anna, de s. Quirino.

196 *I. E. 11.*

membran. saec. XII—XIII ff. 94, 27 × 20 cm. ab uno scriba eleganter exaratus et rubricatus, lit. init. capit. et uncial. varii coloris exornatus et notis musicis, quae dicuntur neumae, instructus.

Lectionarium de tempore et de sanctis, initio mutilatum.

f. 1[a] »credendo, ut habundetis in spe et virtute spiritus sancti. (Rubr.:) Dominica III« (in adventu). f. 79[a] rubrica festi s. »Wenzeslai«. f. 94[a] absolutis lectionibus in dedicatione inserta est manu recentiori XIV vel XV saec. lectio in festo spineae coronae.

Ibidem occurrit nota manu multo recentiori (saec. XVII) prudenter false addita: »Liber epistolarum Anno 1401.« In eundem errorem inducere vult nota saec. XVII occurrens in fronte fol. 1 »Liber monasterii B. V. in Plass cathalogo lib. inscriptus Ao. 1399«, praesertim cum numerus 3 scriptus sit loco eraso. In margine f. 29[a] commemoratur ignis 9. apr. 1659 ab incendiariis (in monast. Plassensi) positus, sed feliciter a fratribus extinctus. Operculo super. adglutinatum erat a ligatore saec. XV fol. unum lectionarii nostri, in quo idem scriba exaraverat lectionem quandam Danielis prophetae. Ex monasterio Plassensi ord. Cisterciensis.

197 *I. E. 12.*

membran. saec. XIV ff. 88, 29 × 21 cm. ab uno scriba eleganter exaratus et rubricatus, litt. init. picturatis (una in f. 16[a] deaurata) exornatus.

Liber troporum et hymnorum perpetuis notis musicis instructus.

f. 1—15 Tropi. f. 16—88 Hymni.

198 *I. E. 13.*

chart. saec. XIV ff. 146, 29 × 22 cm. d. m.

f. 1[a]—8[a] (anepigr.) Expositio seu registrum cuiusdam libri canonico-iuridici pessime scriptum. Inc.: »Quoniam constitucio apostolice sedis«. Finis calamo deletus.

f. 8[b]—10[b] (anepigr.) **Sermo de praelatis.** »Congregabuntur filii Juda« × »disciplina simul cum thabulis« (cetera desunt folio dimidio sequente abscisso.)

f. 11[a]—21[a] **Expositio orationis dominicae initio mutilata.**

f. 21[a]—35[a] **Expositio orationis Ave Maria.** »Audi filia et vide« × »Explicit opus super Ave Maria.«

f. 35[a]—38[b] **Sermones duo, d. S. Philippo et de nativitate domini.**

f. 39[a]—65[b] (anepigr.) **Vocabularius latinus,** quo voces minus usitatae explicantur, incipiens ab »Abies«, desinens in vocem »Zinziber«.

f. 66ª—69 **(David de Augusta) Tractatulus de informatione noviciorum**. Post registrum incipit: »Primo semper debes considerare« × »Explicit tractatulus optimus de informacione noviciorum Amen.«

f. 70ª—79ª (anepigr.) **David de Augusta Collationes pro exhortatione noviciorum**. »Collaciones nostras, quas pro exhortacione ad novicios nostros vel ad alios religiosos aliquando facere solebam« × »quando ad terrenas eas remittimus, hostis roboratur. Expliciunt que dicta sunt.«

f. 79ª—79ᵇ **2 Bullae Bonifacii IX,** quibus indulgentiae impertiuntur iis, qui ostensioni reliquiarum Crumloviae adfuerint, nec non monasterio s. Clarae ibidem, datae a. 1401. (Insertae manu recentiori.)

f. 80ª—83ᵇ (anepigr.) Regulae ad vitam religiosorum. »Quod nimis remissum regimen nutrit vicia in subditis« × »iugis est memoria dei.«

f. 84ª—125ᵇ (anepigr.) **Expositio hymnorum ecclesiasticorum.** »Seneca ad Lucilium epistola undecima sic scribit« × »honor et potestas per eterna secula Amen. Et sic est finis huius tractatus.«

f. 126ª—131ª (anepigr. initio exciso) Quaestiones quaedam iuris canonici.

f. 131ᵇ—135ᵇ (anepigr.) Sermo quadragesimalis.

f. 135ᵇ—137ª Sermo de s. Lucia.

f. 137ᵇ—140ᵇ Sermo super »Hic est filius meus.«

f. 140ᵇ—146 »Sermo mag. **Petri Rothomagensis archiepiscopi« (postea Clementis VI).** »Explicit **sermo de septuagesima** factus in domo predicatorum Parisius a rev. mag. Petro Rogerii nunc archiep. Rothomagensi.«

Operculo super. adligatum est folium cod. cuiusdam membr., quo continetur ritus vestiendi novitii, saec. XIV. Codex primum monast. Třebonensis, deinde bibl. Rosenbergicae, postremo iterum monast. praefati fuit.

199 *I. E. 14.*

chart. saec. XIV et XV ff. 128 num., 29 × 20 cm. 3 m.

f. 1ª—39ᵇ **Vitae sanctorum**: Catherinae, Bartholomei, Laurentii, Mariae Magd., Elisabeth, Erasmi, Egidii, Margarethae, Viti, Modesti, Crescentiae, iterum Bartholomei ap., **cum aliquot sermonibus. Saec. XV.**

f. 40ª—42ᵇ **Vita s. Procopii** »Fuit itaque s. Procopius nacione Behemus« × »usque Romam est regressus. Tu konecz. In Chotun natus a patre Procopius est vocatus« etc. etc. **Saec. XV.**

f. 43ª—125ª **Sermones quadragesimales.** Rubrica: »Incipit **Permensis (Antonius Parmensis?) per quadragesimam**« »Cum ieiunatis . . Quia omne opus bonum« × »Explicit opus quadragesimale per manus **Hainrici dicti Vend** etc. Rubr.: »A. d. **1368** circa festum s. Jacobi apost. . . . . mensis super . . . . culum anni« (cetera desunt dimidio folio scisso).

f. 125ª—126ª Quomodo Christus captus fuit (opus mancum).

f. 126ᵇ Literae dominicales.

f. 127—128 Notae variae argumenti theologici.

Operculo sup. adglutinata est schedula contentorum manu saec. XV. scripta, in qua Sermones quadragesimales sic notantur »Quadragesimale per-

mensis.« Intrinsecus eiusdem asseris commemoratur: »Liber Mathie praesbyteri de Budweis dicti Günkrl«, cui notae alia manus addidit: »qui legavit in Borowan«. Ex monasterio Borovanensi codex in bibl. Rosenbergicam pervenit; deinde monasterio restitutus est.

200 *I. E. 15.*

chart. saec. XV ff. 205, 29 × 22 cm. 2 m.

f. 1ª—12ᵇ **(Alexandri de Villa Dei) Biblia versibus hexametris compendiose expressa cum explicatione interlineari.**

f. 13ª—186ᵇ **Sermones de sanctis** (ut adnotavit manus coaeva in assere superiori) **Thomae Ebendorfer de Haselbach.** »Ambulans Jesus iuxta mare Galilee.« Absoluto sermone de animabus explicit: »Sit deus benedictus.«

f. 187ª—196ª **»Collacio ad clerum M. Petri de Pirchenbart«** (Fabricius habet Pirchenwart). »Tristis est anima mea usque ad mortem« × »Explicit sermo bonus **de passione** dom. nostri J. Chr. Anno etc. **(14)39.**«

f. 196ᵇ—199ᵇ Sermo de assumptione »finitus per **Bartholomeum Smelczar de Chrempnicia** qui fuit cooperator dominorum in Holnburga anno etc. **(14)49.**«

f. 199ᵇ—201ª »Incipit **Disputacio contra istum articulum breviarii Pathaviensis** dyocesis in die parasceves scilicet fiat hec commixtio etc.« × »Acta sunt hec **per** rev. mag. **Nicolaum Dinchkelspühl** . . . a. etc. **(14)22** in die s. Augustini episcopi. Benedictus deus, qui dedit talem graciam mortalibus hominibus.«

f. 201ª—205ᵇ Sermo de omnibus sanctis.

Titulus supra commemoratus in operculo superiori hic est: »Thomas Hazelpach de sanctis aliquibus super evangelia.« Utrique operculo adglutinata sunt fragmenta cod. cuiusdam membran. saec. XIII—XIV argum. theol. Codex primum bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis fuit.

201 *I. E. 16.*

chart. saec. XIV—XV ff. 146 num., 29 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—34ᵇ (Initium deest) **Cassiodorus super septem psalmos (poenitentiales)** »me infirmum sencio, quia ossa mea« × »Et sic est finis« (cetera erasa sunt).

f. 35ª—59ᵇ »Preciosissimus tractatus de direccione vite hominum. Postremo investiganda est et prosequenda una generalis regula« × »iste panis celestis, qui dat vitam mundo.« Sunt **Mathiae de Janow (Parisiensis) operis de regulis veteris et novi testamenti libri III tract. 1—3.** (Cf. Höfler Script. rer. hus. II, 60 et Palacký, Dějiny III, 1 p. 25).

f. 60ª—72ᵇ **Epistola b. Bernhardi ad Carthusienses.** »Misereator et misericors dominus« × »Explicit ep. b. B. a. C. finita quinta feria post purificacionem« (cetera erasa sunt).

f. 73ª—80ª **»Stimulus amoris b. Augustini«** (recte **Lignum vitae s. Bonaventurae**). »Cristo confixus sum« × »hoc eciam nunc per crucem tuam petimus obtinere ad laudem sanctiss. nom. tui etc.«

f. 80b—84a **S. Bonaventurae Speculum animae sive Itinerarium mentis in deum**, cuius ad calcem commemoratur: »Magnus defectus est huius tractatuli« et nomen scribae et annus cryptographice ponitur.

f. 84a—124a **S. Bernhardi Claraevallensis Opuscula**: Stimulus amoris, Apparatus altaris, Oratio cum expositione Salve regina, Scala claustralium, Devotissima meditatio de morte J. Chr.

f. 124b—125b »De regimine quo regi debeat sacerdos et religiosus« Hugo (Nomen hoc scriptum est loco eraso).

f. 125b—144b **S. Ambrosii opera: de virginibus, de viduis, de patriarchis et ieiunio, de mysteriis sacerdotalibus** (initio mancum). F. 143—144 opera de virginibus et viduis absolvuntur.

f. 144b—145b Tractatulus de corpore Christi et de oratione anepigr.

f. 146. »Liber monasterii s. Egidii in Trzebon.«

202 *I. E. 17.*

chart. saec. XV ff. 135 num., 29×22 cm. 1 m.

f. 1b membran. tabula picta apparet, in qua angelus sinistra manu clypeum cum insigni, recta baculum episc. tenet.

f. 2a—3a Initia quatuor evangeliorum cum symbolis evangelistarum pictis et deauratis.

f. 3b—4a Iuramenta officialium episcopi Basiliensis.

f. 4b Tabula statutorum vicarii et sigilliferi.

f. 5a—12b Tabula statutorum synodalium.

f. 13a—73b **Statuta synodalia episcopatus Basiliensis.**

f. 74a—111b **Registrum marcharum**
f. 112a—119b Registrum bannalium
f. 120a—128a Registrum cathedralium
} **redditum (episcopatus Basiliensis).**

f. 128b—134 **Jura ecclesiae Basiliensis** cum additamentis recentioribus, quorum unum est germanicum (copia instrum. publ. de a. 1336).

f. 135 Burckardus vicarius notat obitum Johannis de Venigen episcopi Basiliensis a. 1478, et nescio quis obitum eiusdem vicarii a. 1480.

Unde codex charta polita insignis provenerit, nusquam notatur. Ut demonstrant additamenta, saec. XVII adhuc erat Basileae.

203 *I. E. 18.*

chart. a. 1395 ff. 192, 29×21 cm. d. m.

f. 1a—70b (anepigr.) **Antonii Parmensis Sermones dominicales.** »Cum appropinquasset . . . Tempus quod hodie« × »redempcio utriusque.«

f. 70b—129a »**Sermones per quadragesimam** totam« × »Finitus est iste liber fer. VI ante vocem iocundidatis (= 14 Maii) sub a. d. **1395.**«

f. 129b—130b Sermo de animabus.

f. 131—166b **Vitae sanctorum** (a s. Blasio usque ad s. Thomam apost.) »Explicit **Pronuncciamentum de sanctis** finitus (sic) fer. II post Oculi per manus **Stephani plebani in Woydesprun**«.

f. 167—174a **Sermo de s. Udalrico et vita eius.**

f. 174b—189b Sermones diversi.

f. 190a—192a **Vita s. Catherinae Alexandrinae.** Fol. 191b vacuo alius scriba posuit quasdam notas theol. et tertius addidit decalogum bohemicum (= **Desatero božie přikázanie**).

Intrinsecus operculi super. occurrit haec nota: »Rev. vir mag. Jaksso testamentaliter legavit librum hunc pro ecclesia parochiali in Zywohosst«. A. 1609 codex bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis fuit.

204 *I. E. 19.*

chart. saec. XIV—XV ff. 128, 29×21 cm. 1 m.

(anepigr.) **Expositio evangelii s. Johannis.**

f. 1a »Ecce intelliget servus meus« × 128b expositio ultimi capituli interrumpitur his verbis: »quod autem dictum est: sic eum volo manere donec i. e. diem«, cetera desiderantur folio ultimo exciso.

Ex monast. Třebonensi.

205 *I. E. 20.*

chart. saec. XV ff. 190, 30×21 cm. 1 m.

f. 1a—181b **Postilla de sanctis (Milicii?)** Folium initiale codicis videtur esse f. 120, in cuius fronte notatur possessor. Ibi codex sic incipit: »Ambulans Jesus iuxta mare Galilee«. Sed praeterea et alia folia ordinem suum amiserunt, ut f. 70. Titulum hausimus ex inscriptione ultimi sermonis in f. 178: »Incipit postilla de annunciacione b. virginis.«

f. 181b—190 (alia manu:) **(Milicii) Sermones duo synodales,** quorum incipit alter: »Sacerdotes contempserunt legem meam,« alter: »Grex perditus factus est populus meus.«

Ut notatur in fronte f. 120, codex erat quondam monasterii Třebonensis.

206 *I. E. 21.*

chart. saec. XV ff. 166, 30×21 cm. 1 m.

Johannis Chrysostomi Homiliarum in Matthaeum partes duae (opus imperfectum),

Codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis fuit.

207 *I. E. 22.*

chart. saec. XV (pars 1412) ff. 211 num., 30×21 cm. d. m.

f. 1a—36b **Anshelmi archiepisc. Cantuariensis** (seu potius **Honorii Augustodunensis) Elucidarius**. Prologus incipit: »Sepius rogatus a condiscipulis« × »et videas bona Jerusalem omnibus diebus vite tue. Amen. Explicit opus Anshelmi episcopi.«

f. 37a—51b **Tractatus super Ave maris stella.** »Petisti a me in Christo dilecte« × »et sine fine cum illo gaudere. Amen. Explicit tractatus de ympno Ave maris stella . . .« »Hic ponitur Ave maris stella metrice« (7 versus hexam.)

f. 51b—116a »Incipit opus, quod intitulatur **Summa** recreatorum« (inferius corrigitur: **recreacionum**). Opus divisum est in 5 tractatus, quorum primus »agit de curiosis conviviorum questionibus, secundus de esibilium et potabilium naturis et qualitatibus, tercius de requisitorum ad convivium variis proprietatibus, quartus de iocundis hystoriis et carminibus, quintus de virtuosis exemplis et legibus.« Cum opus hoc undique compilatum sit, operae pretium duxi maioris quidem momenti partes quasdam separatim recensere. In tractatu tertio occurrunt primum (in f. 70) »**Precepta de regulis sanitatis quoad mensam versificata**«, in tractatu quarto hi versus: **Disputatio vini cum aqua** (f. 87), **Altercatio rosae et violae** (f. 89), De vernali laeta »floricione« (f. 90), De praelatorum varia condicione (f. 91), »**De cuiusdam civitatis (Erfordiae) iocosa descripcione**« (f. 92) — qui versus sumpti sunt e carmine **occulti auctoris Nicolai de Bibra**, quod edid. Höfler ex alio codice nostro a. 1861, sed multo correctius Th. Fischer in Geschichtsquellen der Provinz Sachsen I Bd. 1870. In fine operis rubricatur: »Completus est liber sub a. d. **1412** V fer. post Viti **per Heinricum de Geylnhusen**«. (Idem opus asservatur inter codices Palatinos Vindobonenses sub num. 5371).

f. 116a—168 **(Gualteri Burlaei) Tractatus de vita et moribus philosophorum veterum** (a Thalete usque ad Boëthium).

f. 169a—172b (anepigr.) **Planctus b. Mariae**. »Quis dabit capiti meo aquam« × »tu sis benedicta et gloriosa virgo in eternum et ultra cum Jesu filio tuo, qui cum patre etc.«

f. 172b—177a **Manuale b. Augustini**. »Quoniam in medio laqueorum positi sumus« × »ut amem deum meum«.

f. 177a—180a **S. Bernhardi Formula honestae vitae.** (Exemplar ut videtur mancum).

f. 180a—190a **Excerptum »Ex horlogio anime (Susonis?)** qualiter Christus in sacramento ewkaristie sit devote recipiendus« (Sapientia cum discipulo colloquitur). Opus incuria scribae inconditum.

f. 190a—201a **Orationes b. Augustini**. »Domine deus meus« × »nisi in cruce domini mei J. Chr., qui cum patre etc.«

f. 201a—203a Oratio incip.: »Quis me consolabitur.«

f. 203a—204a De indulgentiis apostolicis.

f. 204a Admonitio sacerdotis missam legentis versificata: »Presbiter ad missam pergens hanc respice formam.«

f. 205a—208a **Constantini imperatoris litterae ad Silvestrem papam donationem imperii concernentes** — suppositiciae.

f. 208b—211a **Vita s. Dionysii Areopagitae.**

In fronte f. 92b occurrit nota manu recentiori addita, sed prohdolor a barbaro quodam abscisa folii particula paululum mutilata, ex qua colligitur metra sequentia sumpta esse ex libro Occulti. Sed praeter hoc excerptum etiam alia **Carmina scholarium vagantium** ibidem recitantur. In fronte f. 1 notatur: »Iste liber est emptus pro 48 gr. per Petrum Cremsier dictum«. Deinde codex biblioth. Rosenbergicae, postremo monast. Třebonensis fuit. Cf. Věstník Č. A. 1898 p. 45.

208 *I. E. 23.*

chart. saec. XIV—XV ff. 252 num., 29×22 cm. d. m.

Bartholomaei de Sancto Concordio Summa casuum conscientiae secundum alphabetum ordinata (dicta **Summa Pisana**).

f. 1a—4b Series vocum alphabeti.

f. 5a »Quoniam ut ait Gregorius super Ezechielem« × f. 248a: »Consummatum fuit hoc opus per fratrem Bartholomeum de Sancto Concordio ord. fratrum predicatorum in civitate Pisana sub a. d. 1338 mense Decembris tempore s. p. d. Benedicti XII.«

f. 248b Declaratio de abbreviaturis huius operis.

f. 249b—252a De distinctione decretorum.

Codicem nostrum recenset Schulte, Canon. Hdschft. p. 42. Codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Borowanensis fuit.

209 *I. E. 24.*

chart. a. 1660—1662 ff. 117 num., 19×16 cm. 3 m.

f. 1—14a (anepigr.) **Arithmetica** incip.: »Objectum mathematices est numerus« × »Anno **1662** mense Augusti 17.«

f. 15a—48b **Compendium geometriae practicae.** »Definitiones Geometriae lineas tum rectas tum curvas tamquam in plana superficie descriptas considerant.« × »Fine coronato nobilitatur opus. A. M. D. G.«

f. 49—68 (anepigr.) **De horologiis.** «In mathematicis omnimodo nudis ne in horologiis describendis haereat« × f. 65: »quae primo de inclinatis dicta sunt. Finis.« Sequuntur figurae calamo delineatae.

f. 69—104 »**Architectura militaris**. Caput primum. Definitiones et divisiones« × »ut in apposita figura cernere licet.«

f. 105—117 **Joannis Tanner S. J. Tractatus de magiae naturalis** ἐμπειρία **A. 1660**, 11. Cal. Junii Pragae ad S. Clementem.

»Ex libris Ignatii a Sternberg.«

210 *I. E. 25.*

chart. saec. XIV ex. ff. 184, 22×15 cm. d. m.

f. 1—5a **Officium de s. Brigitta** (cuius finem v f. 155 et 156).

f. 5b—129a **Innocentii IV. (recte Thomae de Cabham) Summa casuum poenitentiae.** »Cum miseraciones domini sint super omnia« × »et multo maiorem iniungant penitenciam pro peccato manifesto quam pro occulto. Et hec ad presens dicta sufficiant. Amen.« (Cf. Schulte, Can. Hdsch. p. 42).

f. 129b—133b Registrum operis praecedentis.

f. 134a—155a Sermones varii, quorum tribus (in f. 136, 139, 142) insertae sunt cantiones et preces bohemicae (**Písně a modlitby z konce XIV stol.** Cf. Hanuš, Malý výbor str. 60 a 65 et Patera S. Vítský rkp. p. XXXIX.)

f. 155b—156a **Officii de s. Brigitta finis** (cf. supra).

f. 156a—157b **Officium de ss. Cyrillo et Methodio** (cum legenda).

f. 158a—181b (Anepigr. et in fine mancum) **Repertorium morale**

(Petri Pictaviensis) alphabetice digestum (incip. a voce »acidia« et desinens in vocem »tribulatio«) praedicatoribus adaptatum. »Nota. Ad ollam bene succensam et ferventem non sedent musce« × »Sic dominus volens suos ponere in celum, wlt.« (cetera desiderantur.)

f. 182b—184a **Urbani IV Sertum roseaceum beatae Mariae virginis.** Carmen rhythmicum. »Ave, salve, gaude, vale, o Maria non vernale« × »Explicit sertum roseaceum b. M. v. compilatum per d. papam Urbanum quartum, qui dedit devote dicentibus septem annos et septem karenas indulgencie.« (Cf. Daniel, Lat. Hymnen II, 268).

f. 184a—184b Tractatulus de dilectione dei anepigraphus. »Diliges dominum deum tuum« × »nisi in quantum faciunt ad eorum salutem.«

E bibl. Rosenbergica codex in monast. Třebonense et inde ad nos pervenit.

211 *I. E. 26.*

chart. saec. XVII ff. 244, 19×16 cm. 1 m.

Theologia practica.

f. 1 »Dubium primum. An haec doctrina appellari debeat theologia.« × f. 244b »Atque haec breviter de matrimonio et de sacramentis dicta. Finis.« Sequentia aliquot folia evulsa sunt.

Opercula obducta sunt fragmento cuiusdam Breviarii vel Missalis saec. XIV.

212 *I. E. 27.*

chart. a. 1511 et 1575 ff. 37, 22×16 cm. 2 m.

Benedictionale secundum ritum eccles. Pragensis.

f. 1 (prima manu) »Benedictio campane.« f. 23a (prima manu) »Finis benedictionis campane a. d. **1511** die Martis 14 Januarii.« f. 23b (altera manu) »Sequitur introductio et benedictio sponse ad ecclesiam.« f. 25a (prima manu) »Benedictio auri, thuris et mirre.« f. 32a (prima manu) »Postremo aqua benedicta aspergatur et incenso thurificetur. **1511**«. f. 32a (altera manu) »Benedictiones in die pasche.« f. 37a (altera manu) »Frater **Bartholomaeus Lesstina** professus huius monasterii a. d. **1575**.«

Sed nomen monasterii nusquam commemoratur. Operculo inferiori adglutinatum est folium chart., in quo scriba prior etiam quasdam preces exaravit et ad calcem a. 1511 subdidit.

213 *I. E. 28.*

chart. saec. XIV—XV ff. 82, 21×15 cm. 1 m.

f. 1a—34a **Benedicti XII. papae Statuta ordinis canonicorum regularium beati Augustini** »data Avinione idus Maii pontificatus nostri a. quinto« (1339).

f. 34b (manu recentiori) Litterae Johannis praepositi, Wilhelmi decani totiusque conventus eccles. Lawdonensis datae ad conventum Třebonensem de obitu Bartholomaei praepositi a. 1413.

f. 35a—56a (anepigr.) **Caesarii episcopi Arelatensis homiliae decem.** »Inter reliquas beatitudines« × »et malos valeat excusare correcta prestante d. n. J. Chr. etc.«

f. 56b—57a **Bernardi abbatis Claraevallensis Carmen rhythmicum de vita humana.** »Sicut fertur ista sunt verba beatissimi Bernardi abbatis. Heu eu mundi vita, quare me delectas ita« × »Expliciunt carmina (sic) beatissimi Bernardi confessoris.«

f. 57a et 57b Alia duo carmina rhythmica incipientia: a) Cum sim modo moriturus b) O infelix caro mea.

f. 58a—75b (anepigr.) **Tractatus de quinque creaturis.** »Deum omnipotentem ad produccionem creaturarum sua movit bonitas« × »quare in valle ploracionis cum Ewa maliciam non deflemus. Amen.«

f. 75b—77b »Nunc de quinque statibus notemus« × »sicut Christus transfiguratus in se ostendit.«

f. 77b—80b Expositio orationis dominicae.

f. 80b—82a Auctoritates theologicae.

f. 82b Septem versus hexametri de vitiis et totidem de virtutibus.

In membrana codicem cooperiente occurrit series contentorum manu coaeva compilata, sed prohdolor ita erasa, ut magna ex parte legi non possit. Nos tantum inde Caesarium auctorem sumpsimus. Ut demonstrant litterae in f. 34b copiatae, codex primum monasterii Třebonensis, deinde insigni membranae adglutinato bibl. Rosenbergicae, postremo iterum monasterii praefati fuit.

214 *I. E. 29.*

chart. saec. XV ff. 427, 21×15 cm. d. m.

f. 1a—34b **Decametrum sive Decalogus metricus cum expositione,** cuius initio insertus est pene totus **M. Johannis Hus Tractatus de mandatis.** »Cum quilibet christianus« . . . (incipiunt versus:) »Qui non transcendit« × »sunt precepta decem totam servancia legem.« Expositioni huic adiunctus est **Tractatus de communione**, quem sequitur f. 31a—34b **M. Jacobi de Misa Tractatus de communione spirituali et sacramentali integra sub duplici forma panis et vini communitatem plebium concernente.** »Salvator noster« × »et sanguinem sub forma vini.«

f. 34b—35b Auctoritates de communione sub utraque specie.

f. 36a—75b **(S. Bonaventurae) »Tractatus de expositione missae.«** »Christus assistens pontifex« × »Et sic est finis istius canonis a. d. **1453** rescriptum in Nova Pylsna.«

f. 76a—77a **Notae historicae ecclesiam Crumloviensem concernentes.** »A. d. 1439 consecrata est ecclesia parochialis in Crumlow Bohemicali« . . .

f. 78a—98b **Tractatus de Jesu et Maria.** »Quod Jesus Chr. proprius est filius dei« × »tamen B. virgo portavit utroque modo.«

f. 98b—149b (anepigr.) **Tractatus de quatuor libris doctrinae humanae.** »Nota qui et quot sunt libri doctrine humane« . . . f. 99a **de libro vitae** . . . »Que sit materia et intencio huius libri« × »quia inmortalem sponsum decet sponsa inmortalis et sponsum glorie sponsa gloriosa« (finis deesse videtur sequentibus foliis vacuis).

f. 150a—222b (anepigr.) **Tractatus de secunda diaeta poenitentiae (de confessione).** »Intrate portas eius« × »Item signatum est II Rom. 3°« (cetera desunt).

f. 223a—293b **Quaestiones variae in libros sententiarum Petri Lombardi** (indigestum opus fine carens).

f. 294a—294b Expositio quarundam vocum latinarum latina. continuata in f. 310.

f. 295 Divisio librorum utriusque testamenti.

f. 296 **Glossy české** sebrané. »In pretorium do domu radneho vel na rathuz« . . .

f. 297a—308b et 311a—322a **Vocabula biblica explicata et bohemice glossata (Mammotrekt,** cf. Hanuš, Dodavky II, 1), non secundum alphabetum sed secundum ordinem bibliorum digesta.

f. 309a et 322b Allegationes Wiclefistarum de combustione et de bello.

f. 323a—359a **»Vocabula super evangelia et epistolas«.** »In ewang. Mat. legitur . . . Osanna« × »et talis comutacio dicitur commercium. Explicit hoc totum, infunde mustum, da mihi potum. In vigilia Martini de musto fit tunc boni vini« (sic).

f. 359b - 427a **Quaestiones IV. libri sententiarum.** »Queritur quid sit caracter« × »propter replecionem corporum. Et sic est finis.«

In ligno nudo operculi super. adnotatus est index contentorum. Codex a. 1609 bibliothecae Rosenbergicae, postea monast. Třebonensis erat.

215 *I. E. 30.*

chart. saec. XV (pars a. 1468) ff. 364, 21×15 cm. d. m.

f. 1—37b **Pauli Wanni (Sermones** sub titulo:) »Tractatulus de preservacione hominis a peccato. **1468**«. »Miserere anime tue . . . Summum studium« . . . × »Expliciunt dicta de temptacionibus dyaboli et remediis edita per mag. rev. Paulum in Pat(avia = Passau) sacreque theologie professorem.«

f. 38a—56b »Secundus tractatus de gaudiis beatorum« × »Hec de gaudiis beatorum exterioribus, interioribus et superioribus.«

f. 57a—66b »Tractatulus tercius de penis transgrediencium precepta decalogi in sermonibus certis comprehensus« × »Explicit tractatulus de penis inferni« etc.

f. 67a—70b »De purgatorio« × »Explicit materia de penis inferni et purgatorii compilata per rev. mag. **Paulum Wanum** sacreque theologie professorem« etc.

Ut videtur, omnes sermones hucusque recensiti, quos scriba sub titulis tractatuum comprehendit, sunt M. Pauli Wanni, fortasse etiam nonnulli sequentes.

f. 71a—128b **Sermones de fraterna correctione**, de confessione et contritione.

f. 129a—147b **Sermones de ecclesia et communione** praesertim adversus Bohemos haereticos.

f. 148 **»Iuramentum perfidissimi Georgii de Podiebrath.«** Instrumentum publ. Protasii electi Olomucensis datum Pragae 6. maii 1458, copiatum **1468** et codici inligatum.

f. 149a—158b **Aeneae Silvii epistola ad Joannem card. s. Angeli de rebus bohemicis data XII kal. Sept. 1451.**

f. 159a—175b (anepigr.) **Tractatus de immaculata conceptione s. Mariae.** »(N)ecdum erant abissi, et ego iam concepta eram« × »hic in presenti per graciam et in futuro per gloriam Amen.«

f. 176a »Cause quare laycales non communicantur sub utraque.«

f. 176b—179a **Sermo de corpore Christi.** »Qui manducat hunc panem« × »vivere cum eo in eternum.«

f. 179b—191b **Tractatus contra communionem sub utraque ostendens, »quod non alia distincta gracia sacramentalis . . . per suscepcionem secunde speciei largiatur.«**

chart. saec. XIV—XV ff. 44 num., 23×16 cm. 2 m.

f. 1—42ᵇ **(Nicolai de Bibra) Carmen occulti auctoris.** (Ex hoc codice edid. a. 1861 Höfler, collatis multis aliis cod. a. 1870 Th. Fischer in Geschichtsquellen der Provinz Sachsen I. Bd.)

f. 43ᵃ—44ᵃ (anepigr.) **Bicinus de miserabili statu monachorum non mendicantium carmen rhythmicum** incipiens: »Olim nostrum ordinem principes amabant«. (Edid. Leyser in Hist. poët. med. aevi p. 1125 et Höfler, Script. rer. hus. II, 58, cf. Fabricii Bibl. med. et inf. lat. I, 246).

287 *I. G. 11c.*

chart. saec. XV ff. 170 num., 23×16 cm. d. m.

f. 1—15ᵇ **Acta Basiliensis concilii** »cum litera imperatoris missa Boemis et translata de boemico« (dat. Romae 27. maii 1433 — bohem. ed. Palacký Český Archiv III, 397). Sequuntur varia acta legationis Bohemorum secundae et pactionum posteriorum.

f. 16ᵇ Excerptum ex Summa Astesani de perfectiori paupertate.

f. 17ᵃ—20ᵇ (anepigr. initio evulso) **Oratio polemica procuratoris cuiusdam regni Bohemiae in concilio Basiliensi adversus quandam replicam** (in fine manca).

f. 22ᵃ—23ᵇ **»Epistola admonitoria eiusdem fratris G. (Gabrielis de Verona) ad regem Bohemie pro obediencia sedi apostolice exhibenda data ex loco s. Marie de Paradiso 18. nov. 1461.«**

f. 24ᵃ—25 et 28ᵃ (anepigr. initio evulso) **Tractatus de potestate papae.**

f. 26ᵃ—27ᵃ **Quaestio, utrum eucharistiae communicatio sit de necessitate salutis.**

f. 33ᵃ—44ᵇ (anepigr., cum desit initium) **Articuli accusatorii contra Johannem XXIII papam in concilio Constantiensi.** Finis: »Et hec sunt vera publicitus et notoria et in notoria habentur, tenentur et reputantur etc.« (ed. Hardouin VIII, 343).

f. 46ᵃ Formula absolutionis a censuris ecclesiasticis tempore Hilarii administratoris.

f. 46ᵇ **Duo carmina rhythmica: 1) Mortis dictamen 2) Christi solamen.** »Cum revolvo moriturus« × »ad quam anxius suspiro. Per me **Crucem de Telcz 1492«.**

f. 47ª—53ª (initium mutilatum) **Articuli et rationes concilii Basiliensis contra Eugenium IV papam.** »Et sic est finis Articulorum et racionum contra quendam Eugenium modernum« (cetera atramento oblita sunt).

f. 57ᵇ **Přísaha měšťanů Třebonských, že budou přijímati pod jednou a věrni Janovi z Rožmberka.** »Já N. přísehám pod svú ctí a věrú.«

f. 58ª Catalogus librorum M. Hugonis de S. Victore.

f. 58ᵇ Instructio vitae spiritualis versificata: »O bone claustralis Christi protecte sub alis« × »et labor ipse levis.«

f. 59ª **Literae synodi Basiliensis binae 1) ad Sigismundum imperatorem contra communionem parvulorum (18. Kal. Febr. 1437), 2) ad Alssonem de Risenburg et ceteros Bohemos (5. Kal. Mart. 1434).** copiatae manu **Andreae de Benessow.**

f. 59ᵇ **Notae necrologicae a. 1486—1490 monast. Třebonense concernentes.**

f. 60 »Tertia divisio (schisma) generalis ecclesiarum orientalium.«

f. 61 —65ᵇ **Historia promulgationis compactatorum cum literis eandem causam concernentibus.**

f. 66 **Pii II litterae ad Ulricum de Rosenberg datae a. 1462. — Epistola Simonis de Tissnov ad Pragenses contra IV articulos** (edid. Loserth, Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. D. i. B. XXVI, 243).

f. 67 **Sixti IV papae litterae apostolicae binae 1) incolis Bohemiae Matthiae regi obedientibus 2) non obedientibus, datae Romae VIII kal. Octob. 1477.** Eaedem sequuntur bohemice:

f. 68ª—69ª **Sixta IV papeže listy dva, jeden svědčící přívržencům, druhý odpůrcům krále Matyáše, dané »tu středu před sv. Václavem r. 1477«.**

f. 71 **Articuli 34 propositi in concilio Basiliensi Boemis 18. Jan. 1434** (sic pro 28. Jan. 1433, cf. Martene & Durand VIII, 249).

f. 72 **Mag. Johannis Papúškonis Querelae contra Bohemos.** »Item nullibi pueros consumate dant ad studia« × »Hec mag. Jo. Papussko.«

f. 73ª—74ª **Articuli, ad quos se obligavit rex Poloniae Bohemis implendos, cum Wladislaum sibi postularent in regem.**

f. 80ª—83ª (anepigr., quia initium deest) **Refutatio VIII articulorum, quos Wiclefistae adversus condemnationem 45 articulorum protulerunt.** (Edid. Loserth, Archiv f. öst. Gesch. 75 p. 344 sq.).

f. 83ª—84ª **Mag. Stanislai de Znoyma Responsio contra positionem Wiklefistarum in fine manca.** »Alma et venerabilis facultas theoloyca« × »ita quod in tali secundo.« (Ex alio cod. edid. Loserth, Archiv f. österr. Gesch. Bd. 75, S. 361 ff.)

f. 85ª—89ª **Planctus cleri.** »Universis presentem paginam inspecturis« × »Finitur epistola de morte clericorum occisorum facta ad excitandos praelatos ad gregis sui custodiam meliorem. Nomen auctoris non pono, ne scito auctore epistola contemptibilis iudicetur.«

f. 89ª **M. Michaelis de Malenicz (dicti Čížek) rectoris univers. Pragensis epistola ad universitatem Viennensem 8. jul. 1413** (ed. Höfler in Script. rer. hus. II, 205 et Palacký, Docum. 512).

f. 89ᵇ **Johannis Hus epistola pro mag. Hieronymo contra Johannem Sywort, mag. Viennensem.** (Ed. ibidem II, 209.) Item **Responsum univers. Viennensis univers. Pragensi in fine mancum** (Ed. ibidem II, 210).

f. 91ª—133ª **Tractatus de signis, ex quibus cognoscuntur haeretici et scismatici initio mancus** (incipiens medio 14. signo, cum auctor 31 enumerat), in fine copioso indice instructus. (Media aliquot fol. lacerata sunt.)

f. 134ª—136ᵇ (anepigr.) **Querelae contra utraquistas compactata non servantes et errores novos seminantes.** »Tempore electissimo felicissimoque« × »Item ordinem sacrum furtim et mendoso periuri suscipiunt et dicunt« (cetera desunt).

f. 137ª—138ª Notae theologicae, cur non detur calix laicis, item contra illos, qui dicunt in una specie esse dimidium sacramentum.

f. 139 **Fr. Arnoldi** Buerik (Fabric.: **Buderici) Dictamen ordinatum.** Disticha: »Si vis pace frui« × »dilige stare domi.«

f. 140 Notae theologicae.

f. 141ª—146ª (initium et finis desunt) **Pauli II papae binae bullae adversus Georgium regem datae a. 1468** (transsumtae ex originalibus Hilarii decani per Allexium Tumar decr. doct.).

f. 147ª **»Augustinus De sciencia salutis.«**

f. 148ª—149ᵇ (anepigr.) **M. Adalberti Ranconis de Ericinio Epistola de obligatione regularium s. Augustini.**

f. 150 **Fr. Ludovici de Firmo ord. min. Carmina in laudem immaculatae conceptionis b. Mariae** tradita fr. Isidoro de Perusia contra oppugnatores celebri disputatione a. 1490 confusos. Inc: »Alma dei genitrix, virgo sanctissima, salve.«

f. 151 **Nicolai Wernirz** (Wamirz) **De figura coronae b. virginis Mariae epistola ad P. Andream.**

f. 154ª—158ª **Víta z Krupé Zpráva o bludech pikhartských a o vyznání Jana Ležky podaná r. 1476.** (Jungmann III, 689; výtah vyd. Goll ve Zprávách Kr. spol. 1878 str. 162).

f. 158ª—158ᵇ **Vypsání sborův pikhartských.** Seznam těch, kteří »sú vydáni z sboru, bude-li potřebie, aby na tom bludu zemřeli.«

f. 158ᵇ—159ª Notae de sectae Waldensium erroribus.

f. 161ª—162ª **Zápis pánů a obcí kraje Hradeckého na obranu podobojích a biskupa Augustina učiněný v Hradci Králové 17. června 1482. »Crux de Telcz** Marie Nivis scripsit« (Archiv Český V, 408 a n.).

f. 163 (svršek listu utržen) **Zlomek listu,** jak se zdá, **biskupa Augustina, psaného Čechům 1482.**

f. 164 **Dva listy Pražanů dané po bouři r. 1483, jeden p. Voku z Rožmberka, druhý obci Písecké.** (Archiv Český VI, 196).

f. 166b »**Epistola Borovanensium ad quendam, ut apud regem pro eis intercedat**« (Exemplum literarum praepositi monast. Borovanensis ad episcopum Johannem Waradinensem esse videtur, ut villa Borovany oppidum creetur).

f. 169—170 **Smlouva o smíření Pražanů s králem Vladislavem II. r. 1484** (srovn. Tomek X, 64).

288 *I. G. 12.*

chart. saec. XV ff. 281 num., 22×14·5 cm. d. m.

1—62b (**Cyrilli episc.**) »**Quadripartitus apologeticus**« (Adumbratio 4 virtutum cardinalium per fabulas Aesopicas). »Secundum Aristotilis sentenciam in probleumatibus« × »Et sic concluditur Quadripartitus Apologeticus.«

f. 63a—100a (anepigr.) **Quaestiones de b. virgine Maria.** »Missus est angelus Luc. 1 de tempore missionis videlicet in mense sexto« × »Item benediccionem similiter habuit triplicem, videlicet comprehensoris substanciam redemptoris et creatoris. Finis adest operis etc.«

f. 101a—115b (anepigr.) **Rhetorica cum aliquot formulis Wenceslai IV regis.** (Dimidium fol. initiale evulsum est).

f. 116b »Bone frater, non imputetis. Exemplar post horum finicionem mihi est ablatum, et sic vobis dirigo plenariam vestri scripti reportacionem presentibus in scriptis.« (Quorsum haec nota pertineat, dubium est).

f. 117a Notae variae, in quibus aliquot vocabula bohemica: »scaturire hemzati, erupit wypuczil se, fullones pradlczi« etc.

f. 118 Tractatulus de cognitione dei.

f. 119a—129a (**Wenceslai decani Pragensis?**) **Tractatulus de restitutionibus bonorum alienorum.** »Legitur in evangelio Luce 19 de Zacheo« × »LXXVII dist. Jejunium«. Ad calcem f. 119a notatur: »Hoc **Wenceslaus decanus Pragensis** manu propria.« Ideo incertum est, fueritne auctor an scriba hic W.

f. 130a—182b (Inscriptio:) »**Ex Floreto**«. **Auctoritates theologicae alphabetice dispositae.** »Absolucio« × »ypocrisis« (sed voces incip. a litt. F—X desiderantur).

f. 183a—197a (anepigr.) **Matthaei de Cracovia Tractatus de celebrando et communicando** (»quomodo se habere debeant clerici et layci in cel. et com.«) »Multorum tam clericorum quam laycorum querela est« × »ad quam quodam modo pro viatico datum est nobis corpus d. n. Jesu Christi, qui etc.«

f. 198a—224a (**Tractatus magistrorum Pragensium**) »**De ritibus, gestibus et vestibus sacrae missae observandis**« **adversus sacerdotes Taborienses.** »Explicit a. **(14)32** die Jeronymi.« (Ed. Höfler in Chron. Tabor. — Script. rer. hus. II, 502—545).

f. 225a—235b »**Historia Joseph translata de arabico in latinum per frat. Alfunsium de Hispania**, quam scripsit in Egipto existens in carcere Zoldani de a. d. 1436.«

f. 236a—281b **Stella clericorum cum expositione.** »Circa inicium stelle clericorum de celo et mundo« × »in celesti patria.« (In cod. I. G. 2 f. 60—67, ubi idem opus occurrit sed sine expositione, ponitur auctor **Mag. Hermannus Tepelstensis**, sed alibi aliis attribuitur.)

Operculis adligata sunt duo fragmenta membran. codicum vetustiorum, unum saec. XIII, alterum XIV. In fol. ultimo non num. adnotatum est codicem saec. XV fuisse monast. Borowanensis. (Ibidem occurrit nota de missa legi coepta a. 1496, quam fundavit Ulricus de Dworzecz.) A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde iterum monasterii praefati.

289 *I. G. 13.*

chart. saec. XV ff. 260 num., 21×14 cm. d. m.

f. 1—75a (anepigr.) **Auctoritates theologicae.** »Bernhardus dicit: deus est amor« × »Magnum certantibus levamen, magnam consolacionis graciam parat«. Sequitur registrum in fronte mutilatum, finitum a. **1437.**

f. 75b—83a (anepigr.) **Tractatus de peccatis.** »Superbia est maioracio« × »quod regi placet, illud oportet facere etc. Et sic est finis.«

f. 83b—84b Notae de quadruplici sensu scripturae, de ebrietate.

f. 85a—143 (anepigr. titulo in fronte evulso) **Confessionale sacerdotum.** »In primis debet sacerdos interrogare penitentem« × »Et sancti patres dixerunt contra hunc errorem. Et homo factus est etc.«

f. 144a—152b **S. Augustini ad Petrum diaconum liber de fide.** »Firmissime tene« etc.

f. 152b—155a **Disputata Judaei cum Christiano** (alter titulus: Liber contra Judaeos), ut videtur, in fine manca. »Dicimus enim fratres« etc.

f. 156a—164b **Speculum sacerdotum** circa sacramenta baptismi, eucharistiae et poenitentiae. »Istud est speculum nobile« × »Que hic deficiunt, in canone huius speculi requirantur. Deo gracias. Explicit hoc speculum sacerdotum.«

f. 165a—260b (titulus in fronte evulsus) **Antonii Januensis** ord. eremit. s. Aug. **Liber figurarum moralium.** »Abstinencia bona. Castigo corpus meum« × »Explicit liber figurarum ab Anthonio compositus fratre heremitarum.« Sequitur index in fine mancus.

Operculis adligata sunt fragmenta cuiusdam codicis membran. hebraici. Intrinsecus operculi superioris notatur: »Liber monasterii et domus nove fundacionis dei genitricis virginis Marie in Borowan canonicorum regularium s. Augustini.« Deinde codex in bibl. Rosenbergicam pervenit, ex qua restitutus est monasterio praefato.

290 *I. G. 14.*

chart. a. 1415—17 ff. 190, 21·5×15 cm. ab uno scriba (Lipkone plebano in Gistebnicz) exaratus.

f. 1—52b **Johannis de Misa, canonici Pragensis, ad d. Cunath dictum Capler (de Sulevic), tabularum regni Boemiae supremum nota-**

rium, Speculum animae. »Sapienti ac nobili viro« × »hoc caritatis conscriptum opus . . . Explicit Speculum anime«.

f. 53ᵃ—57ᵃ **S. Bernardi Tractatus de bona conscientia.**

f. 57ᵃ—64ᵇ **»Exposiciones alarum et pennarum de sex alis Cherubim« s. Bernardi.** »Prima ala est confessio« × »eternaque fruens beatitudine . . .«

f. 64ᵇ—81ᵃ **Tractatulus de septem peccatis mortalibus »excerptus de libro, qui intitulatur Diaeta salutis« (s. Bonaventurae).**

f. 81ᵇ—123ᵇ **Mag. Albertani causidici Brixiensis Liber de causis mortis.**« Presens opus dividitur in 5 partes« × »et uxores eorum captivos duxerunt.«

f. 123ᵇ—124ᵃ De ludo taxillorum vel scacorum (excerptum ex tractatu Stephani Chimere = M. Stephani de Colonia).

f. 124ᵃ—134ᵇ **(S. Augustini) Libellus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamat per orbem« × »cognovisset alias commisisset. Explicit l. de confl. v. et v.«

f. 135ᵃ—163ᵇ **Epistola data d. A. verbi dei seminatori in Praga (de inobedientia adversus praelatos et communione sub utraque specie).** (Eandem datam d. Gallo v. in cod. I. B. 29 f. 11, datam Jacobello de Misa edid. Hardt, cf. Věstník České Akad. II, 63).

f. 164ᵃ—168ᵇ Notae variae et excerpta minora.

f. 169ᵃ—187ᵇ **(Fr. Torsonis) Summa haereticorum.** »Incipit disceptacio katholici et heretici, et dicitur sive intitulatur Summa hereticorum« (adversus Paterenos) × »quia omnis hereticus est scismaticus et non econverso. Et sic est finis. Explicit Summa hereticorum.« Ed. Martène et Durand, Thes. nov. V, 1703 sq. Cf. Haupt in Ztsch. f. KG. X, 314.

f. 187ᵇ—190ᵃ (manu alia) Variae notae de peccatis et eorum distinctione cum aliquot glossis bohemicis interlinearibus.

Operculo superiori intrinsecus adglutinatum est folium chart., in quo notatae sunt **»Novitates nunc in Constancia« (ann. 1417 et 1418)** et **»Sigismundi regis juramentum Martino V papae 25. jan. 1418 praestitum.«** Quarum novitatum, quae codici iam ligato insertae sunt, habentes rationem et reputantes epistolam anonymi supra recensitam ante a. 1415 non conscriptam esse annos exarati codicis 1415—1417 statuimus. **Lipko plebanus in Gistebnicz,** qui in eodem folio adglutinato scriba codicis declaratur, est Hippolytus, qui a. 1399 rector ecclesiae Jistebnicensis evasit (Confirm. VI, 10). Deinde codex monasterio Borovanensi obtigit.

291 *I. G. 15.*

chart. saec. XIV—XV ff. 132 num., 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1—60ᵃ (anepigr.) **Jacobi de Lausanna Moralitates ordine alphabetico dispositae.** »Abicit mundus pauperes« × »quia pennas virtutum non habent. Expliciunt moralitates per manus **Johlini dicti Stopfer** viri reverendissimi (cetera radendo deleta sunt).

f. 60ᵇ—62ᵃ Registrum operis praecedentis.

f. 62ᵇ—128ᵃ (anepigr.) **Alberti Magni (?) Liber rerum naturalium.** »De septem regionibus sermo generalis. Et primo dicendum est de septem regionibus aëris« × »et hoc probatum fuit ex mandato Friderici imperatoris nunciis in hoc directis etc. presentis Amen.« (De auctore cf. Czerny, Cat. cod. Florian. p. 217.)

f. 129ᵇ—132ᵃ Index operis praecedentis.

In f. 132ᵃ haec nota occurit: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicarum regularium in Trzyebon datus per dom. Wenceslaum quondam plebanum in Lomnicz nunc autem canonicum regularem.« A. 1609 codex bibl. Rosenbergicae, dein iterum monasterii Třebonensis fuit.

292 *I. G. 16.*

chart. saec. XV (a. 1458 et sq.) ff. 340, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1—12ᵃ (anepigr., cum initium desit) **Epistola data praedicatori Pragensi de inobedientia et communione sub utraque** (eadem atque I. B. 16 f. 81, 29 f. 11, G. 14 f. 135). »Finivi fer. II ante Augustini a. **1458** in Wlrichskirichen.«

f. 12ᵇ—16ᵇ Notae variae theologicae.

f. 17ᵃ—33ᵃ **Sermones diversi.** (Passim occurrunt rubricae germanicae, ex. gr. in f. 25ᵇ: »O dw vngelaubiger taman, nun siech mein wunden an«.)

f. 33ᵇ—38ᵇ **»S. Augustini Speculum mortis« (vulgo dictum Speculum peccatoris).**

f. 39ᵃ—50ᵇ **Sermones diversi** (quorum primo adscriptus a. **1458**).

f. 51ᵃ—62ᵃ **Tractatus de poenitentia.** »Quot sentenciarum IV⁰ dis. 3« etc.

f. 64ᵃ—340ᵇ **Sermones de tempore et de sanctis.** »De s. Martino ex Contracto. Levemus corda nostra« × »dummodo sua mendacia confirmatur« etc. (finis deest).

In f. 325 et alio fol. membr. operculo infer. adligato occurrit quidam »Stephanus Schyessz cooperator in Zisterstorff« possessor codicis a. 1489. In operculo infer. a vermibus valde corroso vacat loculus, quo imago quaedam vel reliquiae sanct. quondam erant inclusae.

293 *I. G. 17.*

membran. saec. XIV ff. 87, 23 × 16 cm. d. m.

f. 1—4 Calendarium ecclesiasticum, initio et in fine mancum. (Desunt menses Jan. Febr. Nov. Dec.)

f. 6—79 **Hymnarius s. Ambrosii episc. Mediolanensis.**

f. 80—87 (init. deest) Fragmentum benedictionalis et officium pro defunctis in fine mutilum. (In f. 80ᵃ incipit »Benediccio cuculle«).

Cum mense Augusto calend. commemorentur festum spineae coronae et obitus »Ottakari regis Bohemie fundatoris nostri«, nequaquam dubium est, quin liber exaratus sit **pro monasterio s. Coronae** in Bohemia, etsi nulla fit huius rei mentio in codice. F. 64ᵇ et 65ᵃ rescripta sunt **a. 1600.**

294 *I. G. 18.*

chart. saec. XV ff. 151 num., 21·5×15 cm. 1 m. In fronte operculi superioris hic titulus manu saec. XV inscriptus est:

»Jura terre regni Bohemie.«

f. 1ª—28ª (anepigr.) **Ordo iudicii terrae.** »Nota quod si quis in presencia regis aut in consilio pleno« × »et tunc facta protestacione suos testes producere non tenetur.« (Jireček, Corpus iur. boh. II, 2, 198).

f. 28ª—37ª Querelae. »Conqueritur pro debito decem marcarum minus loth« × »et ipse penes eam illatam transduccionem suscepit«. (Jireček ibidem p. 312 sub titulo »**Formae querelarum**«).

f. 37ª—38ᵇ **Formae iuramentorum.** »Na tom przysaham« × »tak my boh bomahay (sic).« **Formule přísežní české** (Jireček ibidem p. 331).

f. 38ᵇ—47ᵇ »Nota que occurrunt circa officium minorum tabularum. Pro debito maiori III citaciones« × »sed alii beneficiarii ex parte tocius beneficiatus (?) est tabulis annotatum (sic)«.

f. 48ª—105ᵇ **Maiestas Carolina.** »De fide katholica. Sanctissimam trinitatem« × »pro cautela dicte puelle debite facere conservari.« (Jireček ibidem p. 104.)

f. 106ª—112ª (anepigr.) **Disceptatio hominis cum mundo.** »Cogor adversum te, instabilis munde, flebiles querelas deponere« × »gracia spiritus sancti illustrare.«

f. 112ª—115ª **(Přemysli) »Ottakari regis epistola secunda de secundo bello contra regem Ungarie obtento.«**

f. 115ᵇ—135ᵇ **Formae literarum iudicialium.** »Secuntur litere que dantur a beneficiariis purgravio Pragensi.« (Jireček ibidem p. 339.)

f. 135ᵇ—151ª **Formae literarum apud tabulas confici solitarum.** »Forma communis hereditaria. Dorothea de Praga«. (Jireček sub titulo etiam a nobis recepto ibidem p. 294).

Codicem nostrum recensuit Hanka in Rozbor staroč. lit. I, 156, qui etiam in fol. codici praeligato contenta consignavit. Operculis adligata sunt membran. fragmenta bullae cuiusdam papalis, quam obtinuit »Vitus de Harawicz . . . pontificatus nostri anno septimo«. In fronte f. 1 notatur: »Monasterii S. Coronae ord. Cister. a. 1688.«

295 *I. G. 19.*

membran. saec. XIV ff. 35, 21×14 cm. 1 m.

f. 1—22ᵇ **Arnesti archiepisc. Prag. Statuta synodalia** (a. 1349).

f. 22ᵇ—35ᵇ (anepigr.) **Thomae Hibernici Puncta religionis christianae.** »Religio munda et immaculata aput deum hec est« × »Hii sunt puncti religionis christiane collecti per Mag. Thomam Ybernicum a. d. 1316, quos si quis vellet extendere . . . Ideo huius colleccionis actor« (cetera desunt).

Operculo super. intrinsecus adglutinatum est fragmentum fol. membran., in quo manu multo recentiori (saec. XVII?) rubricatus est titulus: »Statuta provincialia archiepiscopatus Pragensis. 1374.« In fronte eiusdem fragmenti occurrit nomen possessoris »Johannis de Nepomuk«, quod monachi Třebonenses, quibus codex postea obtigit, propria manu s. Johannis Nepomuceni scriptum esse pie praesumpserunt, ut docet titulus extrinsecus operculo adglutinatus.

296 *I. G. 20.*

chart. a. 1725 ff. 155 (20 + 265 pag.) num., 20×15 cm. 1 m. Magna pars tituli evulsa est, sed cum characterum vestigia in folio praeligato inversa supersint, facile restituitur et est hic:

Liber XII. complectens copiosas **Quaestiones ac desuper Resolutiones . . . patrum generalium ac visitatorum collectus ac altera vice descriptus per F. Carolum Pisečzki cartusiae Waldicensis professum.**

f. 3ᵇ (in fine praefationis ad confratres cartusianos) »Scripsi a. **1725**, quo anno in charta capituli generalis mandatum fuit: D. Carolus Pisečzki vicarius vadat ad domum Gidlensem.«

Codex hic cum sequente, quo liber II. continetur, et cum cod. XII. D. 17 ad quandam collectionem maiorem spectant, quem Car. Písecký pro Cartusianis confecit.

297 *I. G. 21.*

chart. a. 1706—1718 ff. 158 (7 + 302 pp), 19·5×16 cm. 1 m.

»Liber II* complectens partes sex—Pars I. **Epistola et instructio pro novitiis ord. Cart. authore Henrico de Cosvaldia.** Pars II. **Collyrium instabilium authore Ambrosio Maes.** Pars III. Excerpta ex manuscriptis libellis de stabilitatis in domo professionis materia. Pars IV. **Torpedo christianorum impoenitentium authore Matthia Mittner.** Pars V. **Speculum modestiae Cartusianae authore eodem.** Pars VI. **Excerpta ex Academia Cartusiana authore eodem** — collectus et scriptus partim Gemnici partim Waldicii . . . per **F. Carolum Pisečzki** (finis tituli evulsus est). (Pars I. finita Gemnici 8. jul. 1706, pars II. ibidem 15. dec. 1706, pars IV. 17. mart. 1712 Waldicii, pars V. ibidem 1. apr. 1712, VI. pars Gemnici 28. apr. 1708.)

f. 136—158 **Ordinarium seu forma pro capitulo generali ordinis Cartusiensis . . . descriptum a F. Carolo Piseczki** vicarium in cartusia Paradisi b. V. M. prope Dantiscum seu Gedanum a. **1718**, cum catalogo provinciarum et domorum ord. Cartusiensis annotatis annis fundationis.

In fol. operculo super. adligato scriba necrologium celebriorum quorundam Cartusianorum conscripsit. Initio part. I. adligata est sculpta imago cartusiae Gertrudenbergensis. *) Collectionis huius librum X. v: XII. D. 17. Collectionis huius librum XII. v: I. G. 20. Ex cartusia Waldicensi (?).

298 *I. G. 22.*

chart. saec. XV ff. 101 num., 21·5×15 cm. 1 m.

Sermones varii (de confessione et poenitentia, pro defunctis, de sacro cultu dierum festorum, de purgatorio, de honorandis parentibus, de immortalitate animae, pro defunctis etc. etc. — Opuscula haec potius tractatulos quam sermones diceres).

Operculis adligata sunt duo folia membran. codicis cuiusdam saec. XIV, quibus continetur planctus Mariae ad sepulcrum Christi. A. 1609 codex erat in bibl. Rosenbergica, unde monasterio Třebonensi obtigit.

299 *I. G. 23.*

chart. a. 1415—16, ff. 164 num., 21×15 cm. 1 m. Praeligatis duobus foliis membranaceis continetur Registrum operis subsequentis, anepigraphi.

f. 1ª—160ª **Compendium artis medicae** »cum experimentis et secretis« nec non permultis formulis medicinalibus, in quibus passim occurrunt medicamentorum nomina bohemica. Ex prooemio patet codice nostro contineri lectiones medicas in universitate (Pragensi?) habitas a quodam magistro, qui scholaribus antea philosophiam tradiderat. f. 144—155 alia recentiori manu scripta sunt. f. 156 Versus scholae Salernitanae directi regi Anglorum: »Si vis incolumem, si vis te reddere sanum« × »tibi fercula tempore brume.« Sequitur: »De venis fleubotomisandis« et in f. 157ª haec nota: »A. d. **1415**«. f. 160ᵇ (post »signa in pestilencia«): »A. **1416.**«

f. 160ᵇ—161ᵇ **Revelatio Hildegardis monialis** cum hac conclusione bohemica: »Pomnyz nato, kto zyw dotud bude, ze se to stane agyz se poczalo.«

In f. 94ᵇ videtur esse finis quidam, nam ibidem legitur: »hec de medicinis compositis et simplicibus sufficiant«; sed in f. 95ᵇ materia porro tractatur sic: »Medicina simplex est, que non cum alia medicina per manum artificis coniuncta seu composita est.« A. 1609 codex bibl. Rosenbergicae, dein monast. Třebonensis fuit.

300 *I. G. 24.*

chart. cca. a. 1447 ff. 108, 22×16 cm. 1 m., cum init. pict.

f. 1—15ª **Johannis de Polonia Computus manualis cum commentario.** »Est duplex cyclus« etc.

f. 16—17 Tabulae computisticae.

f. 18ᵇ—54ª **Mag. Cristani (Křišťan) de Prachaticz Novum cirometrale cum commentario** interlineari et marginali. »Ut parvuli facilius capiant intellectum compotorum« × »De hiis dicta pro iuvenibus sufficiant.« (F. 31ᵇ: »Explicit primus novi Cirometralis, quem compilavit magister Cristanus per manus **cuiusdam Pauli**«).

f. 54ᵇ—105ᵇ **Johannis de Sacrobosco Sphaera materialis cum commentario.** »Tractatum de spera in quatuor capitula distinguimus« × »Explicit tractatus spere materialis edite per mag. Johannem de Sacro Busto per manus **cuiusdam Pauli** et hoc sub a. d. **1447** fer. III ante festum Laurencii.« (In fronte commentarii haec nota rubricata est: »A. d. 1485 incepit legere speram materialem fer. III post Georgii«.)

f. 106—108 Tabulae ad opus praecedens spectantes.

Fol. codici praeligato adglutinatum est insigne bibl. Rosenbergicae.

301 *I. G. 25.*

chart. autographus a. 1663—1666 ff. 629, 19·5×15·5 cm. Fol. tituli, a C. Screta delineatum et a D. Wusin sculptum, ex libro quodam impresso sumpsit auctor et variis coloribus obduxit. Titulus impressus hic est:

Porta philosophiae. Ad calcem nomen auctoris rubricatum occurrit: **Ambrosius Franciscus Gabriely** die 22. Junii a. 1666.

Opus hoc, ut tituli speciales singularum partium demonstrant, sub P. Augustino Kaminko, philos. profess. in collegio Clementino, auctor conscripsit et consecravit b. virgini Mariae, »cum propter Turcam ex Ungaria in Bohemiam fugeret amore studiorum« (cf. f. 3ª). In f. 494ᵇ—496ª occurrit diarium itineris, quod auctor a. 1666 Praga Romam et retrorsum, item Praga in Ungariam suscepit. Codex procul dubio e bibl. Soc. Jesu Clementina ad nos pervenit.

302 *I. G. 26.*

chart. saec. XV ex. ff. 325 num., 21×15 cm. 1 m.

Breviarii secundum consuetudinem curiae Romanae ord. fratr. eremit. s. Augustini pars hiemalis de tempore et de sanctis.

f. 1—6 Calendarium ecclesiasticum. f. 68ª Titulus rubricatus, quem supra descripsimus. f. 319ᵇ—325ᵇ Officium transfigurationis domini (alia manu additum).

Codex extra Bohemiam exaratus est, ut docet calendarium; sed unde ad nos provenerit, nusquam commemoratur.

303 *I. G. 27.*

chart. saec. XIV—XV ff. 176, 22×15 cm. 1 m.

f. 1—5ᵇ **Alberti Ranconis de Hericinio epistola de frequente communione ad plebanum s. Martini.**

f. 5ᵇ—15ᵇ (rubric.) »Incipit alius tractatus. Multi multa sciunt« × »unum eundemque dominum glorie, qui vivit et regnat etc.« (**S. Bernardi Claraevallensis Meditationes**).

f. 15ᵇ—19ª (anepigr.) Planctus b. Mariae super filio crucifixo. »Quis dabit capiti meo aquam« × »Tu es benedicta in eternum et ultra cum filio Jesu tuo, qui cum patre etc.«

f. 19ª—28ª **B. Augustini Manuale pro contemplatione.** »Quoniam in medio laqueorum« × »quam terrestrium occupacione delectari. Et sic est finis.«

f. 28ª—49ᵇ **Richardus (de S. Victore) De exterminatione mali et promotione boni.** »Quid est tibi mare, quod fugisti« × »contemplacione ascendere.«

f. 50ᵇ—54ᵇ **Mag. Alani ab Insulis Opusculum de sex alis Cherubim.** »Prima ala est confessio« × »eternaque fruens beatitudine.«

f. 54ᵇ—66ª **Hugonis de S. Victore Soliloquium de arra animae.** »Loquar secreta anime mee« × »invisibilem esse videt.«

f. 66ᵇ—151ᵇ (anepigr.) **Gregorii I. papae (Magni) IV libri dialogorum.** (Post indicem lib. I. incipit:) »Quadam die nimiis quorundam secularium tumultibus« × »deo hostia ipsi fuerimus.«

f. 105b—176 **S. Augustini Enchiridion de fide christiana.** (Incipit prologus:) »Dici non potest, dilectissime fili Laurenti« × »utinam tam commodum quam prolixum de fide et spe et caritate conscripsi. Deo gracias. Et sic est finis huius tractatus.«

Utrique operculo adglutinata sunt fragmenta membran. cuiusdam libri grammatici (Donati?) saec. XIV. A. 1609 codex fuit bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis.

304 *I. G. 28.*

chart. saec. XV—XVI ff. 410, 20×15 cm. 1 m.

Missale, ut docet calendarium praecedens, **secundum rubricam Pragensem.**

Operculo super. adligatum est folium membran. cuiusdam codicis saec XIII—XIV argum. iuridici. Ex monasterio Plassensi.

305 *I. G. 29.*

chart. saec. XVIII ff. 120, 20×16 cm. 1 m.

f. 1—18b Notata quaedam ex Fasciculo ordinis Cisterciensis decerpta. De beato episcopo Cisterciensi anonymo, qui . . . impoenitentem hominem ad viam salutis reduxit.

f. 19a—81a **Vitae ss. Roberti, Alberici, Stephani abbatum Cisterciensium.**

f. 81b—98a **Vita b. Eugenii III papae,** monachi quondam Claraevallensis.

f. 99a—112b **S. Bernardi Speculum monachorum (= Formula honestae vitae).** »Vale et ora pro me fratre **P. Alberico Kastl ord. Cist. S. Coronae professo«.**

f. 113a—120b Index operum a f. 19—112.

Ex monast. S. Coronae.

306 *I. G. 30.*

chart. saec. XVIII in. ff. 73, 19×15 cm. 1 m.

Carmina sacra et profana.

(Insunt versus de S. Johanne Nepomuceno et prolixius drama de Libussa. Ex chronogrammate in f. 69b patet annus 1699, quo carmen cusum est).

Liber a Jos. Barisien a. 1766 bibliothecae collegii S. J. Clementini dono datus.

307 *I. G. 31.*

chart. saec. XV—XVI ff. 70, 20×14 cm. 2 m.

f. 1—66a **Mag. Albici** arte medici nec non eccles. Prag. archiepiscopi **Regimen sanitatis, quod alio nomine Vetularius nuncupatur, cum additamentis germanicis latino textui insertis.** »Medicine in omnibus

diversificantur« × »vund thu dasz uffte dyr wirt basz. Et tantum de illo. Mag. Albici etc ut supra« (Videtur esse apographum libri impressi Lipsiae a. 1484).

f. 66b—67 Formulae medicales, ex. gr. salis sacerdotalis mag. Albici, pulveris mag. Stephani.

f. 68a—70 (alia recent. manu) **Matthiae de Mechow** vicecancellarii univers. Cracoviensis **Tractatus praeservativus pestis.** »Studium tibi fuit assiduum« × »in partibus frigidis bonum resolutivum est Tyriaca.«

Eadem manus, quae tractatum Matthiae de Mechov exaravit, initio codicis aliud opusculum scribere coepit, cuius unum tantum folium superest cum hoc titulo: »Maximilianus Romischer König hot disz recept hern Ernsto Erczbischoff vonn Mädeburgk gesant vor dy pestilencz ym CXV Jare«. Post hoc folium magna pars codicis nostri evulsa est.

308 *I. G. 32.*

chart. saec. XVIII ff. 43, 19·5×15 cm. 1 m.

Compendium rhetorices. (Opus in fine mutilatum, cui alia manus in f. 40—43 additamenta quaedam subiunxit).

309 *I. G. 33.*

chart. autogr. saec. XVIII ff. 63, 21×16 cm.

(anepigr.) **Tractatus contra Judaeos demonstrans Jesum Christum verum Messiam esse.**

(Ex prooemio patet auctorem operis fuisse quendam fratrem ord. eremit. s. Augustini Viennae, qui antea in conventu eiusdem ordinis Taboriensi vixerat, opus autem ipsum conscriptum esse post a. 1711).

Liber e conventu Taboriensi ad nos provenisse videtur.

310 *I. G. 34.*

chart. a. 1474 ff. 140 num., 22×14 cm. 1 m. cum 2 init. pict.

f. 1—60a **Pii II papae ad imperatorem Turcorum epistola.** »Finis a. **(14)74** fer. V ante Mar. Magd. per **Venceslaum de Crumlow.«**

f. 61a—92a **Aeneae Sylvii, postea Pii II papae, epistola »ad cardinalem Johannem de Carviali de statu et haeresi terrae Pragensis« (data** ex Nova Civitate XII kal. Sept. **1451).** »Tractatulus Enee Senensis episcopi per **Venceslaum de Crumpnaw** concluditur secunde a. **(14)74** fer. II. post dom. Esto michi etc.«

f. 93a—105a (anepigr.) **Pii II papae Bulla citatoria ad Georgium regem data XVII kal. Jul. (1464).**

f. 106a—112b **(Pii II papae) Responsio data Romae oratoribus Georgii regis (a. 1462).**

f. 112b—116a **Aenae Sylvii episc. Senensis Responsio data Hungaris nomine imperatoris Friderici 23 apr. 1455 in Nova Civitate.**

f. 117a—136b **Pamphili Mauriliani Carmen** de amore Pamphili et Galateae incipiens: »Vulneror et clausum porto sub pectore telum«. »A. **(14)74** fer. II. ante Convers. s. Pauli per **Venceslaum de Crumlow** Pamphilus concluditur.«

f. 137ᵃ—140ᵇ **Alani (ab Insulis) Carmen de fortuna** (= pars Anticlaudiani). »Quid fortuna foret et que sit mansio paucis« × »Alanus de fortuna finit feliciter a. **(1474)** 10 apr. per **Venceslaum de Crumlow«.**

Codicem hunc recens. Voigt in Archiv f. öster. Gesch. XVI p. 332. Operculis adligatum est instrum. publ. membr. bohemicum incipiens: »My Jan z Rozmberka prwnij gistecz«, datum 1465 »w utery den swateho Girzie.« Intrinsecus operculi super. occurrunt notae bona **Venceslai de Crumlov (postea de Rovné),** protonotarii dom. de Rosenberg, spectantes, de quibus cf. Tadra in Věstník kr. české spol. 1890 p. 244, item nota: »Hunc libellum scripsit **Venceslaus de Rowne** propria sua manu.« A scriba codex legatus esse videtur monasterio cuidam (Třebonensi aut Borovanensi), ut docet distichon ad calcem folii praeligati manu eadem inscriptum:

Author constructe domus en me legat amicis:
Grates nunc habeo, Vincesilae, pias.

311 *I. G. 35.*

chart. cca. a. 1449 ff. 181, 21×14 cm. 1 m.

f. 1—36ᵇ **Excerpta Rationalis (divinorum officiorum Guilelmi Durandi) de hiis, quae fiunt in missa.**

f. 37ᵃ—108ᵇ **(Mag. Aegidii) Tractatulus de sacramento corporis domini.** »Venite comedite panem meum« × »recte a me riteque contempnentur. Amen. Expliciunt sermones magistri Egidii de altaris« (cetera deleta sunt).

f. 109ᵃ—133ᵇ »Tractatus iste hereticus est totus contra fratres predicatores compilatus in detestacionem ordinis eiusdem et predicaciones eorum . . reprobatus. Ecce videntes clamabunt foris« × »tu autem liberasti animam tuam. Explicit **Tractatulus de periculis novissimorum temporum** et est **contra falsos predicatores** a. d. **1449.«** (Auctor est **Guilelmus de S. Amore**; opusculum Regulis vet. et novi testam. Matthiae de Janow insertum; ed. Orthuinus Gratius-Brown II, 18 sq.)

f. 134ᵃ—156ᵇ **S. Augustini Tractatus de fide ad Petrum.** »Epistolam, fili Petre, tue caritatis accepi« × »hoc quoque illi deus revelavit.«

f. 157ᵃ—181ᵃ »Incipit rubrica Rabi Samuelis Israhelite, per quem probatur adventus Christi sive Messie dudum preteriti per dicta veteris legis et prophetarum, que Judei recipiunt.« **(Alphonsi Bonihominis Hispani translatio altercationis duorum Judaeorum ex arabico mag. Samuelis Israelitae.)** Opus in fine mutilatum.

In fol. praeligato scriba seriem contentorum consignavit. Operculo infer. adligatum est membran. fragmentum cuiusdam cod. saec. XIV argum. philos., in quo manu saec. XV annotatum est codicem esse monasterii Borovanensis. Postea idem in bibl. Rosenbergicam devenit.

312 *I. G. 36.*

chart. saec. XIV—XV ff. 88, 21×15 cm. 2 m.

f. 1—76ᵃ **(Johannis Marchesini?) Mammotrectus.** »Frater Ambrosius« (cetera verba initialia evulsa sunt) × »ut in eo substancia divine et humane confiteretur nature. Explicit nomotractus« (sic). In fronte membranae librum cooperientis hic titulus est: »Mammetractus Valentini.«

f. 77ᵃ—85ᵇ **(Alexandri de Villa Dei) Biblia pauperum (versibus memorialibus expressa) cum commentario interlineari.**

f. 85ᵇ—86ᵃ Bibliorum libri eorumque capita versibus expressa.

f. 86ᵇ—88ᵇ **Senecae (recte Martini Braccarensis) libellus de quatuor virtutibus cardinalibus.** »Quatuor virtutum species« × »aut deficientem condempnat ignaviam. Explicit Seneca de q. v. c.«

In fol. praeligato notatur: »Liber monasterii Rudnicensis.« Postea codex bibl. Rosenbergicae obtigit; postremo mon. Třebonensi (?).

313 *I. G. 37.*

chart. saec. XVIII ff. 111, 20×14 cm. 1 m.

Excerpta e variis libris theologicis, quae collegisse videtur religiosus quidam vir imprimis in usum sermonum propriorum.

314 *I. G. 38.*

chart. saec. XV ff. 200, 22×15 cm. d. m.

Sermones diversi (intitulati manu saec. XV ex.: »Sermones de passione domini aliquibus locis satis pulchri. Item de omnibus sanctis.«), quorum nonnulli exhibent textum latino-bohemicum.

f. 86ᵇ—87ᵃ **Zrcadlo zpovědní české** počínající se: »Shrzyessyl sem v dessetero bozyem przykazany« (vyd. Hanuš, Sitzgsb. d. k. böhm. Ges. d. W. 1868. II, 5).

f. 168ᵃ occurrit haec nota sermones a f. 156 concernens: »Expliciunt aliquot sermones de passione domini n. J. Ch. scripta et finita per **Jacobum de Hericz** prope Krumlow in scola s. Nicolai stans (sic) in foro pullorum Prage in Antiqua Civitate«.

Codicem hunc laceratum multo deteriorem reddidit J. Hanuš bibliothecae praefectus, cum suturas magnae partis dissolveret, ut eximeret particulas instrumenti publ. membr. bohemici saec. XIV—XV, quae autem — nunc charta involutae — sensum non praebent.

315 *I. G. 39.*

chart. saec. XIV—XV ff. 108, 20·5×14·5 cm. d. m. dilucide exaratus et rubricatus, initio putredine laesus. Plagulae sexternae in dorso consutae et membrana crassa coopertae sunt, in qua hic titulus est: „Sermones diversi liber decimus".

f. 1—73ᵇ **Sermones diversi.** His serius inserta seu inligata sunt alia opuscula, videlicet:

f. 14, 24, 65 Epitheta ornantia b. Mariae in sacris scripturis, alphabetice digesta, sed non integra.

f. 23ᵇ (anepigr.) **Carmen vagantium scholarium de vanitate mundi cum notis musicis.** »O quantum sollicitor« × »pro quibus te dulcius virgo mater orat.«

f. 74ᵃ—81ᵇ (anepigr.) **Hymni de b. virgine et aliis sanctis.**

f. 81ᵇ—82ᵃ Nota de virtutibus aquae vivae.

f. 82ª **Metra** de missa et **de urbe Praga** (»Ach Praga doleas nunquam caritura dolore« × »debilitata ruis«. »O Praga, convertere ad dominum deum tuum.« Ex alio cod. edid. Höfler, Geschichtsch. I, 563).

f. 82ᵇ Metra de occupationibus per septimanam et de remediis contra X plagas, quae sunt decem praecepta.

f. 83ª—90ª Sermo de fide catholica. »Dei filius, quem deus« × »scripserit invenire«.

f. 90ᵇ—106ᵇ **S. Augustini Tractatus de spiritu et anima.**

f. 106ᵇ—108ª **S. Bernardi Septem gradus contemplationis.** »Contemplativorum aquilinos obtutus acui« × »quam admirabiles.« (Est opusculum **s. Bonaventurae).**

f. 108ª—108ᵇ Arbor animae humanae distincta per suas operationes.

In f. 13ᵇ inter varias notas haec occurrunt possessorem codicis fortasse concernentia: »Dilectis suis parentibus Henrico et Gertrudi Colonie commorantibus Johannes studens Pragensis salutem et obedienciam filialem.«

316 *I. G. 40.*

chart. a. 1383 ff. 156 num., 21 × 14 cm. 2 m.

f. 1—118ª **Boethii De consolatione philosophiae.** »Explicit Boecius de consolatu philosophie finitus sub a. d. **1383** proxima fer. V ante trinitatis.«

f. 118ᵇ Expositio alphabeti mystica.

f. 119ª—149ᵇ **Boethii De disciplina scholarium.** »Explicit per manus **Mathie de Jaromyrz.**«

f. 150ᵇ—155ª **Johannis de Sacrobosco Algorismus de integris.** »Omnia que a primeva rerum origine processerunt« × »et licet aliquando possemus oportu« (cetera desiderantur).

f. 156ᵇ Notae quaedam medicales.

Intrinsecus operculi super. ruditer calamo delineata et colorata est philosophia — regina in solio sedens — et Boëthio librum porrigens. In fronte manu Crucis de Telcz annotatum est librum esse monast. Třebonensis. Deinde in bibl. Rosenbergicam devenit, ex qua restitutus est monasterio praefato.

317 *I. G. 41.*

chart. saec. XVII ff. 222, 21 × 17 cm. d. m.

f. 1—124 **Wenceslai Hájek de Libočan Annales Bohemiae a. 644—869 latinitate donati a Bohuslao Balbino** eiusdemque manu exarati.

f. 125—158 **Andreae Stredonii S. J. Origines Boemorum.** (Opus a B. Balbino in Miscell. hist. Dec. I lib. 2 pp. 77—97 editum).

f. 159—222 **Notae historicae variae de rebus Bohemicis.**

Quamvis desuper nulla nota occurrat, codex in veteri bibl. S. J. Clementina fuisse facile probatur.

318 *I. G. 42a.*

chart. saec. XIV—XV ff. 108, 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1—94ª **S. Bonaventurae Liber de septem itineribus aeternitatis.** »Omne quod (sic pro = Eum qui) venit ad me« × »qui est trinus

et unus deus in eternum benedictus. Amen. Explicit liber d. s. i. e. finitus fer. quinta. Liber Bone venture, alii dicunt, quod sit solempnis doctoris de Erphordya cognomento de Infirmaria« (sic!).

f. 94ᵇ—108ᵇ **M. Henrici de Hassia Tractatus de discretione spirituum.** »Sicut in philosophia motus et operaciones« × »inpossibilitatis freno posse retineri.«

Operculo super. adligatum est bifolium membran. codicis cuiusdam, ut videtur Hymnarii, saec. XIV. E monast. S. Coronae.

319 *I. G. 42b.*

membran. saec. XIV ff. 86, 21 × 15 cm. 1 m.

f. 1—65ᵇ **S. Bonaventurae Liber de septem itineribus aeternitatis.** »Omnem, qui venit ad me« × »ad quam domum eternitatis nos perducat, qui est eternus et unus deus in eternum benedictus deus rex angelorum, qui vivit etc. Expliciunt itinera eternitatis Amen.«

f. 66ª—86ᵇ »Incipitur liber, qui dicitur **Speculum contemplacionis (Gerardi Zutphaniensis).** Beatus vir, cuius est auxilium abs te« × »Explicit liber contemplativus . . . finitus per manus **Nicolai presbyteri** in vigilia s. Valentini XVII kal. Marci.« (Eidem opusculo alibi inscribitur: de VII gradibus amoris, de spiritualibus ascensionibus.)

Codici olim adiunctus erat Catalogus abbatum monast. S. Coronae, ut in f. 86ᵇ manu saec. XVII notatur; sed hic nunc desideratur. Eiusdem monast. codex fuit, antequam ad nos pervenit.

320 *I. G. 43.*

chart. saec. XIV ff. 89, 21 × 14·5 cm. 1 m.

f. 1—54ᵇ (anepigr.) **Historiae Veteris Testamenti.** »Adam unico facto suo multa peccata commisit« × »et de Nichanoris exercitu percusserunt XXV millia«.

f. 54ᵇ—89ª (anepigr.) **Narrationes exemplares et persuasoriae ad instructionem praesidentium in thronis, prout continentur in gestis potentum vel sapientum.** (Titulum hunc e prooemio sumpsimus). »Quoniam misericordia et veritas custodiunt regem« × »Sic caro flagellis a libidine«. (Dimidium fol. ultimum, ubi verisimiliter erat conclusio operis, abscisum est). Sunt **Roberti Holgot Moralitates s. scripturae.**

In fronte f. 1ª haec nota occurrit: »Libellus domini Jacobi (cetera radendo deleta sunt) sibi singulariter propter historias dilectus«. Ex monast. Borovanensi.

321 *I. G. 44.*

Liber typis excusus, cui hic titulus est:

Hermanni Nitzschewitz Novum beatae Mariae virginis psalterium. Zinna apud Magdeburg (1492) 4⁰ (Cf. catal. incun. typogr.) Huic libro adligata sunt opuscula diversis manibus saec. XV ex. vel XVI in. in 98 ff. num. scripta, quae sequuntur:

f. 1—11ª (anepigr.) **Tractatus de arte physiognomiae cum commentario.** »Circa inicium artis phizonomie« × »in arte que dicitur Chiromancia.«

f. 12ª—29ᵇ **Processus passionis Christi** et meditatio pro simplicibus.

f. 29ᵇ—32ª Benedictio trium munerum preciosorum in epiphania domini.

f. 33ª—76ª **Sermones diversi.**

f. 76ª—83ᵇ **Nucleus decreti** (in fine mutilus).

f. 84ᵇ—86ᵇ **Legenda de s. Cyrillo et Metudio.** »Quemadmodum ex hystorys plurimorum sanctorum et ex cronicis diversis colligitur« × »et sancta exempla post se relinquentes suis posteris usque in hodiernum diem ad laudem et gloriam omnipotenti deo, cui est laus etc.«

f. 87ª—92ª **Sermones duo.**

f. 92ª—93ᵇ Exemplum de quadam muliere vestitui nimis indulgente in curia Caroli IV. imperatoris.

f. 94ª—98ª Symbolum fidei maius et minus cum expositione.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam saec. XIII—XIV, quo sermones continebantur.

322 *I. G. 45.*

chart. saec. XVIII pp. 115 num., 17×11 cm. 1 m.

Μετάφρασις τοῦ Δημοσθένους καὶ τοῦ Ὁμήρου πρὸ τοῦ διδασκαλείου τῆς ῥητορικῆς. **(Demosthenis et Homeri interpretatio pro classe rhetorica.)**

Insunt tantum fragmenta horum scriptorum interpretatione latina et analysi vocabulorum instructa.

323 *I. G. 46.*

mixtus saec. XIV ff. 280, 17·5×13·5 cm. d. m.

f. 1ª—246ᵇ **(Jacobi de Voragine) Sermones de tempore** carentes fine. »Preparare in occursum . . . Cum rex vel aliquis princeps« etc.

f. 247ª—280ᵇ **Prothemata sermonum de tempore et de sanctis** (carentia fine). »Hora est iam . . . In istis verbis« etc.

Vetus sign. E, 2.

324 *I. G. 47.*

membran. saec. XIV ff. 75, 18·5×13·5 cm. 1 m.

Sermones de sanctis, initio et in fine mutilati.

Operculo super. intrinsecus adglutinatae sunt duae schedulae chartaceae, quibus continentur epistulae Wenceslai de Žestow; infer. adglut. est epistula Simonis plebani in Maiori Hórka. Sed omnes carent anno. Simon confirmatus est in plebanum ibidem (= Bílá Hůrka) a. 1377.

325 *I. G. 48.*

chart. saec. XV ff. 518, 14·5×10·5 cm. 1 m.

Breviarium in usum ordinis Cisterciensis praecedente calendario ecclesiastico.

Librum hunc exaratum esse a quodam monacho S. Coronae, demonstrant rubricae calendarii 13 Iulii: Dedicatio monasterii S. Coronae, 10. aug.: Festum Spineae Coronae. Inde verisimiliter ad nos pervenit.

326 *I. H. 1.*

chart. saec. XV ex. ff. 259, 15·5×11 cm. 1 m.

f. 1—228ᵇ **Breviarium** (praemissis psalmis et orationibus, in quibus crebro occurrit nomen Simonis cuiusdam, qui in usum proprium codicem exaravit. Item notandum in f. 28ª scriptam esse orationem »pro episcopo nostro«, qui vocatur ibidem Augustinus. Fortasse intelligitur Augustinus Lucianus episcopus Sancturinus, qui a. 1482—1493 in Bohemia vixit. Scribam fuisse Bohemum aliquot notae marginales declarant.)

f. 229ª—254ª Brevis doctrina officiorum clericorum et summa doctrinae christianae.

f. 254ᵇ—259 Orationes in fine mutilae.

Operculis adligata sunt fragmenta cuiusdam membran. Breviarii saec. XIV.

327 *I. H. 2.*

chart. saec. XV ex. ff. 360 num., 16×11 cm. 1 m.

Tractatus medicinales et collectio formularum medicarum uberrima, quarum nonnullae sunt bohemice traditae. In fol. praeligato scriba registrum totius codicis compilavit. De multitudine materiae anepigr. haec frusta censuimus promenda:

f. 74ª—78ª **»Tractatulus de medicinis digestivis et evacuativis«** × »Tabula **mag. Johannis de Parma** finitur.«

f. 78ª—81ᵇ Flores antidotarii.

f. 82ª—89ᵇ Tabula Salernitana.

f. 121ᵇ—123ᵇ **Slovníček bylin léčivých latinsko-český.**

f. 136ª—139 Tractatus de puerorum aegritudinibus.

f. 268—273 **Recepty namnoze české.**

f. 274—298 Tractatulus de pestilentia.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cod. cuiusdam saec. XIV liturgici.

328 *I. H. 3.*

chart. saec. XV ff. 406 num., 15×11 cm. 1 m.

f. 1—2 **Nomina mortuorum (benefactorum) seu Necrologium ecclesiae Gablonensis.**

f. 3—4 Series eorum, quibus interdicitur corpus Christi.

f. 5ᵃ—10ᵃ **Deutsche Gebete, Beichtspiegel u. ä.** (Da für König Siegmund gebetet wird f. 5ᵇ, kann dieses Stück, welches Kelle in Serapeum 1860 S. 58—59 zum Teile abdruckt, nicht aus dem XIV. Jahrh. sein).

f. 10ᵇ—18ᵇ Sermones duo.

f. 19ᵃ—247ᵇ **Sermones dominicales »Peregrini«.**

f. 248ᵇ—373ᵇ **Sermones de sanctis diversorum auctorum.**

f. 374ᵃ—406ᵇ **Thomae Hibernici Puncta religionis christianae.** »Religio munda et immaculata« × »nec nimis prolixum compilare decrevit.«

Codex procul dubio e monast. Gablonensi provenit.

329 *I. H. 4.*

chart. saec. XV—XVI ff. 300 num., 15×12 cm. d. m.

f. 1—276ᵃ **Breviarium initio et passim in media parte mutilatum.**

f. 276ᵇ—277ᵇ Benedictiones variae.

f. 278ᵃ Forma absolutionis super iubilaeo a Sixto IV concessae.

f. 278ᵇ Introductio mulieris.

f. 279 Circuli computistici, quorum conclusio in f. 296.

f. 280—296 (anepigr.) **Institutio celebrantis missam quoad casus dubiosos.** »Primo contingit, quod celebrans non est ieiunus« × »et dicat verba consecracionis super hostiam et consequenter vinum.«

f. 297—299ᵃ Notae theologici argumenti initio mutilae.

f. 299ᵇ—300ᵃ Forma absolutionis sacri iubilaei per Innocentium VIII concessae.

f. 300ᵇ Hymnus ad s. Gertrudim.

330 *I. H. 5.*

chart. a. 1652—53 ff. 371, 15×10 cm. 1 m.

Lectiones theologicae a. 1652-53 in universitate Pragensi habitae.

f. 1—14 Compendium theologiae.

f. 15—49ᵃ Tractatus de deo eiusque perfectionibus.

f. 49ᵇ—58ᵃ Tractatus de trinitate.

f. 58ᵇ—119ᵇ Tractatus de iure et iustitia.

f. 120ᵃ—146ᵃ Tractatus de angelis. »Finis 1653, 12 nov.«

f. 147ᵃ—270ᵃ **Tractatus de sacramentis in genere traditus a Bernardino Clanchy.**

f. 271—292ᵃ Tractatus de actibus humanis. (In fronte f. 271ᵃ: »a. 1652, 8. nov.«)

f. 292ᵃ—311ᵃ Tractatus de peccatis.

f. 311ᵇ—351ᵇ Tractatus de fide, spe et charitate.

f. 352ᵃ—371ᵃ Tractatus de legibus. »Finis 1653, 5 sept.«

Ad calcem libri haec nota alius manus occurrit: »Fr. P. **Joannes Lienhart, Spineae Coronae Cisterc. ord. professus,** scripsit Pragae theologiae studiosus sub professore Bernardino Clanchy et Antonio Feralli et Bruodino seniore et Hilgero Burgkoff Campililiensi doctore Viennensi.« Procul dubio codex e monast. S. Coronae provenit.

331 *I. H. 6.*

chart. paulo post a. 1649 ff. 303 num., 16×11 cm. 1 m.

Synopsis iuris imperii Romano-Germanici opera Wilhelmi Beckers d. hac tertia editione et matricula imperii auctior. In fine: **Coloniae, typis viduae Hartgeri VVoringen. A. 1649. (Apographum** exemplaris typis excusi.)

Ex bibl. Ignatii Caroli comitis de Sternberg aut bibliothecae Carolinae aut conventui Hibernorum Pragensi obtigit.

332 *I. H. 7.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 281, 16·5×12 cm., una manu nitidissime exaratus atque rubricatus, crebris litt. initial. pictis et deauratis exornatus.

Psalterium cum canticis et symbolo fidei. Litt. init. pictae et deauratae occurrunt in ff. 29ᵇ, 39ᵇ, 65ᵃ, 113ᵇ, 144ᵇ, 176ᵇ, 202ᵇ, 228ᵇ. Cum duae picturae monialem sanctos adorantem exhibeant, non potest dubitari, quin liber in usum monialium quarundam (verisimiliter s. Georgii) exaratus sit.

Ex monast. S. Georgii Prag.

333 334 *I. H. 8.*

Codices duo chart. saec. XVI—XVII ff. 101 et *136 num., alter 13×9, alter 15×11 cm., ab eodem scriba nitide exarati et rubricati. Utroque codice continetur:*

S. Bonaventurae Psalterium beatae virginis. Priori insuper: f. 100 et 101 (alia manu) Hymnus in laudem b. virginis incipiens: »Ave Maria, regina celorum.«

Ex monast. S. Georgii Prag.?

335 *I. H. 9.*

membran. saec. XV—XVI ff. 291, 15×11 cm. 1 m.

Breviarium notis musicis passim instructum cum nonnullis rubricis germanicis.

336 *I. H. 10.*

chart. saec. XIV—XV ff. 334 num., 10·5×8 cm. 1 m.

Breviarium praecedente calendario ecclesiastico.

f. 126a—173b **Summa de poenitentia seu Tractatus de eo, »quomodo cognosci habeant peccata et quomodo est de eis vere poenitendum.«** »Quia secundum b. Ambrosium plures inventi sunt innocentes quam vere penitentes« × »quam si eiecto fastu elacionis humilibus te conformes. Hec Blesensis.« (Tractatus hic in fine mancus esse videtur.)

In membrana vacua asseri infer. adligata occurrit nota: »domini Mathie Laude«. Vetus sign. E, 18. De hoc codice, imprimis de tractatu Wenceslai Rohle prolixius disserui in Věstník Č. A. 1898 p. 271.

424 *III. B. 15.* (Y. II. 1. n. 37.)

chart. saec. XIV—XV ff. 158 num. (+ 2 init. non num.), 30·3 × 22 cm. d. m.

Praecedunt folia duo non num., quibus registrum operis subsequentis continetur. In altero verso rubricatur: »Incipit prologus in compendium theoloyce veritatis.«

f. 1—97a **(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis.** »Veritatis theoloyce sublimitas« × »Explicit c. th. v. finit. per manus **Chmelyconis de Wodnano.**«

f. 97b—145b (anepigr.) **Innocentii IV** seu potius **Thomae de Cabham Summa de poenitentia.** »Quia miseraciones domini sunt super omnia opera eius« × »et hec ad presens de penitencia dicta sufficiant.« (Cf. Schulte, Can. Hndschften p. 28.)

f. 145b—146b Registrum operis praecedentis.

f. 146b—147a (anepigr.) **Carmen de redemptione humana incip: »Post peccatum hominis facta iam ruina.«**

f. 147b—148a Notae variae theologicae.

f. 149a—157a (anepigr.) **S. Augustini ad Petrum diaconum liber de fide.** »Epistolam, fili Petre, tue caritatis accepi« × »hoc illi quoque deus revelavit.«

f. 157a—158b Notae variae, in quibus »Ordo librorum ac historiarum, quomodo teneri debeant per anni circulum.«

Vetus sign. libr. Carol. K. 37. K.

425 *III. B. 16.* (Y. II. 3. n. 38.)

chart. cca a. 1412 ff. 299, 30·5 × 21·5 cm. d. m.

f. 1—204b **Testamentum Vetus a libro proverbiorum usque ad finem, cum prologis s. Hieronymi et nonnullis glossis bohemicis interlinearibus.**

f. 205a—287a **Vocabularius dictus Lucianus** (a quodam fratre ord. eremit. s. Aug. congestus, et in cod. XI. D. 6. **M. Henrico de Ratispona** attributus) »Cum iuxta sapientum assercionem« × »Explicit Lucianus finitus sub a. d. **1412** fer. V proxima ante festum Bartholomei ap.«

f. 288a—290b **S. Johannis Chrysostomi Sermo de ultimis verbis salvatoris.**

f. 291a—292b **Vita s. Aegidii.**

f. 292b—299b Sermones aliquot de resurrectione domini.

Vetus sign. A, 2.

426 *III. B. 17.* (Y. II. 3. n. 39.)

chart. saec. XV ff. 470, 31 × 21 cm. 1 m., litt. init. pictis et arabescis ornatus.

(Nicolai de Lyra) Postilla seu Commentarius in Veteris Testamenti libros: Esdrae III, Job, Proverb., Ecclesiasten, Canticum, Sapientiae, Ecclesiasticum et prophetarum.

f. 1a »Et fecit Yosias . . . Liber iste qui dicitur Esdre secundus« × f. 470a (Malachias) »adherebunt deo sempiterna fruicione, quam« etc.

Vetus sign. A, 14.

427 *III. B. 18.* (Y. II. 3. n. 40.)

chart. a. 1410, ff. 272, 30·5 × 21 cm. 3 m.

Jacobi de Voragine Legenda aurea.

f. 1a »Universum tempus presentis vite in quatuor distinguitur« × f. 242a (absoluto sermone de dedicatione) »Explicit **Passionale** per manus **Buzkonis de Popowycz prope Veronam** finitus (sic) sub a. d. **1410** in vigilia ascensionis domini et Philippi Jacobi.«

f. 242b—272b Vitae sanctorum aliae.

Operculo super. adligatum est folium membran. praeclari cuiusdam codicis liturgici saec. XI (Missalis vel Benedictionalis), litt. init. deauratis ornati. In fronte eius manus saec. XV hanc inscriptionem posuit: »Liber late consciencie alias passionale.«

428 *III. B. 19.* (Y. II. 3. n. 41.)

chart. saec. XV ff. 249, 30·3 × 21 cm. 1 m.

f. 1a—1b **S. Augustini Sermo in ordinatione episcopi** (cum nota ad calcem rubricata: »Ponderet episcopus et plebanus, ymo et ceteri sacerdotes domini«).

f. 2ª—249ᵇ (anepigr.) **Lectionarium epistolarum et evangeliorum aestivale cum expositione (= postilla) M. Johannis Hus, glossis bohemicis interlinearibus et sermonibus super epistolas aestivales Johannis Wiclif.** (Cf. cod. III. B. 3.)

Vetus sign. H, 2.

429 *III. B. 20.* (*Y. II. 3. n. 42.*)

chart. saec. XV ff. 294, 30·5 × 22 cm. 3 m.

In fronte f. 1ª hic titulus occurrit: »Incipiunt **Sermones per circulum anni de tempore et sanctis et per totam quadragesimam epistolae cum evangeliis.**« F. 1ª In die omnium sanctorum. (**Maximam partem** horum sermonum esse **Johannis Hus** cum alii loci permulti, quibus mali praelati castigantur, tum iprimis demonstrant haec verba concionatoris in f. 43ª: »tu hus, non vis esse subditus tuis prelatis? Respondeo: ego volo esse asina Balaam«). Item notandum sermonibus immixtas esse passim voces imo pronunciationes bohemicas. Cf. Věstník Č. A. 1898 p. 271.

f. 293—294 **Mag. Briccii (de Zacz?) Sermo super Eccles. V.**

Vetus sign. (Nationis?) O, 24.

430 *III. B. 21.* (*Y. I. 3. n. 43.*)

chart. saec. XV—XVI ff. 165 num., 31 × 21·5 cm. 2 m.

f. 1ª—43ª **Fr. Johannis Johannis decret. doctoris Loci in opere quodam iuridico-canonico occurrentes secundum ordinem bibliorum dispositi.** (Tit. rubric. sed radendo laesus hic est: »Incipit opusculum editum a fratre Johanne Johannis in . . . . decretorum doctore«.) »In principio creavit deus« × »tunc salvabitur. Finis.« In f. 43ᵇ quaedam additamenta eiusdem.

f. 44ᵇ Notae: 1. »Octo sunt casus, in quibus ordo iudiciarius non est servandus«, 2. »In hiis casibus leges contrariantur canonibus.«

f. 45ª—87ᵇ (anepigr.) **Processus iudiciarius (Nicolai archiep. Panormitani seu potius Johannis de Auerbach).** »Rex pacificus cunctorum causa effectiva est« × »Salvo iure addendi corrigendi mutandi etc. ut est moris atque stili etc. **1462** sabbato post Vincencii martiris et ante festum Thimothei apostoli.«

f. 88ª—115ᵇ **Gerhardi monachi Cisterc. Defensorium iuris.** »Bone rei dare consilium« × »Si vero lis non fuerit contestata, tunc perit instancia.« (Opus mancum.)

f. 116ª—131ª **Formulae litterarum iuridico-ecclesiasticarum maxima ex parte Hilarii de Litoměřic, Pragensis administratoris, nonnullae vero successorum eiusdem usque ad a. 1523.**

f. 132ª—133ª »Memoriale Borsonis super Georgica et Eneide.«

f. 134ª—135ᵇ Notae quaedam iuridico-canonicae.

f. 136ª—145ª (anepigr.) **Expositio decretalium.** »Invocato divini numinis adiutorio« × »de foro competenti et solito de maio et obe« (sic).

f. 146ª—158ª **Bartholomaei Brixiensis Brocardica corripienda in iure canonico.** »Quoniam secundum iuris varietatem« × »Expliciunt Brocardica feliciter a. d. **(14)75** die III mensis Februarii.«

f. 159ª—161ᵇ **Bartholi (Saxoferratensis) Tractatulus de armis et insigniis.** »Morum autem gracia de insigniis et armis, que quis portat in vexillis et clipeis, videamus« × »Finis tractatuli Bartholi de armis et insigniis.«

f. 162ª—164ª **Leonelli Chieregati decret. doctoris Consultationes duae:** 1. an papa debeat tollere interdictum positum per f. r. Paulum II in civitate Pragensi et in toto regno Bohemiae, 2. an papa possit et debeat tolerare conversacionem hereticorum cum katholicis eciam in ecclesiis katholicis tempore celebracionis divinorum officiorum. (Subscriptio: »Leonellus Chieregatus decretorum« cetera desunt particula folii abscisa.)

f. 165ᵇ »Littera passus bohemicalis«. **List průvodní daný r. 1499 knězi Janu Borovskému, stěhujícímu se na faru do Ústí nad Labem.**

Codicem hunc recens. Schulte, Die canon. Handschriften, 1868 p. 28—31, quem etiam nos correctis corrigendis secuti sumus.

431 *III. B. 22.* (*Y. I. 3. n. 44.*)

chart. a. 1465 ff. 294 num., 31 × 21·5 cm. 1 m.

(anepigr.) **Petri Pictaviensis Reportorium morale** (cf. cod. I. B. 8 et VI. B. 4) **seu Dictionarium theologicum alphabetice digestum et imprimis praedicatoribus adaptatum cum nonnulis glossis bohemicis** (e. g. in f. 161ᵇ).

f. 1ª »A a a domine deus, nescio loqui, quia puer ego sum.« × f. 294ᵇ (absoluta voce »zelus«): »Et sic habetur finis huius operis fer. III post festum nativitatis s. Marie per me **Johannem** sacerdotem indignum **de Lukawecz plebanum tunc temporis in Ssiebierzow a. 1465** currente. (rubric:) Ba hlediz, ziet gsem giz dokonal, dayz mi za to posniedati napeka babu zemlowu.«

Operculo super. adligatum est fragm. membr. hymnarii cuiusdam saec. XIV cum notis musicis. Vetus sign. A, 19.

432 *III. C. 1.* (*Y. II. 1. n. 45.*)

chart. a. 1418 ff. 299, 30·5 × 22 cm. d. m.

(Johannis Sarisberiensis) Policraticus de curialium nugis et vestigiis philosophorum.

f. 1ª (Incipit prooemium versificatum:) »Si michi credideris, lingwam cohibebis et aule.« f. 3ᵇ »Incipit prologus policrati de curialium nugis et vestigiis phylozophorum sequitur. Jocundissimus tum in multis.« × f. 299ᵇ »Explicit policraticon finitus fer. VI post purificacionem sub a. d. **1418.**«

Vetus sign. Q, 37.

433 *III. C. 2.* (*Y. II. 1. n. 46.*)

chart. saec. XV ff. 217, 30·5 × 21 cm. d. m.

In fol. praeligato non num. notatur series contentorum manu saec. XV, quam et nos sequimur in cod. recensendo.

f. 1—9ª **Tractatus de sphaera solida** et utilitate instrumenti.

f. 9ª—11ª Compositio turgeti.

f. 11a—11b Compositio astrolabii.
f. 12a—13a De virtute magnetis.
f. 13a—13b De quodam horologio viatorum.
f. 14a—18a Compositio tabularum theorice.
f. 19b—22a Tabula eclipsium (a. 1406—1462).
f. 22b—25a **Incensiones Mag. Cristani (de Prachatic).**
f. 26a—32a Instrumenta planetarum Saturni, Jovis, Martis, Mercurii, Lunae, Solis, Veneris.
f. 38a—39a Aspectus lunae, quantum luceat. De diebus creticis.
f. 39a—42b **Compositio astrolabii secundum modernos.**
f. 43a—43b De 12 signis zodiaci.
f. 44a—44b Quomodo homo dividitur.
f. 45a—49a Canones iudiciales de motu lunae.
f. 49a—54a **Albumazar De floribus (astrorum),** quae significant res superiores in rebus inferioribus.
f. 54b—56a De pluviis.
f. 56a—57b De ventis.
f. 57b—58b De aura.
f. 58b—59a De mansionibus lunae.
f. 59b De dignitatibus planetarum.
f. 60a—62b De sphaera astrolabii.
f. 63a—63b **Alkindus (Jacobus) de pluviis.**
f. 64a—70a Tractatus de mediis motibus et radicibus et veris locis planetarum. (f. 66b radices completae a. 1410, f. 68a radices a. 1414, f. 69a a. 1415, f. 70a a. 1417—1420).
f. 72b De quadrante perfecto.
f. 73a—73b De instrumento pro laicis pro incensione solis et lunae.
f. 73b Minutiones secundum cursum lunae.
f. 74b—87a Tabulae de mediis motibus planetarum.
f. 87b Tabula, »per quam scitur, quam partem de homine sibi quilibet planetarum vendicat in quocunque signo existens.«
f. 88a—89b Tabula stellarum fixarum secundum Alphonsum.
f. 90b De compositione globi.
f. 91b—92a Canon de vera coniunctione vel oppositione solis et lunae cum figura.
f. 92b Tabula retrogradationis planetarum.
f. 93a De imaginibus signorum versus medicales.
f. 97a De combustione et radiis planetarum.
f. 98a—109a Stellae maiores in quolibet signo et climatibus et infirmitatibus.
f. 109a De constellatione in nativitate hominis.
f. 109b—111a Stellae meridionales. De sphaera. De natura et dignitate planetarum. De aspectibus.
f. 111a—117b De domibus planetarum.
f. 117b—118b De pluviis. Sors lunae.
f. 118b—123a **Abraham Aben Esra De virtutibus stellarum.**
f. 123b—125a Notae variae astronomicae.
f. 125b—144b **(Alkindus) De quinta essentia.**
f. 144b—148a Tractatulus de regimine sanitatis.

f. 148b—154a Notae astronomicae et medicae (partim germanicae).
f. 155a—166b Imagines coeli.
f. 167a—169b **Alkindus. De pluviis.**
f. 170a—198b **Alfraganus. (Liber) differentiarum.**
f. 199a—200b De quodam instrumento motus coeli. (Expositio conscripta a. 1394 Viennae?)
f. 201a—203b **Ptolomaei CL propositiones in astronomia.** »Signorum disposicio est« × »Explicit liber P. feria VI ante trinitatis per me **Johannem de Nova Domo a. 1450.«**
f. 205 Figurae duae 1) mansionum lunae, 2) dignitatum planetarum.
f. 206a—208a **Stephani de Messina Flores de secretis astronomiae Hermetis (Astrologiae centum capitula).**
f. 208a—217 Tractatulus revolutionum in tribus superioribus. De revolutione anni. De terrae motu et diluviis. De bello. De capite et cauda draconis. De locis stellarum fixarum. Tabula latitudinum.

In operculo super. intrinsecus haec nota occurrit: »Liber Sigismundi de Hradecz Regine.« Vetus sign. A, 37.

434 *III. C. 3.* (*Y. II. 1. n. 47.*)

chart. saec. XV ff. 299 num., 30×21·5 cm. d. m.

f. 1—167a **Haimonis (seu potius b. Remigii) Postilla super epistolas s. Pauli.** »E Corintho civitate metropoli Achaye regionis Grecorum scripsit apostolus Paulus Romanis hanc epistolam« × »Explicit Postilla Haygmonis s. e. b. P. (alia manu additur:) Fr. Ambrosii cum Johanne de Knyezmost liber iste est per ipsos comparatus.«
f. 169a—299b **Epistolae canonicae Jacobi, Petri, Johannis, Judae cum commentario M. Johannis Hus et nonnullis glossis bohemicis interlinearibus.** »Pater et filius et spiritus s. unus deus dignetur misericorditer nostras sordes abstergere« × »Ut fiat tamen, dicat nunc quilibet amen.«

In operculo super. intrinsecus nudato haec nota manus saec. XV occurrit: »Salomon reportator M. Johannis Hus partem estivalem habet.« In membrana codici praeligata manu saec. XVII exarata est series contentorum haec: 1) Postilla Haymonis, 2) Depositio testimonii Johannis Protivae ad divi Clementis in Porzicz plebani, 3) Articuli ab archiepiscopo Sbincone contra M. Joh. Hus dati cum refutatione eiusdem, 4) Commentarii super canonicas etc. Sed nunc solum supersunt opera primum et ultimum ambobus mediis excisis.

435 *III. C. 4.* (*Y. II. 1. n. 48.*)

chart. a. 1445 ff. 286 num., 31×21 cm. d. m.

Nicolai de Dinkelspuehl Opera quae sequuntur.
f. 1—31b **Tractatus de tribus partibus poenitentiae.** »Ecce nunc tempus acceptabile« × »Expliciunt sermones de tribus partibus penitencie, videlicet contricionis, confessionis et satisfaccionis.«
f. 32a—85a **Sermones de septem peccatis mortalibus.** »Homo quidam fecit cenam« × »Expliciunt sermones de septem viciis capitalibus Mri Nico. Dynklspuel Wyen.«

f. 86b—110b **Tractatus de octo beatitudinibus.** »In evangelio, quod legitur in festo omnium sanctorum« × (rubric.) »Explicit collectorium huius tocius voluminis . . . sub a. d. **1445.**«

f. 111a—182b **Tractatus de dilectione dei et proximi et praeceptis decalogi.** »Scribitur Mat. 22, quod cum quidam legis doctor« × »Expliciunt sermones de dileccione dei et proximi et caritate et de preceptis decalogi.«

f. 183a—256b **Lectura super Firmiter credimus.** »Ad laudem et gloriam immense« × »Explicit lectura Mgri Nic. Dynklspil super firmiter credimus, compilata etc. et in concilio Basiliensi a. d. (1435?).«

f. 257a—286b **Expositio super dominicam orationem.** »Si quid pecieritis patrem in nomine meo« × »Explicit exposicio super oracionem dominicam vener. mag. Nic. Dinklspil.«

Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. instrumenti publici notarii Johannis Gruenberger super pacem et concordiam saec. XV. Codicem recens. Schulte, Canon. Hdschft. p. 36.

436 *III. C. 5.* (*Y. II. 1. n. 49.*)

chart. saec. XV ff. 482, 31×20·5 cm., d. m.

Sermones dominicales per circulum anni. In fine (f. 466b—482) alia manus indicem rerum alphabeticum addidit, tertia in f. 469b narrationem de morte et poenis Herodis latine et bohemice subiunxit.

f. 1a »In adventu. Dominica hodierna est prima« × f. 466a (dominica rogationum) »signati estis spiritu promissionis, qui est pignus.«

Operculis adligatum est fragm. membr. instrumenti publici, quo conservatores iurium et privilegiorum univers. Prag. studentem quendam, Wenceslaum natum Mathiae de Praga, adversus raptores tutantur a. 1409. In eodem fragmento verso notatur precium: 2 sexag. gr.

437 *III. C. 6.* (*Y. II. 1. n. 50.*)

chart. saec. XV ff. 265, 30·5×21 cm. d. m.

S. Johannis Chrysostomi Homiliarium super Matthaeum.

f. 1 (rubric.) »Incipit Omeliarium s. patris nostri Johannis Crisostomi archiepiscopi Constantinopolitani super Matheum. Oportebat quidem« × f. 265a (rubr.) »Explicit omeliarium Johannis Crisostomi super Matheum deo gracias. Mueff. pueff (sic).«

Homiliario huic passim inscriptae sunt notae in margine, quibus auctor vehementissime invehitur in papam et clerum. Idem in vacuis ff. 63b—64a posuit tractatulum »de antichristo«. Vetus sign. A (?), 10.

438 *III. E. 7.* (*Y. II. 1. n. 51.*)

chart. a. 1410 ff. 263 num., 30×21 cm. 1 m.

(Johannis Hus) Lectura super quatuor libros sententiarum (Petri Lombardi).

f. 1a Pater et filius et spiritus sanctus idem deus«. × f. 263b »qui concessit librum sententiarum mgro Petro divine memorie componere pro

fructu ecclesie et mihi in leccione prestare auxilium, quo ad finem leccionis potui pervenire. Amen. (Alia manu:) Finitus liber iste per **Petrum clericum in Plana**, comparatus per dominum Johannem dictum Patek tunc temporis predicatorem in Bor maiori a. d. **1410.**«

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. instrumenti publici saec. XIV—XV in emolumentum cuisdam Cunssonis presbyteri editi, infer. autem fragmentum membran. cuiusdam Missalis saec. XIV. Vetus sign. G, 8.

439 *III. C. 8.* (*Y. I. 3. n. 52.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 231 num., 29×21 cm. d. m.

f. 1—42b **Frat. Philippi ord. praed. Liber de introductione loquendi.** »Quia honorificatum est« × »item ut pater spiritum sanctum nobis mittat etc.«

f. 42b—49a **Hermanni clerici Libellus de sanctorum passionibus.** »Quoniam indiscreta divisio« × »Expliciunt interpretaciones sanctorum nominum.«

f. 49a—59b **Viridarius de sanctis** (opus in fine mutilum). »Venite post me« × »adducere optima, sic dei in suo adventu contra« (cetera desunt).

f. 60a—71b **Innocentii papae III Liber de miseria condicionis humanae.** »Qware de vulva egressus sum« × »sulphur et ignis ardens in secula seculorum Amen.«

f. 72a—119a **Mag. Hugonis Hostiensis ord. praed. Postilla super evangelia dominicalia.** »Erunt signa in sole« × »Explicit liber per manus **Petri** (qui infra vocatur **de Hradiště**). (Rubr.) Iste liber nuncupatur Hugo.«

f. 119b Sermo de s. Jacobo.

f. 120a—167a **Peregrini Sermones de sanctis** (opus initio mancum). »Explicit Peregrinus de sanctis per manus **Petri de Hradist.**«

f. 168a—195b **Sermones diversi.**

f. 195b—197b Expositio dominicae orationis.

f. 197b—199b Notae variae theologicae (de anima capta, de ira, de praelatis bonis et malis, de disciplina).

f. 200a—202b **(Hermanni de Schildicz) Speculum sacerdotum.** »Prima superficies speculi huius sacerdotum« × »Que hic deficiunt, in summa et lectura Hostiensi et in repertorio aureo . . . plenius continentur.«

f. 203 Sermo de s. Procopio.

f. 204a—207b Figurae veteris et novi testamenti.

f. 207b—213a **(Hugonis de S. Caro) »Tractatus super missam, qui dicitur speculum ecclesiae«.** »Dicit apostolus ad Ephes. VI« × »que precedit et subsequitur hominem in bonis operibus.«

f. 213a—215a **Tractatus de creatione et situatione mundi.**

f. 215a—221a De vitiis capitalibus. De beatitudinibus. De petitionibus. De operibus misericordiae. De praeceptis. De articulis fidei. De sacramentis. De elemosinis. De passione Christi. De Antichristo. De die

iudicii. De inferno. De paradiso. De divinis officiis. De tempore septuagesimae. De officio lamentationum. (Qui breves articuli efficiunt quandam summam pro simplicibus sacerdotibus.)

f. 221b—223b Sermones de assumptione b. virginis, de spiritu sancto, de angelis, de s. Jacobo.

f. 224a—226a **»Tabula materiarum sub registro Jacobini de Voragine quadragesimalis.«** × »Explicit tabula per manus **frat. Egidii.** Dobrzye sye stalo.«

f. 226a—231a Sermones de passione Christi.

f. 231b Legenda de s. Dorothea (in fine manca).

440 *III. C. 9.* (*Y. I. 4. n. 53.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 149 num., 29×21 cm. d. m.

f. 1—104b **B. Johannis Chrysostomi Commentarius in epistolas b. Pauli ad Hebraeos.** »Multifarie et multis modis olim deus locutus est« × »gloriam offerentes dom. n. Jesu Christo« . . .

f. 105a—116b (anepigr.) **Sermones de animabus.** »Mortuo non prohibeatis graciam« × »in qua deus ipse cubat et requiescit et pascit ac pa (sic) consequenter dicitur« (duo ultima verba calamo inducta sunt).

f. 117a—148a **Collationes de mortuis.** »Dominica prima in adventu. Solvite et adducite mihi« × »Expliciunt collaciones de mortuis.« (rubr.:) »Jo. N.«

f. 148b—149b (anepigr.) Sermo incipiens: »Transite ad me omnes.«

In membrana praeligata haec nota manus saec. XV occurrit: »Crisostomus super Hebr. Thomaskonis medici.« Vetus sign. S, 34.

441 *III. C. 10.* (*Y. II. 1. n. 54.*)

chart. saec. XV ff. 418, 30·5×21 cm. d. m.

(Jacobi de Voragine) Sermones de sanctis.

f. 1a (Sermo de s. Andrea primus). »Vestigia eius secutus est pes meus« × f. 406b (Sermo de animabus) »in signum huius sacerdos in missa hostiam dividit in tres partes. Rogemus dominum etc.« (Sequuntur versus 6 de purgatorio, dein aliquot voces latinas germanice interpretatur scriba, ex. gr. »dispensacio eyn auspendunge«.)

f. 407a—417a Index alphabeticus praecedentium sermonum, sed carens iustis numeris.

f. 417a—418a Notae variae theologicae.

f. 418a—418b **Vocabularius latino-germanicus** (de quo cf. Kelle in Serapeum 1860 p. 13).

Utrique operculo adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam saec. XV, quo litterae et decreta (synodalia?) episcoporum Wratislaviensium — nominantur episcopi Thomas et Nonkerus — continebantur. Vetus sign. U, 28.

442 *III. C. 11.* (*Y. II. 1. n. 55.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 200, 30×22 cm. d. m.

f. 1—148b **Jacobi de Voragine Sermonum de sanctis pars secunda.** (Sermo I in coena domini, ultimus de s. Jacobo.) »Explicit secunda pars de sanctis Jacobi de Voragine.«

f. 149a—200a **(Johannis de Tambaco) Tractatus de deliciis paradisi sensualibus, oblatus Clementi papae.** »In deliciis paradisi dei fuisti« × »Finis tractatuum de sensualibus deliciis paradisi.« (Particula inferior ultimi folii abscissa est.) De auctore v. Fabricii Bibl.

443 *III. C. 12.* (*Y. II. 1. n. 56.*)

chart. saec. XIV ff. 112, 29·5×22 cm. d. m.

Alberti de Padua Sermones de sanctis.

f. 1a (Sermo de s. Andrea) »Ascendam in palmam« × f. 112a (post tabulam contentorum alphabeticam:) »Explicit liber sollemnis de sanctis, qui finitus est per **Guntherum.**« (Recentior manus addidit: Alberti de Padua.)

Vetus sign. libr. Carol. M, 21. K.

444 *III. C. 13.* (*Y. II. 1. n. 57.*)

chart. a. 1412—13 ff. 273 num. (+ 2 non num.), 30×21 cm. 1 m.

f. 1—176a **(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis.** (Index operis est in 2 fol. praecedentibus non num., quorum in altero etiam) »Incipit prologus c. th. ver. Veritatis theologice sublimitas« × »Explicit compendium th. ver. a. d. **1412** sabbato post Katherine, et tunc fuit magnus ventus.«

f. 176a—176b Versus de sacramentis. Orationes duae s. Anselmi.

f. 178a—197a **B. Eusebii epistola ad Damasum Portuensem episcopum et ad Theodomum senatorem Romanum de morte Hieronymi.**

f. 197a—201a **S. Augustini ad b. Cyrillum epistola de magnificentia b. Hieronymi.**

f. 201a—217b **S. Cyrilli Hierosolymitani episc. Epistola ad b. Augustinum de miraculis b. Hieronymi.**
(rubric.:) »Finito libro sit laus et gloria Christo.

Sunt oculos clari, qui cernis sidera tamquam.
Hunc puto grammaticum, qui versum construit istum.«

f. 217b—225a **Johannis Hus Sermo de exsequiis.** »Dixit Martha ad Jesum« × »qui est suffragiorum principalissimum fundamentum. Et sic est finis.«

f. 225a—229b (anepigr.) **Johannis Hus Tractatus de corpore Christi.** »Inpugnantibus verba ewangelii« × »et non maliciose ac inaniter decretarent. Amen. Et sic habetur finis huius pulcherrimi operis et ceterorum a. d. **1413.**« (edit. Norimb. I, 163. Flajšhans, Sbírka pram. I, 2.)

f. 229b—238b Sermones, unus de dedicatione, quatuor de corpore Christi.

f. 239ª—253ª **Tractatus de confessione** pro confessoribus non exercitatis. »Ad habendum salutifere confessionis ordinem« × »eum habere uxorem viventem. Explicit libellus . . . scriptus a. d. **1412** fer. IV ante Margarethe finitus.«

f. 253ª—258ª **(Fr. Theobaldi) Pharetra fidei contra Judaeos.** »In disputacione contra Judeos« × »Ecce manifeste patet reprobacio Judeorum et commendacio gencium.«

f. 258ª—265ᵇ (rubric.) »Ista sunt **Excerpta de erroribus Judeorum in Talmut, quae transtulit fr. Theobaldus ord. praed. villae Parisiensis.**« »Talmut i. e. doctrina Judeorum dividitur in IV libros« × »baptizati sunt Christum verum deum et hominem confitentes, cui gloria etc.« Expliciunt Excepta (sic) de Talmuth . . .«

f. 266ª—269ᵇ **Dialogus b. Mariae et Anselmi de passione domini.** »Sanctus Anzelmus longo tempore« × »Explicit Anzelmus bonus.«

f. 269ᵇ—270ª »Contra proprietatem monachorum.«

f. 270ᵇ—271ᵇ »Qualiter debeamus orare.«

f. 271ᵇ—272ᵇ »Questiones et soluciones circa pericula, que possunt occurrere in celebrando.«

f. 272ᵇ—273ª Sermo de novo anno.

Praeligata sunt fragmenta membran. cuiusdam cod. saec. XIII—XIV argum. theologici. In operculo super. intrinsecus rubricatum est manu coaeva registrum contentorum, in quo etiam occurrit »Tractatus medicinarum bohemice scriptus«; sed tractatus huius ne vestigia quidem in codice supersunt. Vetus sign. C, 4.

445 *III. C. 14.* (*Y. III. 2. n. 58.*)

chart. saec. XIV ex., ff. 199 num, 29·5×20·5 cm. d. m.

f. 1—168ᵇ **Godefridi Viterbiensis Libri Pantheon.** »Particula prima incipit in nomine d. a. Anno ab incarn. d. 1182(?) Pantheon Gotifredi Viterbiensis« × (absolutis catalogis regum, paparum, pontificum occurrit nota de turribus Babylonica et Romana:) »mala sunt inchoata principio.« (Finis deest foliis aliquot excisis.)

f. 169ª—174ª **B. Nicephori patriarchae Constantinopolitani Chronographia tripartita** additis catalogis regum Troianorum, Francorum, Gothorum, Longobardorum. »Adam cum esset annorum 230« × »Explicit hoc totum unde: Lector, amore dei sepe memento mei.«

f. 174ª—174ᵇ Notae de missa et de Abraham patriarcha.

f. 174ᵇ—177ᵇ **Historia de Machomet Sarracenorum propheta.** »Sarraceni perversi putant« × »et si tunc non peniteat, occidatur.«

f. 177ᵇ—182ᵇ **Alexandri Magni Epistola ad Aristotelem de omnibus mirabilibus, quae ipse fecit et vidit.** »Semper memor tui« × »in perpetuum indicium.«

f. 182ᵇ—185ᵇ (Jornandis) »De origine Gothorum.« »Ordo et catalogus Gothorum et chronica eorum.« »Ordo et catalogus regum Ispanorum in Asturia vel in Ispania« (Sunt excerpta tantum).

f. 185ᵇ—186ᵇ De officio et ordine missarum et quid unusquisque papa addidit.

f. 186ᵇ—189ª De consecrationibus altarium. Quae sunt genera iudicum. Reges et principes sacerdotum in populo Israhel.

f. 190ª—191ª Series patriarcharum Byzantinorum et Alexandrinorum et Antiochenorum nec non imperatorum quorundam.

f. 191ª—192ª (anepigr.) **Fragmentum Gestorum Henrici VI auctore Godefrido Viterbiensi.** »Guilielmus moritur, Lancredus (sic) levatur« × »defendunt Ariminum sicud palatini. Postea Marcualdus vadit in Ciciliam ibique mortuus est etc.«

f. 192ª—198ᵇ »**Dialogus de questionibus veteris testamenti a principio mundi secundum Augustinum**«. »Licet multi doctissimi et probatissimi viri« × »que oculorum occurrit obtutibus.«

f. 199ᵇ **Reimsprüche (Mittelhochdeutsche) über die bösen Weiber:** »Hute dich vor bosen wiben.« (Ibidem est nota manus recentioris spectans ad a. 1405.)

Operculis adligatum est fragmentum membr. instrum. publici Nicolai Bubek archiepiscopi Colociensis de a. 1393. In ultimo fol. non num. commemoratur Johannes de Kitlicz quondam episc. Misnensis. Vetus sign. Q, 47.

446 *III. C. 15.* (*Y. II. 5. n. 59.*)

chart. saec. XV ff. 165 num., 30×22 cm. d. m.

f. 1—37ᵇ **Vitae patrum.** (Rubr.) »Incipit liber, qui dicitur vitaspatrum editus a b. Jeronimo.« »Benedictus deus, qui wlt« × »Explicit liber dictus vitaspatrum editus a b. Jeronimo.«

f. 38ª—62ᵇ (anepigr.) **Gualteri Burlaei Tractatus de vita et moribus philosophorum veterum.** »De vita et moribus philosophorum veterum tractaturus« × »et sic Franci adequati sunt Romanis et Atheniensibus quoad gloriam studiorum in philosophia et in artibus liberalibus. Et sic finis est huius operis.«

f. 63ª—79ª **Johannis Vallensis Breviloquium de quatuor virtutibus cardinalibus.** »Quoniam, ut dicit Salomon Prov. 20« × »qui est principium virtutis et finis. Amen. Et sic est finis o cznostech swrchu psanych, tak buoh day.« (Opus ab opere Senecae diversum, in cod. Amploniano O, 92 (Schum 750) attribuitur **Gualtero Burlaeo.)**

f. 79ᵇ—85ᵇ (anepigr.) **Auctoritates Aristotelis cum expositione,** in fine mancae multis foliis evulsis. »Omnes homines naturaliter scire desiderant« × »Intellectus non habet aliquid organum in corpore, sed est separatus ab omni organo« (cetera desunt).

f. 86ª—98ᵇ **Arnesti archiep. Prag. Statuta** a. 1349 additis stat. a. 1384 et 1386. (Cf. Höfler, Concil. Prag. p. 31, 35.)

f. 99ª—121ª **Liber de naturalibus.** »Abicit mundus pauperes, honorat divites« × »quia pennas virtutum non habent. Et sic est finis. Explicit liber de naturalibus.« (Sunt **Moralitates Jacobi de Lausanna.**)

f. 121ª—122ª Sermo de s. Jacobo.

f. 123ª—128ª Sermo de passione Christi.

f. 128ª—141ᵇ **(M. Henrici de Bitterfeld) Tractatus de institutione sacramenti eucharistiae.** »Quare non statim post lapsum hominis« × »ut accedamus cum summa devocione ad sacramenta dominici corporis et sanguinis Christi, ut cum eo sine fine letemur in speculo claritatis eterne in secula seculorum. Amen.«

f. 142ª—148ª Sermones tres: **1. M. Johannis Hus synodalis super »Abiciamus«** a textu Op. Hus. Norimb. 1558 in fine discrepans; 2. anonymi super »Ecce nunc tempus acceptabile«; 3. anonymi super »Ductus est Jesus in desertum«.

f. 148ᵇ—154ᵇ **Sermo synodalis** super »Homo quidam fecit coenam magnam.« Item alius s. Augustini de honestate mulierum.

f. 155 Quid tenendum sit de sacramento altaris.

f. 156ª—165ᵇ **Sermo synodalis** super »Renovamini spiritu mentis vestre«. »In hac venerabili sanctaque synodo ewangelizaturus« × »immarcescibilis glorie« . . . (Sermo hic in cod. 48 bibliothecae Scotensis — cf. Hübl p. 45 — attribuitur **M. Petro de Stupna.**)

Vetus sign. A, 29.

447 *III. C. 16.* (*Y. II. 1. n. 60.*)

chart. a. 1390 ff. 230, 29·5×21 cm. d. m.

f. 1ª—2ᵇ (rubr.) »Incipit registrum sequentis operis« (puta a f. 61).

f. 3—60ª **Sermones de adventu, nativitate et passione Chr.** (Magna pars horum sermonum — a f. 3—25 — incipit a voce »Exsurge«; ideo sunt etiam Soccii.)

f. 61ª—230ᵇ **Soccii Sermones de tempore; pars I.** (ab adventu usque ad pascha 90 sermon.) »Veniens veniet et non tardabit« × »Explicit prima pars sermonum Socci de tempore finita a. d. **1390** (radendo mutatus est hic annus in 1400) in vigilia ascensionis domini.«

Intrinsecus operculi sup. haec nota est: »Mag. Petrus Stupna dedit nacioni« (= collegio nat. bohem.). Eadem nota est in cod. V. D. 1, quo Socci sermonum pars II continetur. Vetus sign. O, 30.

448 *III. C. 17.* (*Y. II. 1. n. 61.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 326 num., 29·5×20·5 cm. d. m.

Sermones dominicales auctore quodam fratre ordinis min. s. Francisci. (Cum opus sit anepigraphum, titulum hunc ex prooemio hausimus.) »Narraverunt mihi iniqui fabulaciones« × »beati mortui, qui in domino moriuntur, quod nobis parare dignetur qui est benedictus in s. s. Amen.«

Intrinsecus operculi super. haec nota est: »Iste liber de libraria dom. Mathie Laude.«

449 *III. C. 18.* (*Y. I. 3. n. 62.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 292 num., 29·5×21·5 cm. d. m.

f. 1—98ᵇ saec. XV. **Johannis Andreae Apparatus super Clementinas.** »Johannes. Graciosum hoc nomen« × »non erit processus propter hoc irritus nec eciam irritandus. Explicit apparatus Johannis Andree super Clementinas.«

f. 99ª—102ᵇ Rubrica de fratribus minoribus. »Exivi de paradiso« × »se noverit incursurum.«

f. 102ᵇ—106ᵇ saec. XV. **Apparatus ad extravagantes (»Exsecrabilis quorundam« et »Suscepti regiminis«).**

f. 106ᵇ—107ᵇ saec. XV. Duo procuratoria super forma communi pauperum. Ex concilio Maguntinensi (Excerptum statutorum de monachis).

f. 108ª—150ª abhinc saec. XIV—XV. **Commentarius in Alani Anticlaudianum.** »Quoniam aut prodesse volunt« × »pascitur in vivis livor, post fata quiescit. Dominus deus sit semper benedictus.«

f. 150ª—191ª **Radulphi de Longo Campo Expositio Anticlaudiani.** »Incipit glosa Theodoli historie cum allegoriis. Sanctissimo patri ac dom. A. d. g. Narbone archiepiscopo . . Rad. d. L. C.« × »ex precedentibus elucescunt. Expliciunt glosule« (cetera radendo deleta sunt).

f. 191ª—211ª (anepigr.) **Fulgentii Tractatus de diis gentilibus et aliquot scriptoribus antiquis.** »Dii, quos pagani deos asserendo venerantur« × »Hec de vita satire sufficiant dicta.«

f. 211ᵇ—215ª (Nonnullis versibus de »unguento de ansere facto«, item de »invencione anuli« absolutis) »Incipit **Libellus Hildeberti Cenomanensis episcopi de diversis naturis lapidum**« × »que decies senis distincta patent capitellis.«

f. 215ª—216ᵇ **Carminum scholarium vagantium (Gualteri Mapes?)** incipientia: 1. Scriptum est ebraice, 2. Tanto viro locuturi, 3. Propter Syon non tacebo.

f. 217ª—274ª **Vitae patrum.** »Incipit liber, qui dicitur vitaspatrum editus a b. Jeronimo. Benedictus deus« × »Explicit vitaspatrum.«

f. 274ª—277ª **Vita b. Mariae neptis abbatis Abrahae.**

f. 277ª—278ª Notae de quaerendo deo, item de illis, »qui palliant pigriciam suam sub nomine contemplacionis nolentes operari.«

f. 278ª—291ᵇ **Euangelium Nicodemi.** »Incipit liber Nicodemi in nomine s. trinitatis. Incipiunt gesta salvatoris« × »credentibus in se.«

f. 291ᵇ—292ª Miraculum de renovatione crucifixi. »Expliciunt Gesta Christi« (sic).

Codicem hunc minus accurate recenset Schulte in Canon. Handschften p. 36. Vetus sign. E, 7.

450 *III. C. 19.* (*Y. I. 3. n. 63.*)

chart. cca. a. 1379 ff. 180 num., 29·5×20 cm. d. m.

f. 1—34ᵇ **M. Johannis de Vibraco (Viviaco?) Tractatus de septem donis spiritus sancti.** »Omne datum optimum« × »quam deo gracias. Explicit tractatus Mgri Joh. de Vibiaco d. s. d. s. s. A. d. **1379.**« (Idem opus alibi attribuitur **S. Bonaventurae.**)

f. 34ᵇ—41ᵇ **Tractatus de effectibus gratiae.** »Quia licet ex nobis insufficientes simus« × »ad visionem autem, que sine nebula est, perducat nos, qui vivit etc.«

f. 41ᵇ—47ª **S. Augustini Liber dialogorum (= Soliloquia).** »Incipit prologus libri dyalogorum b. Augustini percunctante Orosio. Licet multi doctissimi« × »qui preesse desiderat, non prodesse. Aut totum aut nihil infunde, da michi bibere. Olla petit quantrum, sera pyntrum, mus querit antrum.«

f. 48ª—104ª **(S. Bonaventurae) Tractatus de septem itineribus aeternitatis.** »Eum, qui venit ad me« × »qui est trinus et unus deus in eternum benedictus. Explicit tract. de s. i. e. per manus etc. (sic) a. d. **1379** sabato post Petri et Pauli.«

f. 104ª—112ᵇ **M. Henrici de Vrimaria Tractatus de occultatione VII vitiorum sive mortalium peccatorum.** »Est via, que videtur homini recta« × »Explicit tract. de septem mort. pecc. Amen. spiech.«

f. 113ª—126ª (sero inscript.: **Francisci Mayronis?) Quaestiones super dominicam orationem.** »Et cum oratis etc.« × »Expliciunt q. s. dom. orac.«

f. 126ᵇ—140ᵇ (anepigr.) **Expositio dominicae orationis.** »Pater noster. Huic oracioni dominice« × »nec percurrere mens in semet ipsa reversa prevaleat.«

f. 140ᵇ—147ᵇ **Tractatus de octo beatitudinibus.** »Videns Jesus turbas« × »quoad delectabilia huius mundi etc. Explicit.«

f. 148ª—153ª **M. Francisci Maronis (= de Marcia) Tractatus super symbolum.** »Quia scienda sunt« × »in qua beati erunt feliciter collocati favente dom. nostro J. Ch., cui est etc.«

f. 153ª—154ᵇ **S. Bernardi Sermo de s. cruce.**

f. 154ᵇ—168ᵇ **Expositio symboli.** »Credo in unum deum« × »et venturus est ad iudicium. Explicit de articullis et sacramentis (sic).«

f. 169ª—180ᵇ Notae variae: de efficacia verbi dei, de praedicatoribus, de simonia, de mendacio, de poena sortilegii, de ludo etc., (in fine:) de novem filiabus, quas diabolus genuit.

In registro contentorum saec. XV in fol. ultimo non num. conscripto auctor primi tractatus appellatur Johannes de Vibraco. Operculis adglutinata sunt fragm. membr. cuiusdam codicis saec. XIV argum. theol. (de morte). In cat. Rudnic. codex sign. L, 4 (Nationis).

451 *III. C. 20.* (*Y. I. 3. n. 64.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 267 num., 29·5 × 22 cm. 1 m.

Gualteri Burlaei Lectura super 10 libros Ethicorum Aristotelis.

f. 1ª »Circa inicium libri Ethicorum Aristotelis« . . . Post fol. 2 sequuntur 6 fol. vacua. Item post f. 186 occurit magna lacuna 28 foliis vacuis. f. 265ᵇ »sed solum gracia veritatis. In quo terminatur summa totius libri ethicorum. Deo gracias.«

f. 266ª—267ª Quaestio pertinens ad finem primi Ethicorum.

452 *III. C. 21.* (*Y. I. 4. n. 65.*)

chart. saec. XV ff. 252, 31 × 22 cm. 1 m.

Petri Lombardi Quatuor libri sententiarum cum registro in fine manco.

453 *III. D. 1.* (*Y. I. 3. n. 67.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 178, 30 × 22 cm. 2 m.

f. 1—12ᵇ (ternis col.) Registrum alphabeticum sequentium operum (?) carens suis numeris.

f. 13ª—43ª (anepigr. initio deficiente **Floretus?) Expositio epistolarum dominicalium.** × »Contra hos actus minime murmurabant Judei.«

f. 43ª—85ª **(Guilelmi Peralti) Summa vitiorum.** »Dicturi de singulis viciis« × »appropinquabit enim regnum celorum.«

f. 85ᵇ—145ᵇ Notae theologicae variae. »Ministros ecclesie maxime decet mundicia« × »hoc mare magnum.«

f. 145ᵇ—178ᵇ **Expositio lectionum dominicalium** in fine mutila. »Dominica prima. Fili recordare, quia recepisti bona« × »inhabitat nobiscum deus i. e. deus simul et homo« (cetera desunt).

Utrique operculo adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam saec. XIV argum. eccles. — iuridici. Vetus sign. H, 12.

454 *III. D. 2.* (*Y. III. 1. n. 68.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 173, 30·5 × 22 cm. 1 m.

Commentarius in epistolas s. Pauli exceptis ad Rom. et Corinth. epistolis.

f. 1ª »Galathe sunt Greci. Hii verbum veritatis« × f. 173ª »et alia dei munera sit (sic) cum omnibus vobis.«

Operculo super. adligatum est fragm. membr. cuiusdam Breviarii saec. XIII. Vetus sign.?, 31.

455 *III. D. 3.* (*Y. III. 1. n. 69.*)

chart. saec. XV ff. 349 num., 31 × 21·5 cm. 2 m. cum init. pict.

(Martini Lupacii) Expositio epistolarum et evangeliorum de tempore et sanctis.

f. 1ª (membr.) **Martina Lupáče List o tom, čemu věřiti o svátosti oltářní, daný jakémus příteli v Chotěboři r. 1466** (zde pod rubrikou M. L. pěkně přepsaný). Srovn. Goll v Mus. 1885 str. 65.

f. 1ᵇ—2ᵇ Registrum expositionis sequentis.

Vetus sign. H, 1. De codice hoc prolixius disserui et auctorem demonstravi in Věstník Č. A. 1898 p. 409. In operculo super. intrinsecus notatur: »Prohibicio communicare presumptuose volentibus«, in inferiori: »Septem dotes corporis glorificati« et »Septem dotes anime glorificate.«

456 *III. D. 4.* (*Y. III. 1. n. 70.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 168 num., 30 × 21 cm. 1 m.

Psalterium cum expositione marginali et partim interlineari.

f. 167ª **Cisiojan staročeský na leden a první polovici února** (shodný s publik. v Rozboru I, 187 od Hanky).

In aliquot fol. psalterium praecedentibus, quae non sunt vacua, variae notae theologicae occurrunt. Vetus sign. A, 11.

457 *III. D. 5.* (*Y. III. 1. n. 71.*)

chart. saec. XV ff. 256, 31 × 21 cm. 2 m.

Testamenti Veteris libri Jeremiae, Threnorum, Baruch, Paralipomenon, Esdrae primus, Nehemiae, Esdrae secundus, Tobiae, Judith, Esther cum uberrima expositione marginali et glossis latinis et bohemicis.

f. 251ᵃ »Et sic est finis, pro quo sit deus benedictus in s. s.« (Alia manu:) »**1453** fer. II in octava b. virginis visitacionis **Mag. Petrus (de Dwekaczowicz dictus) Bibat** correxit.«

f. 251ᵇ—253ᵇ Alexandri de Villa Dei Versus memoriales super libros Test. Vet. suprascriptos.

Sequuntur usque ad finem et sunt etiam in utroque assere et in fol. praeligato variae notae theologicae.

458 *III. D. 6.* (*Y. III. 1. n. 72.*)

chart. saec. XV ff. 322, 30·5 × 22 cm. 1 m.

Jacobi de Voragine Sermonum de sanctis pars secunda (a tempore paschali usque ad festum s. Jacobi apostoli) cum registro in fine. (Partem tertiam ab eodem librario exaratam v: IV. B. 5.)

459 *III. D. 7.* (*Y. III. 1. n. 73.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 237 num., 29·5 × 21·5 cm. 2 m.

In operculo super. sunt tituli contentorum manu saec. XV exarati, sed radendo valde laesi, qui tamen suppetias quasdam afferunt recensenti, cum inscriptiones passim etiam excisae sint.

f. 1—60ᵇ (inscriptio rubric. laesa) **Wilhelmi (?) Parisiensis episcopi Sermones diversi.** Primus de adventu domini. »Aspiciebam in visione noctis« × »Non enim debet eius ministerium quantum ad corpus« (cetera desunt).

f. 61ᵃ—122ᵇ (inscriptio laesa) **Hugonis de Folieto De claustro corporis et animae libri quatuor.** »Rogasti nos, frater amantissime« × »fortitudinem immortalitatis benedictus deus. Amen.«

f. 123ᵃ—180ᵃ »**Summa aurea** (de poenitentia), sic dicta propter sui utilitatem.« (Post indicem incipit:) »Quoniam peccantibus post baptismum« × »sed remuneracio sempiterna«.

f. 180ᵇ—189ᵃ **S. Bernhardi Claraevallensis Liber de diligendo deo.** »Illustri domino Americo (sic) eccles. rom. dyacono cardinali« × »qualem litere vestre predicant.«

f. 190ᵃ—199ᵇ **S. Bernhardi Sermo super »Stabat iuxta crucem Jesu mater«**, rubricatus: »Ex dictis b. Bernhardi.«

f. 199ᵇ—201ᵃ **(Richardi de S. Victore?) Sermo super »Tolle puerum et matrem eius«** (inscriptione fraudatus, de qua supersunt tantum verba: Sancti Victoris).

f. 202ᵃ—220ᵃ **S. Augustini Sermones aliquot.**

f. 220ᵃ—224ᵃ Notae variae theologicae: de compunctione, de oratione dominica, de symbolo, de verbis ociosis, de 8 vitiis principalibus.

f. 224ᵃ—237 **Sermones diversi.**

Operculis adligatum est fragmentum membran. instrumenti publici saec. XIV, Martinum Borzconis ex indulgentia papali in canonicum eccles. Pragensis assumendum concernentis. Item utrique operculo adglutinata erant fragmenta cuiusdam instrumenti publici copiati saec. XIV (a. 1361), quod causam Floriani, plebani Chrudimensis, adversus monasterium Břevnoviense in curia Romana vergentem concernit, quae fragmenta nunc separatim asservantur et edita sunt a Tadra, Soudní akta VII, 218. In fronte operculi super. haec nota manu saec. XV scripta occurrit: »Liber dom. Johannis de Zebyn plebani.« Vetus sign. E, 30.

460 *III. D. 8.* (*Y. III. 1. n. 74.*)

chart. saec. XIV ex., ff. 270, 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1ᵃ—53ᵃ **Hugonis (de S. Victore?) Tractatus de praeparatione cordis.** »Preparate corda vestra deo« × »ut suos in eum perduceret. In quem nos ipse perducere dignetur, qui cum deo patre etc.«

f. 54ᵃ—94ᵃ **(S. Bonaventurae aut Johannis de Viviaco) Tractatus de septem donis spiritus sancti.** »Omne datum optimum« × »quam deo gracias. Amen.« (Cf. III. C. 19 f. 1.)

f. 94ᵃ—101ᵇ (anepigr.) **Tractatus de gratia.** »Licet insufficientes simus« × »meritis sue matris nos adiuvet, qui vivit etc.«

f. 101ᵇ—115ᵃ (anepigr.) **(Hugonis de S. Victore) Tractatus de modo orandi.** »Conforta me rex sanctorum« × »Regnat in exiguo magno pro corpore virtus.«

f. 115ᵃ—123ᵃ (anepigr.) **S. Augustini Manuale pro contemplatione.** »Quoniam in medio laqueorum« × »occupacione delectari.« (Cf. I. G. 27 f. 19.)

f. 124ᵃ—187ᵇ (anepigr.) **Tractatus de spiritu sancto** per 50 theoremata distinctus. »Domine Jesu, qui dixisti« × »qui cum patre et filio unus est deus benedictus in s. s. A.«

f. 187ᵇ—217ᵃ **Augustini (Triumphi) de Ancona Tractatus de cognitione animae et potentiarum eius.** »Quoniam secundum philosophi sentenciam« × »plena racionum omnium vivencium, qui etc. Explicit tr. etc. editus a fr. A. de Anchona.« (Finis hic excidendo mutilatus est.)

f. 218ᵃ—224ᵃ **S. Bernardi Claraev. Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »Expl. med. Bernhardi« (Finis excidendo mutilus).

f. 224ᵇ—229ᵇ **Hugonis de S. Victore Tractatus de arrha animae.** »Loquar secreto« × »totis viribus concupisco«.

f. 229ᵇ—231ᵃ **Eiusdem tractatus de laudibus caritatis.** »Caritas est« × »ut ipse cum patre ad nos venire dignetur.«

f. 231ᵇ—239ᵃ **S. Bernardi Claraevall. Liber de diligendo deo.** »Viro illustri dom. Almeles (sic)« × »domum ad tartaream et (sic)«.

f. 239ᵃ—268ᵃ **Hugonis de S. Victore Tractatus de archa Noe.** »Cum sederem aliquando« × »Explicit Hugo de archa Noe finitus Prage . . . de Moravia . . (finis excidendo mutilus).

f. 268ᵇ—270ᵃ (anepigr.) **Tractatus de virginitate.** »Quantum mea interest« × »tanta pena pro corrupcione matrimonii.«

In operculo super. intrinsecus occurrit nota manus saec. XV: pro $1^1/_2$ sexag. Item legitur ibidem registrum contentorum radendo mutilatum. Vetus sign. I, 62.

461 *III. D. 9.* (*Y. III. 1. n. 75.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 143 num., 30×21 cm. d. m.

Mag. Henrici de Oyta Quaestiones Physicorum Aristotelis.

f. a[1] »Queritur circa primum physicorum utrum. Quia primum oportet instituere« × f. 140[b] »quam felicitatem nobis concedat trinus et unus. Amen.«

f. 141[a] Nota de aëre.

f. 142[b] »Expliciunt questiones accurtate per H« (cetera deleta sunt. Alia manus addit:) »mag. Biridanum eccie . . . tur (?)«

Nomen auctoris et in schedula operculo sup. adglutinata et in fronte fol. init. a mutilatum est. Utrique operculo adglut. sunt fragm. membr. cod. saec. XIV, quo grammatica quaedam versificata continebatur. Vetus sign. D, 9.

462 *III. D. 10.* (*Y. I. 3. n. 76.*)

chart. saec. XV ex. ff. 229, 29×22 cm. 1 m.

Antiphonarium notis musicis instructum.

f. 215[b] »Sorte supernorum scriptor libri pociator,
Morte malignorum raptor libri moriator« (sic).

f. 229[b] »Explicit . . . imsel de Novo Foro in P . . . a« (cetera excisa sunt.)

Operculis adglut. sunt fragm. membr. cuiusdam codicis liturgici saec. XIII neumati. Codicem nostrum recens. Dreves, Cantion. bohem. p. 21.

463 *III. D. 11.* (*Y. I. 4. n. 77.*)

chart. saec. XIV ff. 132, 28×21·5 cm. d. m.

Sermones dominicales per circulum anni.

f. 1[a] »Cum appropinquaret . . . Sic scribit apostolus ad Romanos« × f. 127[b] »ergo unus est redemptor et redempcio utriusque et cetera«. Sequuntur pericopae evangeliorum.

Operculis adglutinata et adligata sunt fragmenta cuiusdam membr. codicis saec. XIV, quo commentarius in carmen quoddam grammaticale (Donatum?) continebatur. Ineunte saec. XV codex erat cuiusdam plebani, qui in f. 132[b] decimantes sibi in Rzyedhost annotavit.

464 *III. D. 12.* (*Y. I. 1. n. 78.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 167, 29×20 cm. d. m.

(Nicolai de Lira) Commentarius in epistolas b. Pauli apost.

f. 1[a] »Ecce descripsi tibi eam tripliciter, Prov. XXII, quod verbum de sapiencie descripcione dicitur« × f. 167[b] »confirmetur in presenti et futuro prestante dom. nostro J. Chr., cui est honor et gloria in sec. sec. Amen.«

In fol. adligato notati sunt, »quibus inhibenda est sacra communio.« In eodem fol. verso occurrit pretium libri: »pro XXXV gr.«

465 *III. D. 13.* (*Y. I. 4. n. 79.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1380), ff. 311 num., 29×21 cm. d. m.

f. 1—10[a] (anepigr.) **Victoria fidei christianae.** »Ezechiel in visione dei« × »in speculo eternitatis . . . Victoria fidei christiane finitur.« (Cf. cod. IV. D. 19. f. 119.)

f. 10[a]—12[b] (inscriptio: Quoddam notabile). **S. Augustini Speculum peccatoris.** »Quoniam, carrissimi, in via huius seculi« × »quod tibi concedat ille, qui est benedictus in s. s. Amen.«

f. 12[b]—18[b] **Thomae Hibernici Summa de tribus punctis essentialibus christianae religionis.** »Religio munda et immaculata« × »nec nimis prolixum compilare decrevit.«

f. 19[a]—25[a] **Evangelium Nicodemi. (Gesta Christi.)**

f. 25[b]—37[a] **Arnesti archiep. Prag. Statuta.**

f. 37[a]—97[b] (inscr. Summula de sacramentis, sed est:) **Innocentii IV.** seu potius **Thomae de Cabham Summa de poenitentia.** »Cum miseraciones domini« × »duplicem incestum committit, unum« (cetera desiderantur).

f. 98[a]—99[a] **S. Bernardi Claraevall. Formula honestae vitae.**

f. 99[a]—100[a] De defectibus et periculis altaris circa sacramentum (secundum s. Thomae Summam).

f. 100[a]—100[b] Salutatio rhythmica s. Mariae: »Ave plena gracia«.

f. 101[a]—125[b] **Raymundi (de Pennaforte) Summula de casibus (poenitentiae).** »In primis debet sacerdos interrogare« × »non armis sed oracionibus impugnavit. Explicit summa de casibus Mag. Raymundi.«

f. 126[a]—140[a] **Eiusdem Summae quaedam capitula** (Opus non integrum.)

f. 140[b]—143[b] Notae: de 8 speciebus turpitudinis, de decalogo, de peccatis, de sacramentis, de donis spiritus sancti.

f. 143[b]—148[b] **Mag. Pauli Summa circa confessionem.** »Quoniam circa confessionem« × »Presumpcio est id quod maioris« (cetera desunt).

f. 149[a]—196[a] **Isidori Hispalensis ad Jasonem episc. Liber de summo bono.** »Veniente ad nos famulo nostro« × »letificandos includit. Explicit liber b. Isidori etc.«

f. 196[a]—208[b] **Eiusdem Synonyma.** »In subsequenti hoc libro« × »sine omni indigencia«.

f. 208[b]—213[a] (»Incipit sermo b. Aug. de salute anime. Quoniam in medio laqueorum etc.« Est) **S. Augustini Manuale.** »Explicit liber b. A. de s. a. per manus Casid eknynr« (Isac de Knyna).

f. 213[a]—214[a] **Epistola Christi de die dominico celebrando.** »A. d. **1380** (p)ermanusr. asid. eknins. iod. iclip. (per manus **Isac de Knina?**) Cf. Röhricht in Ztsch. f. KG. XI, 436.

f. 214[a]—233[a] **S. Augustini liber de spiritu et anima.** »Quoniam dictum est michi« × »quem cernere finis est, et sic est finis libri B. Aug. de s. et a. Amen.«

f. 233[a]—234[b] »Explicit bonum dictum de viciis per manus Kasi de Knyna (**Isac de Knina?**). Amen solamen et aliquando non habemus in scolis panem.«

f. 234b—236b (anepigr.) De conceptione b. Mariae et festo eiusdem.
f. 237a—241b (anepigr.) Tractatus de contemplatione. »Vidit Jacob in sompniis« × »refociletur in illo.«
f. 241b—244a Sermones duo in dedicatione.
f. 244b—251b **S. Augustini** »**Speculum de Manuali** verbo dei.« »Quoniam in medio laqueorum« etc. ut supra × »Explicit speculum de manuali verbo dei.«
f. 252a—259b (anepigr.) Tractatus de vitiis et beatitudinibus. »Peccatum est dictum« × »sic annichilatur.«
f. 260a—263b **(S. Augustini) Speculum peccatoris.** (Initium et finis ut supra in f. 10a—12b.)
f. 264a—311a **Speculum humanae salvationis** (sine imaginibus, quae in frontibus vacuis erant delineandae).

Intrinsecus in operculo super. inscriptum est manu saec. XV registrum contentorum, sed mancum. Operculis adligata sunt fragmenta membr. cuiusdam codicis saec. XIV argum. dogmatici. Partem cod. nostri recensuit Schulte in Canon. Handsch. p. 38.

466 *III. D. 14.* (Y. I. 3. n. 80.)

chart. saec. XIV—XV ff. 196 num., 30×21 cm. 3 m.

Sermones quadragesimales et de sanctis.

f. 1a »Incipit Quadragesimale. Cum ieiunatis, nolite . . . Sciendum quod tempus« × f. 77b (explicit sermo de passione:) »suum sanguinem pro nostra miseria. Amen.«
f. 78a **Visio s. Pauli in purgatorio** (in fine manca).
f. 79a »Incipit commune sanctorum. De s. Andrea. Ambulans Jesus iuxta mare Galilee . . . Humanus defectus« × f. 196b »bonum est illis manere sicut ego.«

Operculis adligata sunt diversa fragm. membr. codicum saec. XIII—XIV argum. grammatici. Vetus sign. E, 21.

467 *III. D. 15.* (Y. I. 3. n. 81.)

chart. saec. XIV—XV ff. 170, 30×21 cm. 2 m.

f. 1—56b **Testamenti Veteris libri Proverbiorum et Ecclesiastae** cum praefatione s. Hieronymi et nonnullis glossis interlinearibus.
f. 57a—58b Registrum in Ecclesiasten secundum ordinem alphabeti.
f. 58b—170b **Aegidii Romani Expositio in librum Ecclesiastae.** »Nolite diligere mundum« × »sive bonum fuerit sive malum. Explicit exposicio in librum Ecclesiastes.«

Operculis adligatum est fragmentum membran. instrumenti publ. notar. Johannis Nicolai de Bylan concernens Habardum quendam, conscripti in monast. Strahoviensi saec. XIV. In operculo infer. haec rubrica occurrit: »Constat gr. LXXII liber iste a. d. 1410 Frat. M. Vissegradii.« In operculo super. intrinsecus haec nota est: »A. d. 1411 die 18 Jan. circa horam 24 obiit Jodocus marchio Brandenb. et Moravie. Eodem anno fuit electus in regem Romanorum«. Item alia manu: »Pluribus detur pro deo, quia mihi etiam datus est.« Vetus sign. T, 9.

468 *III. D. 16.* (Y. I. 3 n. 82.)

chart. saec. XV (partes 1428 et 1430) ff. 362 (352 num. et 10 omiss.), 30×22 cm. d. m.

f. 1—5a **(Johannis Andreae?) Processus iudicii.** »Antequam dicatur de processu« × »Et sic est finis istius materie a. d. **1430** fer. IV dum sanctificatus etc. in Monte Sereno per quendam fratrem.«
f. 5b—6b Epistola Parisiis studentium de periculis novissimorum temporum. »Nos christiane fidei professores« × »Hec excerpta sunt de quodam libro Parisius compilato, quem dudum alias integraliter conscripseram.«
f. 6b—7a Notae de variis peccatis.
f. 8a—61(71)b **Tractatus de poenitentia (M. Stephani de Colonia?)** divisus in tres partes, **latinus et germanicus (Von der Busse).** »Habent Moysen et prophetas« × »Explicit **Confessionale** . . . compilatum duobus ydyomatibus scilicet **latino et theutunico** continens multas . . . materias iuridicales et theologicales« . . .
f. 62(72)a—77(87)a **S. Augustini Regula.**
f. 77a—80a (87—90) **Eiusdem Sermo de pastoribus.**
f. 81a—192a (91—202) **Nicolai Stoer sacre pag. professoris Tractatus de officio missae.** »Venerabiles patres et domini! Cogitanti mihi« × »ut in eternum laudemus eum, qui vivit etc.«
f. 192a—196a (202—206) **S. Gregorii Sermo de sacerdotibus.**
f. 196a—202b (206—212) **S. Hieronymi ad Nepotianum epistola de vita clericorum. Item eiusdem duae aliae epistolae.**
f. 203 (213) Urbani papae Litterae apost. contra abusiones monasteriorum circa receptionem novitiorum, datae Romae II. Non. Apr. pontif. anno VII.
f. 203b—207a (213—217) Notae grammaticae. »Hic iubet ordo libri.«
f. 207b (217) Praecepta scholarium versificata: »Scolaris, qui vis provehi culmen ad honoris« etc.
f. 208a—324a **Adami Summula versificata super Summam Raymundi cum commentario.** »Ignorancia facti, non iuris excusat« × »A. d. **1428** sabbato post festum s. Lini pape et mart. completa est hec Summula M. Raymundi . . . in Monte Sereno per quendam fratrem et canon. regularem (alia manu add.:) **Mathiam** postea **prepositum Rudnicensem**«.
f. 324a—326a Exhortatio ad canonicos regulares de vitio proprietatis collecta ex dictis M. Henrici de Hassia et aliorum doctorum.
f. 327a—335b »**M. Stephani Palecz Epistola contra Johannem Hus in Constantia facta.**« (Sic! Sed est **Epistola data cuidam praedicatori Pragensi,** quam edid. Hardt, Conc. Const. III, 338, de qua cf. Klicman, Věstník Č. A. II, 63).
f. 336a—338b Sermo quidam super »Hortamur vos fratres«.
f. 339a—346b **Vita s. Livini, pont. et mart.**
f. 347a—352a **Officium eiusdem** cum notis musicis.

In fol. praeligato haec nota manu saec. XV scripta occurrit: »Iste liber est canonicorum regularium in Rudnicz et continetur in eo« (sequitur registrum valde mancum). Item manu saec. XVII: »Caes. coll. S. J. Pragae ex liberali-

tate d. Mariae Manrique Senioris de Pernstein.« Eodem fol. verso est nota de passione undecim millium martyrum manu saec. XV. Codicem hunc recens. Schulte, Can. Handsch. p. 38.

469 *III. D. 17.* (*Y. I. 3. n. 83.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 244 num., 29·5×21 cm. d. m.

fol. prael. non num. **Fragmentum Brunelli, carminis satirici Nigelli Wirekeri,** quod vulgo intitulatur Asinus seu Speculum stultorum (initio carens). »Explicit Brunelus d. **Wenceslai dicti Skala** Odelicznecho (?)«.

f. 1—5ᵃ **Albertani (Brixiensis) Liber de modo loquendi.** »In loquendo multi errant« × »Explicit Albertanus dom. **Wenceslay dicti Skala vicarii dom. Hermanni canonici ecclesie Pragensis** ut supra.«

f. 5ᵃ—14ᵇ **(S. Augustini) Tractatus de 12 abusionibus claustri.** »Duodecim sunt abusiones claustri« × »Expliciunt abusiones dom. W. P. (sic). Status meus in profundum miserie divergitur.«

f. 15ᵃ—19ᵃ **(Johannis Holešoviensis) Expositio cantici,** quod dicitur s. Adalberti, **»Hospodine, pomiluj ny«** notis instructi. (Praecedunt praecepta boni scriptoris.) »Pro vera sciencia« × »Explicit exposicio cantici s. Adalberti Hospodyne pomyluyny compilacione sua finita in monasterio Brewnowiensi a. d. **1397** in vig. s. Viti.« (Cf. Jireček, Rukověť et Konrád, Dějiny I, 27, et Flajšhans, Pam. 42.)

f. 19ᵇ—23ᵇ **Boëthii Liber de regulis fidei catholicae.** »Clemens papa, cuius rem« × »Explicit liber Boecii de reg. f. cath.«

f. 23ᵇ—28ᵃ (anepigr.) **Tractatus de octo modis dilatandi sermonis in praedicatione.** »Octo sunt modi« × »sed non de facili. Et sic est finis.« Sequuntur 7 regulae versificatae.

f. 28ᵇ—29ᵃ Notae variae theologicae.

f. 29ᵇ—37ᵃ (anepigr.) **S. Bonaventurae Incendium amoris.** »Ecce descripsi eam tripliciter« × »rectificat, letificat.«

f. 37ᵃ—38ᵃ Schemata s. scripturae, dei, animae, diaboli.

f. 38ᵇ—70ᵇ **Allegoriae M. Petri (Comestoris seu) Manducatoris super vetus testamentum.** »Ex precedentibus premissa descripcione« × »Expliciunt allegorie etc.« ut supra.

f. 71ᵃ—85ᵇ Excerpta varia theologica.

f. 85ᵇ—93ᵃ (anepigr.) **Tractatus de sacramento altaris et de sacrificio missae.** »Ad honorem dei et utilitatem simplicium« × »ad mutuum auxilium. Prov. XVIII.«

f. 93ᵃ—95ᵃ Tractatulus de quinque (deletum et superscriptum: decem) doloribus b. virginis. »Rogavimus te« × »Valete mulieres. Deo gracias. Amen.«

f. 96ᵃ—146ᵇ **Johannis diaconi ad Johannem papam Liber de institutione vita doctrina miraculis b. Gregorii Romani pontificis.** »Incipit prologus. Beatissimo ac felicissimo« × »purificati perveniamus.«

f. 148ᵃ—155ᵇ **Fab. Fur. Fulgentii Placiadis Imaginum Ovidii (= Mythologicon) libri I et II.** »Primo videndum est de pictura Apollinis« × »Expliciunt imagines secundum Fulgencium.«

f. 155ᵇ—161ᵇ Imagines quatuor virtutum cardinalium et aliae.

f. 161ᵇ—163ᵃ **Aenigmata Aristotelis.**

f. 163ᵃ—168ᵇ **Senecae Declamationes** (de 24 legibus).

f. 168ᵇ—169ᵃ Fragmentum tractatus de sex alis Seraphim. »Et sic est finis huius operis a. d. 1399 in ascensione domini.«

f. 169ᵇ—177ᵃ **Summa confessionis.** »Confessor circa penitentem taliter se poterit regere« × »ut eorum vicia odio habeantur. Explicit summa confessionis.«

f. 177ᵃ—181ᵃ Tractatuli de effectibus fidei, de X praeceptis, de VII sacramentis, de virtutibus, de peccatis etc.

f. 181ᵇ—185ᵃ **Senecae Epistola de copia verborum.**

f. 185ᵃ—190ᵇ **S. Augustini Speculum.** »Adesto michi verum lumen« × »immortalia secula seculorum. Amen.«

f. 191ᵃ—203ᵃ **S. Augustini Manuale.** »Quoniam in medio« × »et castus in omnibus. Amen. Et sic est finis.«

f. 203ᵇ—235ᵃ **(Berengarii de Londora) Lumen animae.** »Philosophus dicit in libro VI animalium« × »Explicit liber multum valens predicatoribus, qui intitulatur Lumen a.«

f. 235ᵃ—244ᵇ Defectus superiori operi inserendus.

Particulas codicis recensuit Schulte, Canon. Handschriften p. 39. Codex olim erat bibl. collegii Nationis Boh. sign. J, 5. (Cat. Rudn. p. 126.)

470 *III. D. 18.* (*Y. I. 4. n. 84.*)

chart. a. 1414 ff. 161, 30×22 cm. 1 m.

Roberti (Grosseteste) Lincolniensis episcopi Dicta CXLVII.

f. 1ᵃ »Incipit liber venerabilis doctoris Roberti Linconiensis episcopi. Amor multipliciter videtur dici.« × f. 160ᵃ »Expliciunt CXLVII dicta ven. doct. Roberti Lincoliensis episcopi (sequentia aliquot verba atramento illita sunt) reportata per **Sigismundum de Pyeska a. d. 1414.**«

f. 160ᵃ—161ᵇ Registrum cum epilogo auctoris. Ibidem in fronte est nota de obitu Wenceslai regis a. 1420 (sic).

In operculo super. intrinsecus hae notae occurrunt: »Liber mag. Buzkonis« — »Hunc librum Lincoliensis mag. Buzko dedit pro collegio Caroli«, in cuius libraria sign. erat D, 55. K.

471 *III. D. 19.* (*Y. I. 4. n. 85.*)

chart. a. 1392 ff. 144, 29·5×22 cm. 1 m.

Herici (sive **Erici**) **Homiliarum pars hiemalis.**

f. 1ᵃ Notae quaedam, quarum una in praelatos invehitur.

f. 1ᵇ »Hodie, fratres, celebramus adventus inicium.« × f. 136ᵇ »Explicit pars hyemalis omeliarum Herici finita per **Nicolaum presbyterum de Swyn** in domo s. Karoli Nove Civitatis Pragensis proxima fer. V post diem s. Valentini mart. a. d. **1392.**«

f. 137ᵃ—144ᵇ Sermones diversi in fine mutili.

Earundem homiliarum in cod. III. D. 21 aliae s. Remigio, aliae Haimoni, aliae Herico attribuuntur.

472 *III. D. 20.* (*Y. I. 3. n. 86.*)

chart. saec. XIV ex. (pars 1399) ff. 304 num., 30 × 21 cm. d. m.

f. 1—180b **Milicii Sermonum de tempore et sanctis (= Gratiae dei) pars I** (in fine manca). »Prologus. Alpha et o principium et finis« × (sermo fer. V post fest. paschae) »hanc esse causam pro qua«.

f. 181a—272b **Innocentii papae IV.** seu potius **Thomae de Cabham Summa de poenitentia.** »Incipiunt distincciones — Cum miseraciones domini« × »Explicit summa juris Innocencii per **Johannem de Kulbmnach** sub a. d. **1399** in vig. s. Viti.«

f. 273a Scotus super dist. 23 quarti Sententiarum. (Excerptum.)

f. 274a—299a Sermones diversi.

f. 299b—304a Fragmentum compilationis »quare et per quem ecclesie et altaria dedicentur«.

Intrinsecus in operculo super. manu saec. XV consignatum est registrum codice contentorum sic incipiens: »In isto volumine sermones quidam Miliczii continentur«. An etiam Milicii sint sermones ff. 274—299 exarati, dubium est. In membr. praeligata notatur pretium: »1½ sex. gr. Prag.« Vetus sign. G, 15.

473 *III. D. 21.* (*Y. I. 4 n. 87.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 209, 30 × 22 cm. d. m.

f. 1 (membran.) Titulus »Omelie b. Remigii, qui eciam dicitur Haymo et Hericus« et notae variae.

f. 2 Sermo dom. I in adventu domini.

f. 3a—169a **Sermones hiemales, quorum alii s. Remigio, alii Haimoni, alii Herico a rubricatore attribuuntur.** (Est eadam collectio atque sermones codicis III. D. 19 soli Herico attributi.)

f. 169b—209b **Sermones diversi (s. Bernhardi, Bedae, Gregorii) in fine manci.**

474 *III. D. 22.* (*Y. I. 4. n. 88.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 180, 30·5 × 21·5 cm. 1 m. Asseres obducti corio fusco, cui ornamenta varia et »Ave Maria« etc. artificialiter manu insculpta sunt.

Soccii Sermones de sanctis.

f. 1—3 Registrum alphabeticum sermonum A—L (non integrum).

f. 4a »De s. Andrea sermo primus. Venite post me . . . B. Gregorius« × f. 174a »Expliciunt sermones de sanctis Socci.«

f. 174b—180b Registrum alterum integrum, in cuius fine: »Explicit registrum Socci de sanctis dom. **Jacobi altariste circa aram s. crucis in ecclesia parochiali ss. apost. Petri et Pauli.**«

Vetus sign. L, 21.

475 *III. D. 23.* (*Y. I. 4. n. 89.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 213, 30 × 22 cm. d. m.

f. 1—98a (anepigr.) **(Henrici de Frimaria?) Tractatus de officio missae.** Post indicem incipit prologus: »Quoniam clamitat sapiens« — incipit collatio: »Domine non sum dignus« × »Et sic finitur secunda pars totius operis principalis, que est de perfeccione sacramenti. Explicit tractatus super indumento et missa.« (De auctore cf. cod. VI. D. 6.)

f. 99a—100a »Questio de s. cruce.«

f. 100a—100b Sermo de discordia.

f. 100b—104b **Epistolae tres, prima ad s. Bernardum Claraevallensem.**

f. 104b—112b **S. Augustini sermones de continentia, de persecutione christiana, de bono disciplinae,** item **eiusdem aut Cypriani Tractatus de XII abusionibus.**

f. 112b Forma Jesu qualis fuerit.

f. 113a—155a (anepigr.) **Cyrilli episcopi Apologeticus quadripartitus.** (Adumbratio 4 virtutum cardinalium per fabulas Aesopicas.) »Secundum Aristotilis sentenciam in Probleumatibus« × »et hiis digestis quievit. (rubric.) **Quadripartitum morale«.**

f. 155a—156b De sacerdote peccante.

f. 157a—172a **Innocentii papae III Tractatus de miseria humanae conditionis.** »Quare de vulva matris« × »ignis ardens i. s.«

f. 172b—213b **Gregorii I. papae Magni Liber regulae pastoralis.** »Pastoralis cure pondera« × »tui meriti manus levet.«

Operculo super. intrinsecus inscriptum est manu saec. XV registrum contentorum, quo Tractatus de officio missae attribuitur s. Bonaventurae, item opus in f. 113—155 sic intitulatur: »Quadripartitus ptolegiticus« (sic). Nos cod. I. G. 12 sequentes titulum correximus. Item notandum in cod. Q, 145 bibliothecae Amplonianae Erfurtensis (Schum p. 403) tractatum de XII abusionibus attribui Cypriano. Vetus sign. H, 6.

476 *III. E. 1.* (*Y. I. 2. n. 90.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 142, 25 × 17 cm., d. m. cum init. pict.

f. 1—21a **Aur. Augustini Liber de fide et operibus.** »Quibusdam videtur« × »redargui posset. Explicit liber Aurelii Augustini de fide et operibus.«

f. 21b—22a Documenta quaedam historica de S. Augustino.

f. 22a—64b **S. Augustini Retractationum libri duo** (super 93 opera). »Iam diu est, quod facere cogito« × »retractare cepissem. Amen. Expliciunt Aurelii Augustini episc. retract. libri II«. Sequitur nota de operibus Augustini, deinde rubrica haec:

»Huc caput et mentes inclinent pretereuntes.
Nubivolans ales, ad te rape nos animales.«

f. 65a—109a **B. Hieronymi Explanatio in Danielem prophetam.** »Contra prophetam Danielem« × »respondere debeamus. Explicit explanacio b. Jeronimi i. D. p. Visio finitur danielis, ut hic reperitur.«

f. 110a—142b **Paschasii Rathberti Liber de corpore et sanguine Christi.** Incipiunt »Versus Paschasii de corpore et sanguine domini« — »Incipiunt capitula.« Sequitur prologus: »Paschasius Rathperto (sic) Placido suo salutem.« — »Incipit textus«: »Quisquis catholicorum« × »quantocius venire valeamus.

Hec manus expresse finem demonstrat adesse:
Premia scripture scriptori dentur abunde.«
(In margine delineata est manus calamum (?) tenens.) Ed. Martene et Durand IX, 377 sq.

In operculo super. intrinsecus notatur possessor saec. XV: »Mgri Procopii de Plzna«. Codex hic in catal. Rudnic. primo abeced. occurrit sub sign. D. 18.

477 *III. E. 2.* (*Y. I. 2. n. 91.*)

membran. saec. XIV ff. 110, 24·5×18·5 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Quaestiones de malo.

f. 1ª »Incipiunt capitula questionum de malo.« f. 1ᵇ »Expliciunt capitula questionum de malo. Incipiunt questiones Magistri Thome de Aquino.«

f. 2ª »Questio prima de malo . . . et primo queritur, an malum sit aliquid.« × f. 110ᵇ »sicut patet in arrepticiis. (rubr.) Qui me scribebat, **Hertwicus** nomen habebat, (virid.) **Ruedner** cognomen.«

Operculis adligatum est fragmentum membran. instrumenti publ., quo Johannes iudex, Volklinus magister civium et iurati civit. Neunburgensis (Nimburg) recognoscunt locationem molendini cuiusdam, ad monast. Sedlecense pertinentis, factam a. 1338.

478 *III. E. 3.* (*Y. I. 2. n. 92*)

membran. saec. XI—XIII ff. 247 num. (+ 2 n. n.), 25×16·5 cm. d. m.

Testamenti Veteris libri:

f. 1—94ᵇ I. saec. XII. **Job cum expositione marginali Gregorii papae I (= Moralia super Job)**, initio mutilus uno folio elapso. »convivii mittebat ad eos Job« × »et nomen civitatis Cethena. Explicit liber Job.« Sequens fol. vacuum est.

f. 96ª—118ª II. saec. XII—XIII. **Sapientiae cum expositione marginali et interlineari.** (Vox init. deest) »iusticiam, qui iudicatis terram« × »in omnibus assistens eys.«

f. 119ª—157ᵇ III. saec. XII—XIII. **Proverbiorum cum expositione marginali et interlineari.** Incipit prologus: »Jungat epistola« × »in portis opera eius.«

f. 157ᵇ—158ª Notae de aetatibus mundi. **Symbolica gemmarum significatio.** (Saec. XII—XIII.)

f. 159ª—247ᵇ saec. XI—XII. **S. Matthaei Evangelium cum expositione marginali et interlineari.** (Haec codicis pars, priusquam cum operibus praecedentibus in unum volumen coaluit, multo usu initio et in fine valde erat attrita.)

Vetus sign. A III⁰.

479 *III. E. 4.* (*Y. I. 2. n. 93.*)

membran. saec. XIII ff. 62, 26×18 cm. 1 m.

Anicii Manlii T. Sev. Boethii Liber de duabus naturis in Christo cum uberrima expositione marginali.

f. 1 (Incipit expositio:) »Libros questionum Anitii« — f. 3ª (Incipit textus:) »Investigatam diutissime« × f. 62ª (Explicit expositio:) »incommutabili proposito sue voluntatis prescribit.«

Vetus sign. D, 1.

480 *III. E. 5.* (*Y. I. 2. n. 95.*)

membran. saec. XIV in. ff. 207, 25·5×17 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Summae theologicae pars prima.

f. 1ª »Quia chatholice veritatis doctor non solum provectos« × f. 192ᵇ »talis enim partus decebat eum, qui est super omnia benedictus in secula. Amen. Explicit prima pars Summe.«

f. 192ᵇ—207ª Registrum, cui inserta est alia manu (anepigr.)

f. 196ᵇ—201ᵇ **(Petri Pictaviensis) Genealogia Jesu Christi (vel Historia biblica accurtata).** »Considerans historie sacre prolixitatem« × »eodem die quo et Petrus.«

Vetus sign. M, 21.

481 *III. E. 6.* (*Y. I. 2. n. 96.*)

membran. saec. XIV ff. 132, 25×18 cm. d. m.

f. 1—87ᵇ **Thomae de Aquino Opuscula quaedam**: f. 1 de rationibus fidei, f. 7ᵇ de perfectione vitae spiritualis, f. 24ª de motu cordis, f. 25ª de operibus occultis naturae, f. 26ᵇ de sortibus, f. 30ᵇ de regimine regni, f. 41ª de intellectu contra Averroistas, f. 51ª de commixtione elementorum, f. 52ª de iudiciis astrorum, f. 52ᵇ de anima (non integrum).

f. 88ª—112ᵇ (initio defic. anepigr.) Quaestiones variae philosophicae (in prima citatur dr. Thomas).

f. 112ᵇ—121ª Thomae de Aquino Tractatus contra errorem Averrois de intellectu (idem atque in f. 41ª).

f. 121ª—122ᵇ Quaestio, utrum plures formae sint in uno composito.

f. 122ᵇ—132ᵇ **Tractatus de unitate formae substantialis in uno individuo.** »Quoniam sanctum est honorare veritatem« × »cui sit gloria in sec. sec.«

Cum codex hic ex duabus partibus in unum collectis constet, altera vero pars (f. 1—87) prorsus contineat opuscula Thomae Aquinatis, verisimiliter attribuenda sunt eidem auctori etiam nonnulla alterius partis opuscula anepigrapha.

482 *III. E. 7.* (*Y. I. 2. n. 97.*)

membran. saec. XV ff. 173, 25×19 cm. 1 m.

Thascii Caecilii Cypriani Opera (tractatus et epistolae).

f. 1ª Registrum rubricarum.

f. 2ª Liber Cypriani ad Donatum de gratia dei. × f. 173ª (absolvitur epistola de martyribus et confessoribus) »et nostri meminisse. Et sic finitur liber iste Johannis Cardinalis. 40 gr. minus 2 hal. fuit.«

In membrana praeligata haec nota paullulum laesa occurrit: »Iste liber est Johannis Cardinalis a Petro Polono per Mag. Procopium emptus . . . . erat

raptus et per fr. Wenceslaum eidem restitutus« . . . . Ex qua nota et fine codicis patet scribam fuisse **Petrum de Mokrsko Polonum**, notarium publicum. (Cf. Tomek V, 109). In membrana adligata inter varias notas theologicas citantur verba Mag. Joh. Hus cum hac subscriptione: »Hec fidelis Boemus Mag. Johannes Hus in sua protestacione«. (Alia manus addidit:) »Hec beatus Joh. Hus fidelis predicator Jesu Christi«. Vetus sign. B, 22.

483 *III. E. 8.* (*Y. I. 2. n. 98.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 144 num., 26 × 18 cm. d. m., cum init. pict.

f. 1—105ª saec. XII. **Gregorii I Magni Dialogorum libri IV.**

f. 105ª—109ᵇ saec. XII. **Vita s. Blasii** episc. et mart. »Post gloriosum dominici (sic) ascensionis triumphum« × »imperante Agricolao etc.«

f. 109ᵇ—115ª saec. XII. **Vita s. Aegidii.** »S. Egidius natione grecus« × »cum laudibus ferentium« etc.

f. 115ª—123ª saec. XII. **Vita s. Leonardi.** »Beatus igitur Leonardus« × »ullis effundere verbis.« Sequitur antiphona neumata.

f. 123ª—127ᵇ saec. XII. **Vita s. Lamberti.** »Gloriosus vir Lambertus« × »fide fulget postremo« (cetera desunt).

f. 128ª—129ᵇ saec. XII. **Descriptio urbis Jerusalem,** carens initio et fine. »construxit. Dehinc ab occasu golgothana videtur ecclesia« × »montis Syon par est«.

f. 130ª—144ᵇ saec. XIII. **Fausti ord. S. Benedicti Vita b. Mauri abbatis.** (Incipit prologus) »Faustus famulorum Christi servus« × »sed habebit lumen vitę. Amen.« (Opus subdititium, cf. Potthast.)

Vetus sign. F, 9.

484 *III. E. 9.* (*Y. I. 2. n. 99*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 199, 26 × 18 cm. 1 m.

Lectura super II. libro Sententiarum Petri Lombardi.

f. 1ª (rubr.) »Liber secundus.« (Incipit:) »Creacionem rerum. Liber totalis sentenciarum in quatuor parciales libros dividitur« × f. 198ᵇ »quia mandatorum eius observancia perducit ad vitam, quam nobis prestare dignetur etc.«

In membrana praeligata occurrit manu saec. XIV inscriptus titulus operis, quem supra secuti sumus, cum additamento: »pro $1^1/_2$ sexagena«. Alia manus recentior superscripsit: »pro 40 gr.«

485 *III. E. 10.* (*Y. I. 2. n. 110.*)

Codex membran. saec. IX—X ff. 110, 27·5 × 20 cm., charact. minusc. aevi Carolini aut Postcarolini, 23 lin. in sing. pag., diversis manibus nitidissime exaratus et litt. uncialibus capitalibusque rubricatus.

S. Johannis Chrysostomi Expositio evangeliorum.

f. 1ª—2ª Registrum his versibus praemissis:

»Aurea nunc splendent meritis hic ora Johannis,
Qui Crisso dicitur thomis (sic) ex lingua Pelasga.

Auserat ecce tibi, lector, de fonte salutis
Munera, perpetuę respondit hinc tibi vitę.«

f. 2ª (rubr.) »Incipit interpretatio euangeliorum. (atram.) Et a transmigratione babylonis« × f. 110ª »et ad vitam aeternam mereamur pervenire in secula seculorum. Amen.«

In fol. praeligato verso occurrit hic titulus manu, ut videtur, recentiori praeter rem inscriptus: »Expositio evangeliorum in Johannem«, cui addidit manus multo recentior: »Crisostomus«. In eodem fol. antico legitur: »Cristomus super Johanne sacerdotis Petri de Poczatek. Pro 2 flor.« In operculo super. intrinsecus haec nota est: »Iste liber est emptus a sacerdote Johanne de Rokyczana pro 12 gr.« Sign. coll. Nationis Boh. J, 16.

486 *III. E. 11.* (*Y. I. 2. n. 101.*)

membran. saec. XII ff. 151, 26 × 16·5 cm. d. m.

Johannis diaconi De institutione, vita, doctrina sive miraculis b. Gregorii romani pontificis libri IV.

f. 1ª (rubr.) »Incipit prologus Johannis diaconi ad Johannem reverendissimum sancte apostolice sedis pontificem de« (etc. ut supra). Sequuntur versus: »Suscipe romuleos pastor venerande triumphos«.

f. 1ᵇ »Beatissimo ac felicissimo d. Johanni s. catholicę et apostolicę romanę ecclesię pręsuli Johannes ultimus levitarum« × f. 151ᵇ »minime denegasse cognoscar.«

Operculo infer. adligatum est fragm. membr. cuiusdam codicis liturgici saec. XI—XII. In membrana praeligata haec nota saec. XV occurrit: »Regestum sive Registrum b. Gregorii de institucione vita doctrina sive miraculis ipsius b. Gregorii. Liber iste est Mag. Symonis de Rokyczana.«

487 *III. E. 12.* (*Y. I. 2. n. 103.*)

membran. saec. XII ff. 128, 25 × 17 cm. d. m.

S. Ambrosii Mediolanensis Opera quatuor:

f. 1—78ª I. **De officiis libri tres.** »Non arrogans videri arbitror« × »plurimum instructionis conferat. (rubr.) Explicit liber tercius b. A. e. Med. de off.«

f. 79ª—98ª II. **Tractatus de Isaac et anima.** »In patre nobis s. Ysaac« × »servare debet se et custodire.«

f. 98ª—114ª III. **Tractatus de bono mortis.** »Quoniam de anima in superiore libro« × »in omnia secula s. Amen.«

f. 114ª—128ᵇ IV. **Tractatus de Nabuthe.** »Nabuthe hystoria tempore vetus est« × »etiam si prime laqueos prevaricationis evaserunt. Explicit tractatus s. Ambrosii.«

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. cuiusdam codicis iuridici saec. XII—XIII. Vetus sign. F, 9.

488 *III. E. 13.* (*Y. I. 2. n. 104.*)

membran. saec. XIV ff. 40, 25·5×18·5 cm. 1 m.

Nicolai Salernitani Antidotarius.

f. 1ª »Ego Nicolaus rogitatus (?) a quibusdam« × f. 40ᵇ »Confice cum decoccione milii solis saxifrage, betonice, pentafilon« (Opus non integrum esse videtur.)

In operculis intrinsecus et in fol. praeligato inveniuntur manu saec. XV additae »Recepte extracte secundum Mesue«. Codex hic, quia auctor temere putabatur fuisse professor univers. Prag. (Nicolaus de Jevičko), praeter rem in cimeliarchio nostro olim asservabatur. (Cf. Krombholz, Fragmente einer Gesch. d. med. Schule an d. K. F. Univers. Prag. 1831; et Hanslik p. 609). Fabricius in sua Bibliotheca med. et inf. lat. auctorem appellat **Nicolaum Falcuccium**, sed nos Wilh. Schum, bibl. Amplonianae descriptorem secuti sumus.

489 *III. E. 14.* (*Y. I. 2. n. 112.*)

membran. saec. XIII ff. 107 num., 27×19 cm. d. m.

S. Hieronymi Epistolae.

f. 1ª (rubr.) »Incipit epistola s. Hieronymi presbyteri ad Rusticum monachum« × f. 106ᵇ (absolvitur epistola ad Principiam de vita s. Marcellae) »et deo et legentibus placere desiderans.«

f. 107ᵇ Registrum epistolarum cum initiis.

Operculo super. adligata sunt 2 fol. membr. cuiusdam codicis homiletici saec. XIV. Eiusdem codicis particula adglutinata est operculo inferiori a moderno bibliopego reparato.

490 *III. E. 15.* (*Y. I. 2. n. 116.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 45, 26·5×16 cm. 1 m.

Anicii Manlii Torq. Sev. Boethii Opuscula:

f. 1ª—6ᵇ **De trinitate.** »Incipit liber: Quoniam trinitas unus deus« × »racionemque coniunge.«

f. 6ᵇ—8ª »Quomodo substancie in eo, quod sint, bone sint, cum non sint substancialiter bona.« »Postulas, ut ex ebdomatibus nostris« × »alia aliud omnia bona.«

f. 8ª—10ᵇ **Liber de fide catholica.** »Cristianam fidem novi et veteris testamenti« × »laus perpetua creatoris.«

f. 10ᵇ—20ª **Liber adversus Nestorium et Euticen de persona et duplici natura in Christo** (ad Johannem diac.). »Maxime te quidem dyuque« × »bonorum causa perscribit.«

f. 20ª—20ᵇ **Liber de esse et essentia.** »Omne esse vel est purum per se existens« × »hec dicta de esse et essencia sufficiant.«

f. 20ᵇ—22ª **Liber de unitate et uno.** »Unitas est« × »et est id quod est unum.«

f. 22ª—34ᵇ **Liber ad Marcianum episc. de disciplina scholarium et de modo vivendi magistrorum.** »Vestra noviter intencio« × »inquinamenta permanebunt.«

f. 34ᵇ—45ª (anepigr.) **Alani de Insulis Liber de arte fidei catholicae.** »Clemens papa, cuius rem« × »et sic patet propositum.«

f. 45ᵇ »Differencia inter virtutes, precepta et dona et fructus et beatitudines.«

Vetus sign. D, 57.

491 *III. E. 16.* (*Y. I. 2. n. 100.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 153 num., 26×18 cm. 1 m., cum init. pict.

f. 1—83ᵇ **Rhasis** (Abubekr Muhammed ben Zakarija er-Razi) **Compendii medici (= Almansoris) libri X.** (Titulus fissura laesus) »In hoc libro agregabo regi« × »in sirupo ponantur. (rubr.:) Et postquam omnes partes et capitula convenienter exposuimus, que in huius libri principio nominavimus, totum igitur perfecimus. Explicit.«

f. 84 Registrum operis subsequentis recentiori manu inscriptum.

f. 85ª—116ᵇ **Eiusdem Divisiones.** »Ventilata fuit in presencia« × »delent vestigia eorum. Expliciunt divisiones Razis. (rubr.:) Verba Abubecri filii Zacharie Arazi.

f. 116ᵇ—127ª **Eiusdem Antidotarius.** »Dixi in hoc libro meo« × »deinde repone. Explicit antidotarius Rasis.«

f. 127ᵇ—147ᵇ **Eiusdem Experimenta.** »Dixit Rasis: volo in hoc capitulo« × »per vias urinales. (rubr:) Expliciunt experimenta Rasis.«

f. 148ª—149ᵇ (anepigr.) Formulae medicinales in fine aliquot foliis excisis mancae. »Pomum ambre duplicatum« × »ad pondus omnium confice« (cetera desunt).

f. 150ª—152ᵇ »Divisiones (= Registrum) libri Almansoris et libri Divisionum.«

f. 152ᵇ—153ª Notae medicinales recentiori manu scriptae.

Operculo super. inscriptum manu saec. XV nomen possessoris ita attritum est, ut tantum legi possit: »Iste est liber Mgri«. Cod. falso sign. rec. Sternberg, Pflanzenkunde I, 22. Vetus sign. E, XV.

492 *III. E. 17.* (*Y. I. 2. n. 74.*)

membran. saec. XIV ff. 153, 24·5×18 cm. 1 m.

f. 1—5ª Duo registra sermonum Jacobi de Voragine de tempore et de sanctis. Quibus insertus est ex parte, ex parte sequitur:

f. 5ª—8ᵇ Index alphabeticus rerum in sermonibus quadragesimalibus occurrentium (qui absolvitur in fol. praeligato non num.).

f. 9ª—152ª **Jacobi de Voragine Sermones quadragesimales et paschales.** »Filia populi mei induere« × »caritatis insignia.«

f. 152ª—153ᵇ Sermo super »Ambulans Jesus iuxta mare« et initium sermonis: »Gaudemus viros gloriosos«.

Vetus sign. O, 24.

493 *III. E. 18.* (*Y. I. 2. n. 134.*)

membran. saec. XIV in. ff. 91, 24·5×18·5 cm. 1 m.

Alani de Insulis Carmen de planctu naturae.

f. 1 »In lacrimas risus, in luctus gaudia verto« × f. 91ª »mistice apparicionis dereliquit aspectus.«

494 *III. E. 19.* (*Y. I. 2. n. 75.*)

membran. saec. XIV ff. 133, 24·5×17 cm. 1 m.

Aristotelis Politicorum libri octo (cum notis marginalibus diversarum manuum).

f. 1ª (rubr.) »Incipit politica Aristotholis. (atram.) Quoniam omnem civitatem videmus« × f. 133ª »quod medium et quod possibile et quod decens. Reliqua huius operis in greco nondum inveni . . . Cor. Finite sunt politice in nomine domini Amen.«

Operculo super. adligata sunt 3 ff. membr. non num., in quibus reperiuntur notae ad opus pertinentes scriptae saec. XIV—XV. Ibidem in fronte notatur: »Iste liber politicorum taxatus est pro una sexagena hoc est 4 florenis.« In scledula extrinsecus adglutinata: »Textus politicorum de libraria collegii Karoli«. Vetus sign. Q, 30.

495 *III. E. 20.* (*Y. I. 2. n. 77.*)

Codex membran. saec. XIII—XIV ff. 180, 24×17 cm., una manu nitidissime exaratus, litt. initial. pictis passim exornatus.

f. 1—72ᵇ (anepigr.) **Expositio Aphorismorum Hippocratis.** »Uniuscuiusque formati informe fuisse principium« × »per abstinenciam magis conservatur. Explicit.«

f. 73ª—104ª (anepigr.) **Expositio Johannitii Isagogae ad Tegni Galieni.** (Incip. prol.) »Constat apud philosophos« × »quedam enim sunt putride, quedam vero recentes.«

f. 104ª—115ᵇ (anepigr.) **Expositio Philareti libri de pulsibus.** »Cum quatuor apud philosophos« × »opposite similiter possunt. Explicit.«

f. 115ᵇ—150ª (anepigr.) **Expositio super »Tegni Galieni.«** »Ne ad tanti operis exordium precipites« × »descripciones singulorum.«

f. 150ª—178ᵇ (Titulus recent. manu inscriptus: De urinis Theofili.) **Expositio libri Theophili de urinis.** »Tria esse, ex quibus« × »perfectam digestionem.«

f. 179ª—180ᵇ Registrum operum praecedentium manu recentiori additum.

In fol. operculo infer. adligato haec nota occurrit: »1390 die VII Junii . . . constructus fuit primus lapis in hedificio ecclesie s. Petronii Bononiensis iuxta plateam sollempniter et devote«. Hac nota origo italica codicis nostri demonstratur. Vetus sign. B, 7.

496 *III. E. 21.* (*Y. I. 2. n. 138.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 119 (+2 non num.), 24×17 cm. d. m.

f. 1—47ᵇ **S. Bernardi Claraevall. Sermones varii.**

f. 48ª—73ª (rubr.) **»Excerptum de Binario Odonis« (abbatis Morimundensis?)** (Sic inscribitur opus incipiens in f. 71ᵇ:) »Fides est dicente apostolo« × (et expliciens in 71ª:) »et erit deus omnia in omnibus.« (Cf. notam infra.)

f. 74ª—117ª (Alia manus inscripsit: »Innocentius papa III de sacramentis veteris ac nove legis«; sed est:) **Innocentii III papae Expositio missae.** »Tria sunt, in quibus precipue« × »totum continue censui subscribendum. Laus sit tibi Christe, quoniam liber explicit iste.«

f. 117ᵇ—120ᵇ Figurae calamo delineatae ad praecedens opus explicandum pertinentes.

In operculo super. intrinsecus titulus operis Odonis sic sonat: »Descripcio fidei ex breviario Odonis«. Cum titulus hic manu saec. XV inscriptus sit, rationem eius non habuimus. Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. cuiusdam codicis astronomici saec. XII ex. Vetus sign. 2, 8°, E.

497 *III. E. 22.* (*Y. III. 1. n. 27.*)

membran. saec. XIV in. ff. 173, 24×18 cm. 1 m.

Gilberti (Tornacensis) ord. min. Sermones festivales per totum annum.

Opus praecedit in 5 ff. non num. et in membrana operculo super. adglutinata index rerum alphabeticus.

f. 1ª (rubr.) »Incipit sermo de angelis. (atram.) Stelle manentes in ordine et cursu suo« × f. 173ᵇ (absolv. sermo de exalt. s. crucis) »et gustu dulcedinis eius, quod nobis praestare etc. (rubr.) Expliciunt sermones Gylberti de sanctis.«

Originem francogallicam codicis huius demonstrat pronunciatio gallica in sermone de mortuis f. 24ª. Folia codicis rite numeravit in fronte rubricator, numeri recentiores falsi sunt. Vetus sign. E, 24.

498 *III. E. 23.* (*Y. III. 1. n. 25.*)

membran. saec. XIV ff. 222 num. (+2 omiss.), 24×18 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1—182ª **(Bernardi de Gordonio) Lilium medicinae.** (rubr.) »Incipit lilium medicine Gordonii. Interrogatus a quodam Socrates« × »et libellus de graduacione.«

f. 182ᵇ—204ª **Mag. Gerhardi (Cremonensis) Summa de dandis catarticis (= de clysteribus).** »Cum omnis sciencia naturalis« × »que ad modum auxungia in testis. Explicit Geraldus.«

f. 204ᵇ—205ᵇ Formulae medicae manu recentiori scriptae.

f. 206ª—207ᵇ (rubr.) **»Avicenne Secreta.** (atram.) Quoniam quidam de melioribus amicis« × »renes et vesicam. Expliciunt secreta Avicenne **secundum Johannem (Damascenum) Mesue«.**

f. 208a—213a **Galenus de virtutibus cibariorum.** »Dicit Gal. quod cum corpora hominum« × »stipant eum, scil. ventrem. Explicit liber G. de virtutibus cibariorum.«

213a—216a **Galeni liber de conferentibus et nocentibus.** »Conferencia cerebro« × »quodlibet nimis ventosum. Explicit libellus G. de conferentibus et nocentibus.«

f. 216a—217a **Secreta practicae Hippocratis.** »Creator omnium deus« × »lapis lazuli et similia. Hic autem finem secrete practice ypocratis imponamus.«

f. 217a—222b (et 2 ff. n. n. praelig.) Formae medicae manu saec. XV notatae, in quibus »Pille Mag. Galli«.

Vetus sign. T, 32.

499 *III. E. 24.* (Y. I. 1. n. 62.)

chart. saec. XV ex. ff. 281, 21×16 cm. d. m.

Expositio Psalterii (in fine manca).

f. 1a »In nomine dom. Amen. Inter omnia hominum cognicioni necessaria« × f. 281b (expos. 66 psal.) »Vos estis sal terre. Si igitur« (cetera desiderantur).

In margine f. 143b occurrit nota: »Nicolaus Kurzimensis«. Vetus sign. D, 23.

500 *III. E. 25.* (Y. I. 2. n. 129.)

membran. saec. XIV—XV ff. 294 num., 23·5×16 cm. 1 m.

Huberti Lombardi Tractatus duo: de nomine Jesu et de amore Jesu.

f. 1a (rubr.) »Incipit in nomine Jesu prelibacio operis subsequentis. (atram.) Liber iste duos continens tractatus« etc.

f. 1a—16a Registrum utriusque operis.

f. 16b (rubr.) »Incipit prologus frat. H. L. in librum de n. J. (atram.) Cum nomen Jesu mellifluum« × f. 294b »transformemur a claritate in claritatem prestante etc.«

Schum eadem opera recensens (Verzeichniss der Amplonianischen Hdschft.) auctorem appellat **Humbertum Lombardum.**

501 *III. E. 26.* (Y. I. 2. n. 130.)

membran. saec. XIV ff. 310 num., 23·5×17 cm. 1 m.

Frat. Monaldi ord. s. Francisci Summa de iure (canonico).

f. 1a (rubr.) »Summa de iure tractans et expediens multas materias secundum ordinem alphabeti. (atram.) Quoniam ignorans ignorabitur« × f. 309a (rubr.) »Explicit iste liber. De synodo rusticorum«. f. 309b »in celesti gloria perhenniter fulgeamus«. (rubr.) »Explicit Summa Monaldi.«

f. 309b—310a Casus papales et episcopales et Forma absolutionis.

Codicem hunc prolixius recensuit Schulte, Canon. Hdschften p. 42.

502 *III. E. 27.*

chart. saec. XV/XVI ff. 121, 22×15 cm. d. m., libro 7. C. 34 olim adligatus.

f. 1a—5b **Rudolphi Agricolae Epistola Jacobo Barbiriano data Heidelbergae VII Kal. Jun. 1484.**

f. 6a—7a **»Hieronymi presbyteri de officiis liberorum erga parentes.«** »Parentum meritis« × »coram angelis coronari. De officiis item liberorum erga parentes ex Hieronimo finis.«

f. 7a—14a **Basilii Magni Liber de antiquorum libris legendis interprete Leonardo Bruno Aretino** praecedente praefatione ad Colucium Salutatum.

f. 14b—28b **Francisci Florii Florentini Liber de amore Camilli et Emiliae Aretinorum ad Guilermum Tarduum.** In fine: »A. d. 1467«.

f. 29a Fragmentum commentarii in Horatii satiram quandam.

f. 30a—34a **Fr. Bartholomaei Frisonis Carthusiensis ad Henricum de Novomagio Epistola, cui inscribitur »Judicium de Antichristo«, data »ex Rore munda a. 1486 Jan. die 8«.**

f. 35a—39a (anepigr.) **Fabula metrica de asino citharoedo regis filio** »Rex erat ignote« × (rubr.) »Laudando Christum scripsi asinum (asinarium?) istum, finitur fauste per me« (sic).

f. 39b—41a **Alani ab Insulis Anticlaudiani lib. VII c. 8 et 9, lib. VIII c. 1.** In fine: »Alanus de fortuna finit feliciter.«

f. 41b—46b **»Methodus epistolaris«** (Formulae epistolarum, in quibus nomina et anni desunt).

f. 47a—60b **»Johannis Garzonis ad Nicolexium (?) poetam de iudicio communi libellus.«** Prooemium: »Vehemens me capit admiracio« × »adscribere non dedignetur«. Subsequens annus (1502?) erasus est.

f. 61a—63a **»Passio raptorum de Slapanicz secundum Bartoss tortorem Brunensem.«** (Ed. F. Šujan in Sborník hist. III, 245 sq.)

f. 63a—64a (anepigr.) **Sermo de Nemine.** Cf. cod. XI. E. 6. f. 93.

f. 65a—76a **Francisci de Toleto Epistola ad Johannem de Rokyczana.**

f. 77b—85b **Canones poenitentiales de summa Astensis fratris ord. min. (= Summa Astesana) extracti.**

f. 86a—97b **»Flores sententiarum b. Thomae de Aquino de auctoritate summi pontificis collecti per Mag. Johannem de Turrecremata . . . in concilio Basiliensi a. 1441«** (ad Julianum cardin.).

f. 98a Epistolae duae anepigraphae, quarum cum altera libellus de regenda civitate ad Johannem Bentivolum scriptus ab auctore ad quendam regem (Poloniae?) mittitur, altera notarius »utriusque idiomatis« Wilhelmo de Pernsstayn procuratur.

f. 99a—120b (anepigr.) **Guilelmi Savonensis Tractatus de arte epistolandi** (ad quendam Johannem directus). »Conquestus mecum es« × »quando aliter fieri nequit. Et tantum de preceptis.« (De auct. cf. adlig. 44. G. 56. f. 6.)

f. 121a **Ganifredi (Godefridi de Vino Salvo?) Versus de pigro.** »Scisne moram pigri . . .«

f. 121b Ciceronis epistolae duae.

503 *III. E. 28.*

chart. saec. XV/XVI ff. 150, 22 × 15 cm. d. m., libro 6. H. 156 olim adligatus.

f. 1ª—31ª **Notae in Pomponii Melae orbis situm saec. XVI conscriptae.**

f. 32ª—61ª **Bernardi de Branellachs Barchinonensis »Lunarium, in quo reperiuntur coiunctiones et oppositiones lunae et eclipses solis et lunae« . . . a. 1497—1550 concernentes.**

f. 62ª—72ᵇ (anepigr.) **Tabulae de reductione temporis secundum meridianum Misnensem cum septem canonibus.** In fine: »A. d. **1455** fer. III post palm.«

f. 73ª—98ᵇ (anepigr.) **Calendarium astronomicum pro annis 1489—1552 subsequentibus canonibus.** Sequuntur notae astronomicae in 2 ff. non num.

f. 99ª—101ª **Algorithmus.**

f. 102ª—103ᵇ (anepigr.) **Modus praedicandi brevis.**

f. 104ª—108ᵇ **(Johannis) Pfennig Sermones duo** (de assumtione et de s. Anna).

f. 109ª Genealogia Christi.

f. 109ᵇ—110ᵇ **»Sermo die s. Laurencii a Mag. Stolberg.«**

f. 110ᵇ—111ª »Carmen docens orare pro vita beata consequenda«.

f. 112ª—122ª Sermones diversi.

f. 123ª—150ᵇ **Statuta provincialia Magdeburgensium.** »Burchardus dei gracia« × »Datum Magdeburgk in concilio provinciali a. d. 1306 in die concepcionis b. Johannis Bapt.«

504 *III. F. 1.* (*Y. I. 1. n. 103.*)

chart. saec. XV ff. 437 num., 22 × 15·5 cm. d. m.

Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti cum praefationibus s. Hieronymi.

Ordo librorum Vet. Test. valde transmutatus est, et liber Tobiae suo loco omissus sequitur in fine codicis. Textum praecedunt et subsequuntur variae notae theologicae, quae passim occurrunt etiam in margine bibliorum. Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. tractatus cuiusdam germanici saec. XIV. **(Bruchstück eines mithd. Traktats relig. Inhats.)** Cf. Kelle, Serapeum 1868 p. 357. Vetus sign. B, 51.

505 *III. F. 2.* (*Y. I. 1. n. 63.*)

chart. saec. XV ff. 397 num., 21 × 16 cm. d. m.

Expositio epistolarum canonicarum ss. Petri, Johannis, Judae.

f. 1ª (rubr.) »Prefacio in canonicam b. Petri. (atram.) Indagine diligenti sacras literas meditanti« × f. 397ᵇ (expos. can. Judae absol.) »ut nihil sibi resistere possit deus sempiternus in tempora nunquam desitura (sic) benedictus. Amen.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam Breviarii saec. XIII—XIV.

506 *III. F. 3.* (*Y. I. 1. n. 69.*)

chart. cca a. 1442 ff. 340 num., 22 × 15 cm. d. m., cum init. pictis.

Veteris testamenti libri: Proverbiorum, Ecclesiastes, Cantica Cant., Sapientiae, Ecclesiasticus cum expositione marginali et interlineari (Nicolai de Lira?) nec non cum raris glossis bohemicis.

f. 1ª (rubr.) »Prologus b. Jeronimi. (atr.) Aureolus. Istum prologum premittit Aureolus Jeronimus« × f. 328ᵇ »si peccaverit vir in te. Amen. Finitum fer. III ante Assumpcionem b. virginis mane a. d. 1442 in scola Beronensi.«

f. 329ª—339ª Index rerum in libris praecedentibus occurrentium alphabeticus.

f. 340ᵇ Numeri capitulorum rubricati. Proverbium bohem. rythmicum: »Dwa kokoty wgednom domu« etc.

In membr. operculo super. adligata notatur: »Exposicio doctoris Lyre super quinque libros Salomonis.« Sed cum codici passim insertae sint schedulae expositionales et Lyra ipse passim citetur, potest dubitari, an omnium expositionum auctor sit Lyra. Operculo infer. adligatum est fragm. cuiusdam membr. codicis saec. XIII—XIV, in cuius fronte hae occurrunt cuiusdam notae reliquiae: »a. d. 1462 . . . et illo tempore erat sinodus Prage presente rege Georgio pro communione utriusque speciei.« Vetus sign. B, 4.

507 *III. F. 4.* (*Y. I. 1. n. 61.*)

chart. saec. XV ff. 284, 21·5 × 15 cm. d. m.

Veteris testamenti libri: Psalmorum, Isaiae, Tobiae, quorum primus expositione marginali et interlineari nec non glossis bohemicis instructus est.

f. 169—173 insertae sunt variae notae theologicae, quarum prima sic incipit: »Quicunque vult salvus esse« (expositio symboli).

f. 282—284 Tabulae computales et astronomicae cum Cisiojano in fine.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. cuiusdam cod. theol. saec. XIV.

508 *III. F. 5.* (*Y. I. 1. n. 55.*)

chart. a. 1448 ff. 203 num., 21 × 14·5 cm. 2 m.

Corpus evangelicum seu Concordantiae quatuor evangelistarum. Pars tertia.

f. 1ª (anepigr.) »Postquam a principio corporis evangelici actum est de ingressu salvatoris . . . hic iam agitur de eius egressu« × f. 172ᵇ (absolvitur epilogus auctoris) »per quem et propter quem omnia, qui vivit et regnat etc. Explicit **Scriptum super quatuor evangelia . . . in unum concordata,** quod ad honorem dei et proximorum profectum finitum est fer. V in die decollacionis Johannis Bapt. a. d. **1448.**«

f. 173ª—183ᵇ **Genealogia Christi.** »Genealogiam Christi describendo« × »transgressio facta. Et sic est finis Christi genealogie descripte.«

f. 183ᵇ—203ᵇ Sermones aliquot ad concordantias pertinentes, in fine manci.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis saec. XIV argumenti liturgici.

509 *III. F. 6.* (*Y. I. 2. n. 118.*)

Codex membran. saec. XII ff. 243 num. (+3 chart. in fine), 22 × 15 cm., diversis manibus nitide exaratus et rubricatus, f. 243b imagine salvatoris calamo delineata ornatus, glossis lat. et bohem. passim instructus, sed multa contrectatione valde laesus et tinctura Giobertiana passim adhibita vitiatus, perperam ligatus.

Homiliarium quod dicitur Opatovicense vel (praeter rem) **episcopi cuiusdam Pragensis cum glossis bohemicis.**

f. 1a »Grates magnas et gratias agere debemus conditori nostro« × f. 240b »ad eterna simul cum domino pervenire festa mereamur intercedente pro nobis b. mater (sic) Maria prestante etc.« Quibus homiliis inserta sunt haec opera:

f. 42b—45b **Tractatus de sacerdotibus.**

f. 45b—48b Liber Jonae prophetae.

f. 228b—229b Nota de »plaga, quae facta fuit in Hierusalem eo, quod dominicum diem non servaverunt.«

f. 231a—238b et f. 241a—243b | **Canon poenitentiae.** »Quod decime ab omnibus christianis ex debito reposci debeant« × »gloria domino nostro Jesu Christo.« (Edid. Höfler, Prag. Concilien p. VII sq.)

Codex instructus est duplici indice, vetustiori scripto in membrana operculo super. adsuta, recentiori in fine (f. 244—246) compilato a. 1475. In membrana illa Bohuslaus Balbinus titulum operis notavit. De prioribus codicis fatis hae notae occurrunt: in fronte f. 1a »de opatowiz«, in membrana praefata: »habeo hunc librum a. d. 1473 a dom. Georgio plebano Glatoviensi.« Operculis olim adligata erant Fragmenta psalmorum, quae nunc vide sub III. F. 22. Codex hic crebro recensitus est, diligentissime ab A. Patera, qui etiam glossas bohemicas accuratissime edidit in Čas. Čes. Mus. 1880 p. 109, totus vero exscriptus et typis evulgatus a F. Hecht in »Beiträge zur Gesch. Böhmens, I, 1 Das Homiliar des Bischofs v. Prag. Prag 1863.« Cf. etiam Hanuš, Sitzgsber. d. k. böhm. Gesch. d. W. 1866, II, 17. & Balbini Boh. d. III, 120.

510 *III. F. 7.* (*Y. I. 2. n. 72.*)

chart. saec. XV ff. 199, 22·3 × 15 cm. 1 m.

Sermones festivales. (Sic in fol. praeligato manu saec. XV intitulatur codex, quo continetur **Collectio materiae sermonibus componendis idoneae**, quam praedicator quidam sibi curavit.) In fol. altero praeligato non num. occurrit registrum materiae undique collectae.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam saec. XIV—XV argum. grammatici (Donati versificati). In operculo infer. inter varias notas occurrit series initiorum cantionum, quarum una est: »Cancio Zavissii Kratka my sye gest radost stala.« Vetus sign. B, 48.

511 *III. F. 8.* (*Y. I. 1. n. 131.*)

chart. saec. XV ff. 266, 22·5 × 15·5 cm. 1 m.

Sermones dominicales. Pars aestivalis a festo Corporis Christi usque ad adventum (cum nonnulis insertis bohemicis).

In f. 56a rubricator hanc notam addidit: »Dominica hec tercia incidit ante festum Johannis precursoris domini, quod fuit fer. II. Et equulum mihi sumpserunt in Chwatlina apud sacerdotem Danielem fer. III in syllaba illa mar protas anno 1410.« Sed dies hic nominati non conveniunt ad a. 1410 sed ad a. 1409 secundum Emler, Rukověť. Codex autem recentior est, cum f. 61b communio sub utraque laicalis commemoretur. Operculis adligatum est fragm. membran. instrumenti publici, atramento oblitum.

512 *III. F. 9.* (*Y. II. 4. n. 43.*)

chart. saec. XV ff. 246, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1 Textus 4 evangeliorum.

f. 2a—9a Bonifacii papae IX Bulla instituens festum visitationis b. Mariae celebrandum cum officio festi eiusdem.

f. 10a—13a Sermo de s. Maria Magdalena.

f. 14a—226a **Sermones dominicales et festivales. Pars aestivalis.** Cum in ff. 14—146 rarae tantum glossae bohemicae occurrant, a f. 147 usque ad finem sunt sermones latino-bohemici (**Kázaní latinsko-česká**).

f. 226b—243b Sermones in adventu.

f. 244b—246b **Kázaní v den narození páně.**

513 *III. F. 10.* (*Y. I. 2. n. 121.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 139, 23 × 16 cm. d. m.

Frat. Thomae de Aquino ord. praed. Summa super librum Ethicorum Aristotelis.

f. 1a (anepigr.) »Sicut dicit Ysaac in libro de diffinicionibus« × f. 139b »et terminacio summe totius libri ethicorum. Deo gracias. Explicit summa supra librum ethicorum edita a fratre Thoma de Aquino ordinis predicatorum.«

Initium operis valde discrepat ab editione Parmensi.

514 *III. F. 11.* (*Y. II. 3. n. 67.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 228, 21·5 × 15·5 cm. 1 m.

f. 1—69b **Johannis Wiclif Tractatus de blasphemia (Summae theologiae liber XII).** »Restat succincte de blasfemia pertractandum« × »ad hoc ministerium limitatum. Amen. Vtyess ty (sic) buoh. Explicit tractatus de blasphemia secundum Johannem Wikleff.« Ed. Dziewicki — London 1893.

f. 69b—134a **Eiusdem Tractatus de apostasia (Summae liber XI).** »Restat ulterius ponere« × »in hoc venerabili sacramento. Explicit tractatus de apostasia per reverendum doctorem J. W., cuius anima per misericordiam altissimi« (sic). Edid. idem ibidem 1889.

f. 134b (anepigr.) Conclusiones sex de hostia consecrata.

f. 134b—223a **Johannis Wiclif Tractatus de potestate papae (Summae lib. IX).** »Iam ultimo restat« × »membris dyaboli ad infernum. Explicit tractatus de potestate pape Johannis Wykleff.«

f. 223b—226a (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de vaticinatione.** »Cum secundum sanctos« × » perturbacio ecclesie sit sedata. Amen. Scriptoris cuncti memores sint ista legentes Atque precentur ei requiem iubilei. Amen.«

f. 226b—228a (anepigr.) Registrum tractatus de potestate papae mancum (= »Summa libri ultimi in compendio«).

Textui latino passim insertae sunt voces bohemicae et f. 114 rubricator addidit: »opraw to mnyssku«. In membrana codici praeligata manu saec. XV exeuntis vel XVI ineuntis sic intitulatur liber: »De blasphemia pape. Liber de Symonia et potestate pape Authore Viglepho Ewangelico«. Ibidem in fronte: »Liber Martini Bol.« In membrana operculo infer. adligata hi versus manu saec. XVI scripti occurrunt:

»En redit e superis Hus: quid si forte redibit
Žižka suus vindex? Impia Roma, cave.«

515 *III. F. 12.* (*Y. I. 1. n. 78.*)

chart. saec. XV ff. 380, 21·5×15·5 cm. d. m.

Commentarius in s. Pauli epistolam ad Hebraeos (carens fine).

f. 1a (anepigr.) »Considerate apostolum et pontificem confessionis nostre Jesum« × f. 380b (expon. XIII, 16) »da misericordi et ne suscipias peccatorem« (cetera desunt, scilicet expositio XIII, 17—25).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. Psalterii saec. XIV.

516 *III. F. 13.* (*Y. I. 1. n. 71.*)

chart. saec. XV ff. 357, 22×15 cm. 1 m.

Nicolai de Lyra Glossa super quatuor evangelia.

f. 1 (recent. manu) »Quatuor facies uni« × f. 352a »ad contemplandum eum facie ad faciem prestante etc. (rubr.) Explicit gloza Lire super quatuor evangelistas per manus pauperis. Pane bozie dieky wzdawamy twey swatey milosti, neb sy dal dobry konecz«. Sequitur (f. 352b—356b) »registrum super omnes quatuor evangelistas utile. **Przybyk** nestatecz« (sic). Scriba in f. 137b subscribitur: »**Przybysla**«.

f. 357b Nota bohemica de communione sub una.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam hebraici. Vetus sign. S, 22.

517 *III. F. 14.* (*Y. I. 1. n. 60.*)

chart. saec. XV—XVI ff. 405, 21×16 cm. d. m.

Commentarius in psalmos secundi et tertii nocturni (26—37 et 38—51) cum registris rerum alphabeticis.

f. 1a »Psalmus 26. Vite regulam, quam religiose nobis« × f. 381b »nunc et in diem eternitatis. (rubr.) Et sic finis tercii nocturni«. Sequitur registrum.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam cod. XIII—XIV saec., comment. in biblia continentis.

518 *III. F. 15.* (*Y. I. 1. n. 114.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 307, 21×16 cm. 1 m.

Raimundi de Pennaforte Summa de poenitentia et matrimonio cum glossis marginalibus.

f. 1a (rubr.) »Iuste iudica proximo tuo. Incipit summam (sic) de penitencia a mag. Raimundo composita.« × f. 297a »sicut ibi dicitur. (recentiori manu:) Explicit summa mag. Raymundi de casibus magni et famosi juriste, utinam coram domino Jesu« (cetera radendo deleta sunt.)

f. 298—307 chartac. Registrum alphabeticum recentiori manu exaratum.

Codicem recens. Schulte, Canon. Handsch. p. 47. Operculo super. adligatum est membran. fol. calendarii saec. XIV, in quo mensis Junius bohem. »Cyerwenecz«, Julius »Cyrwen« appellatur, VI. Jul. festum »s. Johannis Hus« manu saec. XV adscriptum est.

519 *III. F. 16.* (*Y. II. 5. n. 17.*)

chart. saec. XV ex. ff. 167, 21×15·5 cm., 1 m.

Sermones diversi (in fine manci).

In schedula operculo super. adglutinata hic titulus occurrit: »Sermonum pars hiemalis super epistolas«, intrinsecus vero in fol. praeligato hic: »Pars estivalis evangeliorum et epistolarum«. Cum desint rubricae et indices, dictu difficile est, uter rectus sit. Mihimet videtur neuter. F. 90b respice notam margin.: »Predica 1494«. Sermonibus passim insertae sunt voces bohemicae.

520 *III. F. 17.* (*Y. I. 1. n. 45.*)

chart. saec. XV ff. 186 num., 21·5×16 cm. d. m.

Expositio epistolarum canonicarum ss. Jacobi et Petri (magna ex parte M. Johannis Hus).

f. 1a »Non ita ordo est aput grecos« — »In hoc prologo b. Jeronimus reddit« × f. 186a (absolv. expos. Petri canon. I) »Amen est confirmacio premissorum. Ipsi ergo dom. J. Chr. laus et gloria sit etc.«

In membrana praeligata occurrit nota: »Hic habetur exposicio canonicarum epistolarum, que vicio ligantis taliter sunt ligate. Primo canonica Jacobi. Secundo canonica secunda Petri. Tercio per errorem prima Petri finalis hic habetur.« Ibidem manu recentiori: »Fratrum Celestinorum in Oijwijn.«

521 *III. F. 18.* (*Y. I. 1. n. 46.*)

chart. a. 1430 ff. 149, 21×15·5 cm. 1 m.

Nicolai de Lira Postilla super duodecim prophetas minores.

f. 2a (rubr.) »Incipit prologus Osee. (atr.) Duodecim prophetarum ossa pululant« × f. 149a »scilicet sempiterna fruicione, quam nobis concedat etc. Explicit postilla Nicolai de Lira super duodecim prophetas mi-

nores finita per manus **Pauli de Py**. (sic) fer. IV ante annunciacionem b. Marie sub a. **1430** septesima (sic) hora.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam codicis saec. IX-X argum. theol.

522 *III. F. 19.* (*Y. I. 1. n. 42.*)

chart. a. 1463, ff. 179 num., 22×16 cm. 1 m.

f. 1—47ª **S. Hieronimi Liber de nominibus hebraicis sacrae scripturae.** »Aaz apprehendens vel apprehensio« × »Zuzim consiliantes eos vel consiliatores eorum. Expliciunt interpretaciones b. Jeronimi per manus **Andree de Cromierziz alias de Costelecz et de Smrzicz** sub a. d. **1463** in iila sillaba bi que sin ab don.«

f. 48ª—179ᵇ **Johannis Marchesini Mammotrectus** (in fine mutilus). (rubr.) »Incipit liber mammotracti editus super exposicionem vocabulorum biblie et legendas sanctorum a fratre Marachismo (sic) ord. frat. min. de civitate Regii. (atram.) Inpaciens proprie impericie« × (de virginibus sermo b. Augustini) »Subripit me cor« (cetera desiderantur).

Operculo super. adligatum est fragm. membr. codicis saec. XIV, quo adoratio imaginum pertractatur.

523 *III. F. 20.* (*Y. I. 1. n. 56.*)

chart. saec. XV ff. 191, 21·5×15·5 cm. d. m.

(Doctoris evangelici Johannis Wiclif?) Expositio evangeliorum ss. Matthaei, Marci, Johannis.

f. 1ª (anepigr.) »Utrum incarnacio verbi est cognoscibilis« × f. 3ª »ad dirigendum quemlibet viatorem. Patet ista sentencia 4⁰ trialogi Wicleff cap. 20« — »[M]atheus ex Judea sicut in ordine primus ponitur« × f. 187ª »et semper remanet quantumlibet postilandum etc.«

f. 187ᵇ—191 Index rerum alphabeticus sacrae scripturae.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam codicis theolog. saec. XIII. In margine superioris manu saec. XV codex sic intitulatur: »Doctor evangelicus super omnes evangelistas«. Sed Lucas desideratur. An Wiclifi sit hoc opus, maxime dubium est.

524 *III. F. 21.* (*Y. I. 1. n. 79.*)

chart. saec. XV ff. 155, 21·5×16 cm. d. m.

Lectura (= Commentarius) super epistolam s. Pauli ad Romanos.

f. 1ª (anepigr.) »Sicut prophete post legem sic et apostoli« × f. 155ᵇ »Amen est confirmacio premissorum. (rubr.) Explicit lectura super epistolas (sic) b. apost. Pauli ad Romanos.«

In fol. praeligato notatur: »Monasterii Oibinensis.«

525 *III. F. 22.*

Duo folia membran. codicis saec. VIII—IX, characteribus minusculis aevi Carolini exarati, valde mutilata, quae olim asseribus codicis III.

F. 6 (Homiliarii Opatovicensis) adligata erant, nunc operculis chartaceis imposita sunt et in cimeliarchio separatim asservantur.

Fragmenta psalmorum 89, 91—93 (cum transcriptione manu Frid. Dambeck custodis adiuncta).

Dambeck fragmentis transcriptis hunc titulum nescio unde sumtum inscripsit: »**Psalmi, quorum parcas vetustas servavit reliquias**«, hancque notam praemisit: »Quae sequuntur folia signa summae vetustatis exhibentia Sermonibus a Boh. Balbino Episcopo alicui Pragensi adscriptis praemissa fuere.« Quem omnino secutus est Hanslik Gesch. u. Beschr. p. 605.

526 *III. G. 1.* (*Y. I. 2. n. 127.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 77 num. (+ 3 praec. n. n.), 23×16 cm. d. m.

Isidori Hispalensis De summo bono libri tres.

f. I—III. n. num. Tabula rerum alphabetica.

f. 1ª (rubr.) »Incipit epistola s. Isidori episcopi ad Massionem episcopum. (atram.) Domino sancto meritisque beato fratri Massioni episcopo.«

f. 2ᵇ (rubr.) »Expliciunt capitula. Incipit liber primus s. Ysidori Hispaniensis episcopi . . . (atr.) Summum bonum deus est.« × f. 77ª »non quos cęlestis aula letificandos includit. Explicit.«

Operculo super. adligatum est fragm. Hymnarii cuiusdam notis musicis instructi saec. XII—XIII. Ad calcem f. 1ª haec nota occurrit: »Iste est liber mag. Adalberti Rankonis de Ericinio in Boemia, scolastici ecclesie Pragensis, magistri in theologia et in artibus Parisiensis.« Idem possessor operculo super. notam quandam inscripsit, quam ut legerem mihi non contigit. Vetus sign. J, 32.

527 *III. G. 2.* (*Y. II. 5. n. 1.*)

chart. saec. XV ff. 323 num., 21×15 cm. 2 m.

f. 2ª—243ª **Alberti Magni Summae naturalium libri quinque cum commentario.** (Incipit comment.) »Quia secundum philosophum I⁰ Ethic.« (Incipit summa) »Philosophia dividitur in tres partes« × (Explicit summa) »et malum gracia desistente.« (Explicit comment.) »eo quod est summe bonus, cui pro huius totius summe complemento laus et graciarum acciones sunt referende, qui est benedictus etc.«

f. 244ª—285ª **Commentarius in Aristotelis Parva naturalia.** »Circa inicium parv. libr. natur. est sciendum« × »et que sit racio istarum, prius visum est. Et sic est finis huius operis, pro quo etc. Explicit liber ethicorum (sic!) et aliarum materiarum et sequitur ultra aliud Amen.«

f. 286ª—320ª **Aristotelis libri de sensu et sensato, de memoria, de sommo, de brevitate vitae.** »Quoniam de anima determinatum est secundum se« × »propter passionem febrilis caloris faciliter moriuntur.«

f. 320ᵇ Versus varii morales.

f. 321ª—322ᵇ Notae de novem filiis diaboli et de antichristo.

528 *III. G. 3.* (*Y. I. 1. n. 136.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 108 num., 21×16 cm. 2 m.

f. 1—51b **Albertani Brixiensis Liber de amore et dilectione dei et proximi et aliarum rerum et de forma vitae** ad Vicencium filium. »Inicium mei tractatus sit in nomine domini« × »Explicit liber etc. ut supra, quem Albertanus causidicus Brixiensis de ora s. Agate compilavit ac scripsit, cum esset in carcere . . . a. 1238 de mense Augusti in die s. Alexandri . . . (rubr.) Explicit expliciat etc.«

f. 52a—106b **Dominici Hispani Summa dictaminis.** »Omne datum optimum et omne donum perfectum« × »sigillis duximus roborandum. Datum.« (Epistolas summae huius accurate enumeravit Wattenbach in Pertz Archiv X p. 660.)

f. 107b—108a Notae de minutione sanguinis et de missa periculisque circa eam occurrentibus (si aranea ceciderit in calicem etc.).

In scheda fol. praelig., in qua notata est signatura Y. I. 1. n. 136, cerussa adscriptum est nomen (possessoris?) mag. Simonis de Rokyczana. In eodem fol. verso occurrit registrum operis Albertani. Codicem hunc recens. Schulte, Canon. Hdschft. p. 48.

529 *III. G. 4.* (*Y. II. 6. n. 11.*)

chart. saec. XVII ff. 94 num., 21×16 cm. d. m.

Vitae quorundam patrum S. J. et aliorum, quorum series in f. 1a sic notatur: **Alphonsi Rodriguez, Philippi Nerei, Bernardini Realini, Bernardi Colnagi, Friderici Breiner, Mastrilli, Mariae Bonaventurae, Mariae Magd. de Pazzis, Hieronymi Cignardi, Marinae de Escobar, Julii Mancinelli, Ludovici de Ponte, Francisci Suarez, Gabrielis Vasquez, Georgii Scherer, Francisci de Mendoza, Petri Ximenez, Martini Olavii, Josephi Anchietae, Leonardi Lessii, Georgii Alvarii (Stanislai Brudzinski).**

In fine fol. vacuo adglutinata sunt vota specialia cuiusdam patris S. J. a rectore aut probata aut prohibita.

530 *III. G. 5.* (*Y. I. 2. n. 122.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 119 num., 21·5×16 cm. d. m..

f. (I—IIb n. n.) Registrum operis subsequentis.

f. IIb et 1—84b **(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis.** (Incipit prologus) »Veritatis theologice sublimitas« × »merita excipiet sine fine. Amen. Finito libro etc.«

f. 85a—87a Notae de sacramento altaris.

f. 87b **Vita s. Clarae Assisiatis.**

f. 88a—99a **Auctoritates philosophorum de rebus naturalibus** (initio ut videtur mancae).

f. 99a—116a **(Honorii Augustodunensis) Elucidarium.** »Sepius rogatus a discipulis« × »omnibus diebus vite tue Amen.«

f. 116a—119b **Vitae sanctorum quorundam** (Osvaldi regis, Eucharii, Valerii, Materni, Servacii episc., Odalrici episc., Ruperti episc., Corbiniani

episc., Alexandri pape, Timothei mar., Radegundis, Demetrii, Mauri, Goaris, Luciae, Bonifacii). Cf. Pertz Archiv X p. 662.

Vetus sign. A, 22.

531 *III. G. 6.* (*Y. II. 4. n. 47.*)

chart. saec. XV ff. 171 (num. 181, sed num. 50—59 omissi), 21·5×16 cm. d. m. In operculo super. hic titulus manu saec. XV scriptus est: »Tractatus mag. Stephani Palecz et alii multi et diversi diversorum magistrorum.«

f. 1a—3b (rubr.) **Consilium et conceptus doctorum theologiae universitatis Pragensis de materia discordiae cleri regni Bohemiae.** (Palacký Documenta p. 475.)

f. 4a—4b **Consilium et conceptus magistrorum de parte Hus contra consilium doctorum** (ibidem p. 491).

f. 5a—6a **Consilium facultatis theologicae** (ibidem p. 486).

f. 6a—7a **Consilium cuiusdam inimici veritatis contra Hus** (in margine occurrit nomen particula folii abscisa mutilum: »Geor. . . B. . .«, quod habentes rationem indicis, in quo appellatur Georgius Bota, restituimus: **Georgii de Bora**). (Cf. ibidem p. 501.)

f. 7b—8b **Articuli dati per Zbynconem** (rubricator: Swinconem) **archiepiscopum contra mag. Johannem Hus** (ibidem p. 164).

f. 9a **Supplicatio cleri facta papae contra M. Johannem Hus.** (Palacký Documenta p. 460.)

f. 9a—10b **Johannis Hus Sermo contra falsas indulgentias et erectionem crucis.** »Pax Christi et fortitudo« × »et beatorum Petri et Pauli etc.« (Edit. Norimb. 1558, I, 189.)

f. 10b—11a **Mag. Jacobi de Misa (Jacobelli) Consilium de pacificando regno.** (Palacký ibidem p. 493.)

f. 11b—12b **Johannis Hus Epistola directa mag. Cristanno protunc rectori** (Palacký ibidem p. 57).

f. 12b—13b **Johannis Hus Responsio finalis** (ibidem p. 60).

f. 13b—15b **Eiusdem tres epistolae mag. Cristanno directae.** (ibidem p. 55, 62, 54.)

f. 16a—21b **Mag. Stephani Palecz Tractatus »gloriosus« (contra Joh. Hus,** qui scripta sua de bullis indulgentiarum decano facult. theol. dare recusavit) (Edid. Loserth, Archiv f. öst. Gesch. Bd. 75 p. 333).

f. 22a—60b (rubr.) **Mag. Stanislai (de Znojma)** (atram. superscriptum: **vel M. Stephani Palecz) Replicatio contra opinionem et motiva Wyklephistarum** (atram. additum: et presertim Johannis Jessenicz doctoris). »Alma et venerabilis facultas theologica« × »aut scandaloso errore pronunciabit.« (Edid. idem ibidem p. 361.)

f. 62a—74b **Johannis Hus Responsio ad Replicationes mag. Stephani Palecz.** »Quia mag. Stephanus Palecz« × »et fictor cum suis adherentibus debent sequi etc.« (Edit. Norimb. 1558, I, 255 sq.)

f. 75a—116a **Idem »contra dicta mag. Stanislai« (de Znojma).** »Iam restat ad scriptum mag. Stanislai« × »repeticionibus frequentibus sunt conscripta.« (edit. ibidem I, 265 sq.)

f. 116b—168a **Idem »contra scriptum octo doctorum facultatis theologicae«.** »Superest octo doctorum« × »quod in principio est solutum.« (Sequuntur doctorum nomina alia manu adscripta.) (Edit. ibidem I, 292 sq.).

f. 168b—170a **Articuli 45 »de libris Johannis Wycleff doctoris evangelici indebite extracti.«** (Hardouin VIII, 299.)

f. 171a—181b **Mag. Stanislai (de Znojma) Replicatio contra replicationem M. Johannis Hus.** »In secunda parte superius memorati scripti« × »s. romane ecclesie ad presens sufficiant.« (Est II. pars Replicationis f. 22a—60b a Loserth l. c. editae.)

Opusculorum in fine codicis evulsorum titulos vide in membrana operculo super. adligata. In operculo infer. duae notae historicae occurrunt ad a. 1420 spectantes: I. »In Wyssegrado tempore obsidionis comesti sunt equi 136 et multi homines fame perierunt.« II. »Johannes de Bydlin Johannes Smolinus fundatores Thabor«, quibus codex ante hunc annum exaratus esse probatur. In catalogo Rudnicensi sign. est P, 6 (Nationis).

532 *III. G. 7.* (*Y. III. 4. n. 73.*)

chart. saec. XV ff. 220, 22 × 15·5 cm. 1 m.

Sermones de sanctis cum eorundem vitis et raris glossis bohemicis. (De s. Adalberto) »Ego sum vitis vera . . . Cum dominus Christus« × (de exalt. crucis) »ante istum sermonem.« Additae sunt:

f. 210 —220b **Interpretationes nominum sanctorum.**

Operculis adligata sunt fragmenta membran. Missalis saec. XII—XIII notis musicis instructi. In priori notatur possessor saec. XV »Mathias de Gehnyedno«.

533 *III. G. 8.* (*Y. II. 3. n. 70.*)

chart. saec. XV ff. 178 num. (recte 187), 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1—40b **Mag. Johannis Rokyczanae Tractatus de existentia corporis Christi in sacramento adversus tractatus sacerdotum Taboriensium in synodo Cutnensi a. 1443 propositos et apologia contra Nicolaum de Pelhřimov.** »Hereses ipsas licet utile sit in dei ecclesia esse« × »carni unite reficitur. Hec Lira.« (Sequitur nota excerpta ex Altissiodorensi. Cf. Höfler Script. hus. II, 830 et Nejedlý, Prameny k synodám (1900) str. 24 et 116.)

f. 40b—35b (sic) **Mag. Petri Payne Anglici Pronunciatio arbitraria inter sacerdotes Pragenses et Taborienses anno 1436.** (Höfler Scriptores II, 705.)

f. 36a—66a **Dialogus inter V. et M. de purgatorio.** »Circa peticionem pro peccatoribus« × »in sola opinione hominum consistit. Et tantum de illo. (alia manu additum) Nota. Quidam abbas Cluniacensis anno d. (lacuna) instituit missam defunctorum in crastino Omnium sanctorum. Hec in Floreto t. Mors.«

f. 66b—73b **Tractatus de offertoriis.** »Offertoria nunc usitata laycis est illicitum ponere super altaria« × »offertoria ex hac scriptura ampliare volencium etc.«

f. 74a—93a **Gregorii de Heimburg Apologia contra Laelium Theodorum episc. Feltrensem et tractatus de potestate ecclesiae Romanae** (Goldast Monarchia II, 1604). (Ad calcem) »Anno **1467** ante natalia domini.«

f. 94a—96a **»Compilacio doctorum autenticorum contra organa moderna in ecclesia usitata.«** »Videatis, quanta cecitas« × »male facta corrigere. Hec ille.«

f. 97a—101a **M. Johannis Hus Quaestio, utrum lex Christi per se sufficit ad regimen ecclesiae militantis.** »Cum sapientum requirat condicio« × »modo libet declinemus. Amen.« (Edit. Norimb. 1558, I, 44.)

f. 101a—103b **»Ordo procedendi in causa M. Johannis Hus per ipsummet signata«** (Höfler, Scriptores I, 290).

f. 103b **Sigismundi regis Retractatio salvorum conductuum in concilio Constantiensi.** (Palacký Documenta p. 543.)

f. 103b—104a **Litterae concilii Constantiensis, quibus Hieronymus de Praga ad concilium citatur**, datae 12. apr. 1415 (ed. Hardt IV, 119 »datae 17. apr.«),

f. 104a—110b **Mag. Simonis de Tissnow Quaestio in quodlibeto a. 1416,** »utrum pro reformanda in ecclesia Christi unione necesse est clerum abrenunciare omnibus, que possidet«.

f. 111a—137a **M. Johannis Rokyczanae Sermones ad clerum** (primus a. 1453 tempore aestatis habitus).

f. 137b—143b **Tractatus probans »in evangelisacione coram populo communi licere caritative maliciam cleri arguere.«** »Et videtur quod non« × »per omnia argumenta, que in oppositum sunt adducta« (= **Joh. Hus Quaestio de arguendo clero**; edit. Norimb. I, 149).

f. 143b—144b Notae de malis praelatis.

f. 145a—157a **M. Johannis Hus Tractatus contra adversarium occultum** et impugnatorem vel inquisitorem. »Quia predicando evangelium« × »sed non ex proprietatibus personarum . . . . Explicit tractatus M. Joh. Hus contra adversarium occultum et contra defensorem sacerdotum malorum« . . . . (ibidem I, 135).

f. 158a—173b **M. Jacobelli (Jacobi de Misa) Tractatus contra usuram.** »Licet usura in bona significacione accipiatur« × »christianis quam Judeis. Amen.«

f. 174a—178a (anepigr.) **Tractatus de natura seu qualitate hostiae consecratae.** »Cum secundum b. Augustini sentenciam« × »terminus a quo huius questionis.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis saec. XIV, quo continebatur »Summa dictaminis mag. Poncii de« . . . (cetera erasa sunt). Vetus sign. A, 36.

534 *III. G. 9.* (*Y. II. 4. n. 61.*)

chart. saec. XV ff. 146, 22 × 15·5 cm. 1 m.

f. 1—70b **Mag. Jacobi de Misa (Jacobelli) Tractatus de communione sub utraque specie adversus doctorem Andream de Broda.** »Premissis posicione scolastica et tractatulo« × »sit in eo laus et gloria deo in secula sec. Amen. (rubr.) Explicit tractatus mag. Jacobelli improbans dicta

doctoris Brod tractans de communicacione sub utraque specie.« (Edid. Hardt III, 416 sq.)

f. 71ᵃ—93ᵃ (rubr.) »Incipit **Tractatus mag. Nicolai de** Drazna (sic pro **Drážďan) de communicacione sub utraque specie.** (atram.) Prima conclusio. Christus post cenam« × »hoc ibi concordat supra in 4 art. 5 conclusione.« (Tractatus hic apud Hardt III, 586 sq. attribuitur **M. Jacobello).**

f. 93ᵃ—94ᵃ »**Condemnacio concilii Constantiensis (communionis sub utraque) XV. iunii a. 1415**«. (ibidem p. 647 sq.)

f. 94ᵃ—98ᵃ **(M. Jacobelli) Tractatus de sanguine seu contra invocationem brachii saecularis.** »Nescitis, cuius spiritus estis« × »illic et minister meus erit. Amen. (rubr.) Explicit tractatus tractans de sanguine« (ibidem p. 648 sq.).

f. 99ᵃ—142ᵇ **Mag. Nicolai de** Drazn (recte **Drážďan) Tractatus de usura.** »Incipit tractatus tractans de usura. Species usure sunt due« × »audacius loqui. Hec autem ad presens dicta sufficiant. Explicit tractatus mag. Nicolai de Drazn tractans de usura.«

f. 142ᵇ—146ᵃ (alia manu) **(Jacobi de Misa) Tractatus de communione spirituali sacramentali integra sub duplici forma panis et vini communitatem plebium concernente.** »Salvator noster . . . in cena sua novissima« × »sanguinem sub forma vini.« (De auctore cf. cod. I. E. 29. f. 31.)

Vetus sign. F, 9.

535 *III. G. 10.* (*Y. II. 5. n. 38.*)

chart. a. 1397 ff. 142 num., 21·5 × 15 cm. 2 m.

f. 1—4ᵇ Quaestiones philosophicae variae.

f. 5ᵃ—30ᵇ (anepigr.) **Johannis Wiclif tractatus de materia et forma.** »Cum materia et forma sint universalia« × »aliquam essenciam preter deum.« (Edid. Dziewicki p. 163 — cf. notam infra.)

f. 31ᵃ—69ᵇ **Eiusdem Tractatus de tempore.** »Capitulum primum supponendo tempus esse declarat« × »subtrahendo ab eo oracionis suffragia.«

f. 70ᵃ—104ᵇ **Eiusdem Tractatus de universalibus.** »Libellus de universalibus continet 15 cap.« × »et sic loquitur 4⁰ phisic. tractatu de tempore, quod idem est.«

f. 105ᵃ—116ᵇ **Eiusdem Replicatio de universalibus** »Presentem agrediendo replicacionis materiam« × »nec depictus est rex. Explicit replicacio de universalibus, quam si quis bene conspexerit, videbit multo meliores raciones pro eisdem quam contra eadem, prime enim directe procedunt, alie vero cum extraneis cavillacionibus.« (Ed. Dziewicki p. 129 sq — cf. notam infra.)

f. 117ᵃ—118ᵃ Quaestiones philosophicae.

f. 119ᵃ—137ᵇ **Johannis Wiclif Tractatus de ideis.** »Tractando de ydeis primo oportet querere« × »creatura habet ydeam propriam in deo. Explicit tractatus de ydeis . . . a. d. **1397** finitus est liber iste in fer. III ante ascensionis . . . g. b. q.«

f. 138ᵃ—142ᵇ **(Johannis Hus?) Quaestio »utrum materia nunc sub una forma substanciali et nunc sub alia existens sit informis«** (sed

finis discrepat a fine quaestionis eiusdem VIII. G. 6. f. 84). Sequuntur quaestiones aliae.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam cod. saec. XIII argum. philos. Chartam hanc totam cum suis titulis descripsit Dziewicki in edit. J. W. Miscellanea philosophica. Vol. I, London 1902 p. LXX.

536 *III. G. 11.* (*Y. II. 3. n. 68.*)

chart. saec. XV ff. 286 num., 21·5 × 15·5 cm. 3 m.

f. 1—27ᵇ **Johannis Wiclif Pastorale.** »Cum duplex debet esse officium« × »nostri domini regis regum. Explicit pastorale domini Linconiensis. (Alia manus superscripsit:) Evangelici doctoris Wykleff.«

f. 27ᵇ Registrum operis praecedentis. »Et sic est finis huius Raistri.«

f. 28ᵃ—50ᵇ **Eiusdem Conclusiones XXXIII** (cum conclusione de vita clericorum et registro). »Christus deus noster« × »in sua conversacione diligencius observare.«

f. 50ᵇ—51ᵇ **Origenis Epistola.** »Quidam eorum, qui libenter habent criminari« × »Explicit epistola Origenis.« Sequitur excerptum ex Chrysostomi libro de reparatione lapsi.

f. 52ᵃ—53ᵇ (anepigr.) **Johannis Wiclif Recommendatio gradus assumentium.** »Dominus vobiscum« × »cum corpore resumendam.« (Ed. Loserth Sermones mixti).

f. 53ᵇ—55ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Exhortatio cuiusdam doctoris.** »Labora sicut bonus miles« × »dominus veritatis.«

f. 55ᵇ—56ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Detectio perfidiae sectarum antichristi.** »Paulus docet« × »est questio ventilata.«

f. 56ᵇ—60ᵃ **Eiusdem Tractatus de novis ordinibus monachorum.** »Secundum apostolum ad Eph.« × »cognoscere ex scriptura. Explicit tractatus de novis ordinibus monachorum.« (Edid. Buddensieg, Wiclifs Streitschr. p. 317.)

f. 60ᵃ—61ᵇ **(Eiusdem) Scriptum de fratribus ad scholares.** »Subito aurugine prima« × »suorum actuum continet. Explicit quoddam scriptum de fratribus ad scolares.«

f. 62ᵃ—69ᵇ **Eiusdem Speculum dominorum saecularium.** »Cum veritas fidei« × »contra has sectas concorditer invehendum. Explicit spec sec. dom.«

f. 69ᵇ—85ᵇ **Eiusdem Sententia de incarcerando fideles post 44 dies propter excommunicationem.** »Cum prelati contencionum × »et sic de consimilibus. Explicit tractatus de incarcerando etc. u. s.«

f. 86ᵃ—86ᵇ Quaestio ad fratres de sacramento altaris. De personarum acceptione. De liberalitate.

f. 86ᵇ—89ᵇ (anepigr.) **Johannis Hus Solutio trium dubiorum.** »Quia dubitantibus sanum est consulere« × f. 141ᵇ »abscondita tenebrarum.«

f. 89ᵇ—99ᵇ Epistola narrans »**Gesta cum Richardo Wycz (Whyche) presbytero in Anglia**«. »Reverende domine« × »quod facient diem sollempnem. Amen.« (edita in The English Hist. Review 1890).

f. 99ᵇ—109ᵇ Sermo super »Unde ememus panes«.

f. 110ᵃ—111ᵇ Exhortatio et notae quaedam theologicae.

f. 111ᵇ—112ᵃ »Episcopus Gwido in Racionali« (Expositio orationis dominicae).

f. 112a—141a (anepigr.) **Johannis Wiclif Sermones aliquot,** quorum unus f. 122b contra cruciatam (Edid. Loserth in Serm. IV.).

f. 142a—146a **(Eiusdem?) Tractatus contra simoniacos et ambitiosos.** »O curas hominum« × »se pulverem recognoscat.«

f. 146a—147b **Richardi episcopi Cantuariensis Querela de illis, qui clericos impune occidunt.**

f. 147b—148b »Episcopus venator arguitur.«

f. 148b—153b **M. Johannis Hus Disputatio contra Johannem Stokes.** »Cum quilibet homo racione vigens« × »in heresim involvetur. Explicit hoc totum, cuius est, non sit tibi notum.« Quae sequuntur, scripta sunt altera manu.

f. 154a—160a **(Johannis Wiclif) Tractatus de septem donis spiritus sancti.** »Cum spiritus sit tercia persona trinitatis« × »multipliciter prophetavit.« (Edid. Buddensieg, Wiclifs Streitschr. p. 199.)

f. 160a—160b Notae de eadem materia cum oratione in fine.

f. 160b—170b **(Johannis Wiclif) Responsiones ad 18 argumenta Radulphi de Strode.** »Quia secundum philosophum« × »discrasie tocius ecclesie causativi.«

f. 170b—174b **(Eiusdem) Tractatus de diabolo et membris eius.** (Inscriptio:) »Nemo dampnatur, nisi fuerit dyabolus incarnatus.« »Fertur quendam fratrem« × »de ecclesia Jesu Christi.« (Buddensieg, Wiclifs Streitschr. p. 355.)

f. 174b—178b (Inscriptio:) **(Eiusdem) »Tractatus de magisterio«.** »Cum sciencia inflat« × »sicut fecerant pharisei«.

f. 178b—190b **(Johannis Wiclif) Expositio Matth. cap. XXIII.** »Cum sapiencia dei patris« × »perfidis sine fine.«

f. 190b—201a **(Eiusdem) Expositio Matth. cap. XXIV.** »Quia evangelium istud« × »sit melius intellecta.«

f. 201a—208b **(Eiusdem?) Tractatus de religione privata prior.** »In materia de religione privata« × »reverendi monachi supradicti« (Buddensieg l. c. p. 483).

f. 208b—220b **(Johannis Wiclif) Tractatus de apostasia (= Summae lib. XI).** »Restat ulterius ponere« × »propter securitatem religionis.« (Non est integer, cf. III. F. 11).

f. 220b—223a **(Johannis Wiclif) Tractatus »de solucione Sathane post mille annos.«** »Quantum ad obiectum fratrum« × »fidei lucem veram«. (Edid. Buddensieg l. c. p. 385.)

f. 223a—227a **(Johannis Wiclif) Tractatus de vaticinatione.** »Cum secundum sanctos« × »perturbacio ecclesie sit sedata.«

f. 227a—230b **(Eiusdem) Tractatus de condemnatione 19 conclusionum.** »Cum secundum apostolum« × »in evangelica paupertate.«

f. 230b—233b **(Eiusdem) Tractatus de forma iuramenti Arnoldi de Granario.** »Hec est forma iuramenti« × »postquam fuit gracius repetita.«

f. 234a—238a **Eiusdem Tractatus de confessionibus.** »Duo sunt sacramenta« × »constancius confiteri. Explicit tractatus de confessionibus editus a mag. Johanne Anglico.«

f. 238b—250a (anepigr.) **Johannis Wiclif Tractatus de fide catholica.** »Suppositis dictis de fide« × »confederacionem Christi et dyaboli stabilire.«

f. 250a—260a **(Johannis Wiclif) Tractatus de perfectione statuum.** »Cum viantes et fratres« × »fidem populo predicantes.« (Edid. Buddensieg l. c. p. 441.)

f. 260b—263a (anepigr.) **Eiusdem Sermo quidam.** »Significavit deus« × »sacerdos sanctissimus sine papa«. (Ed. Loserth Serm. IV.)

f. 263a—264b **(Stephani de Páleč?) Quaestio de absolutione a poena et a culpa.** »Circa hanc epistolam dubitatur« × »indulgencia sit concessa«.

f. 264b—271b **(Johannis Wiclif) Sermones duo** super »Ecce ego Johannes vidi angelum« et »Convertimini ad me« **(adversus indulgentias).** Ed. Loserth ibidem.

f. 271b—285a (anepigr.) **Johannis Hus Tractatus contra adversarium occultum.** »Quia predicando evangelium« × »ex proprietatibus personarum.«

f. 285a—286a (anepigr.) Sermo in fine mancus, incipiens: »Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa.«

Codicem nostrum recensuit Buddensieg, Joh. Wiclifs lat. Streitschriften, Leipzig 1883, praef. p. LI, qui registrum contentorum in membrana praeligata manu saec. XV exaratum descripsit. Sed registrum hoc non est integrum. In constituendis titulis opusculorum Wiclificorum magna ex parte anepigraphorum hanc editionem Buddensiegianam secuti sumus. Cf. etiam Loserth praef. edit. Tractatus de eucharistia London 1892 p. LXVI et edit. Sermonum IV p. XI. Vetus sign. A, 2⁰.

537 *III. G. 12.* (Y. I. 2. n. 3.)

chart. saec. XIV—XV ff. 193 num., 21·5×16 cm. d. m.

f. 1—46b **Hymni ecclesiastici cum expositione latina et interpretatione bohemica interlineari. (Hymny církevní latinské s mezi-řádkovým překladem českým.)** (Hanuš, Dodavky I, 6, cf. cod. XI. D. 1.)

f. 47a—48a Hymni aliquot sine interpretatione.

f. 48b Notae medicae.

f. 49a—66b **Bernardi (Morlanensis) Liber de contemptu mundanorum et caelestium appetitu cum expositione.** (Incipit expos.:) »Omnia mortalia minuuntur.« (Incipiunt versus:) »Cartula nostra tibi« × »Hoc tibi det munus, qui regnat trinus et unus.«

f. 67a—83a **Theobaldi Physiologus de naturis 12 animalium cum expositione.** (Incip. expos.:) »Nota. In principio« (Incip. versus:) »Tres leo naturas et tres habet inde figuras« × »Cui si non alii placent metra thebaldi (sic)«.

f. 84a—160b **Raymundi de Pennaforte ord. praed. Summa ex diversis libris iuris canonici et sententiis compilata et (ab Adamo quodam) versificata cum commentario.** (Incip. comment.) »Cecus et claudus.« (Incipiunt versus:) »In summis festis ad missam dicitur una« × »quam cum alia. Et in hoc terminatur optimus liber.«

f. 161a—167b Notae variae theologicae et computisticae.

f. 168ᵃ—193ᵇ **(Johannis de Garlandia?) Liber quinque clavium sapientiae cum expositione.** (Incip. expos.) »Philosophus dicit 2° Ethicorum« (Incipiunt versus:) »Utilis est rudibus presentis cura libelli« × »ocia querit. Et in hoc terminatur exposicio quinque clavium, pro quo sit laus et gloria deo.« (De auctore cf. cod. X. F. 24 f. 67.)

De hoc codice imprimis de hymnis prolixius disserui in Věstník Č. A. 1898 p. 521. Vetus sign. F, 15.

538 *III. G. 13.* (*Y. I. 2. n. 12.*)

chart. a. 1444 ff. 188 num., 21×15 cm. 1 m.

Alani de Insulis Anticlaudianus ex parte commentario et glossis bohemicis instructus, subsequente compendio eiusdem operis.

f. 1ᵃ (Prologus) »Cum fulminis impetus vires suas expendere dedignetur«. f. 4ᵃ (Praefatio) »Autorum mendico stilum falerasque poete«. (Cap. 1) »Ut sibi iuncta magis« × f. 171ᵃ »Supplantare novas saltem post fata silebit. Explicit Antilogus Claudi-feliciter-Ani, f. 171ᵇ Quem contra Claudi-facit-Anum doctor Alanus etc. Hic est hic heres, quod eum non aufferat etas. Anno d. 1444 nema nemalos (= amen solamen).

f. 172ᵃ—188ᵃ **Compendium Anticlaudiani** »Magister quondam Alanus in multis scienciis peritus« × »in altum captivam duxit captivitatem, qui vivit et regnat etc.«

In fol. ultimo non num. inter varios lusus calami occurrunt formae medicae bohemicae »Czrwena lebedka«, »konssky styewyk«.

539 *III. G. 14.* (*Y. I. 2. n. 4.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 125 num., 21×15 cm. d. m.

f. 1—100ᵃ **Alani de Insulis Anticlaudianus cum expositione marginali et interlineari.** »Auctoris mendico stilum« × »saltem post fata silebit. Explicit Prdyclaudianus sive Anthiclaudianus de Anthiruffino.«

f. 100ᵇ Prologus operis praecedentis.

f. 101 Notae variae.

f. 102ᵃ—120ᵃ **(Matthiae cuiusdam?) Commentarius in computum ecclesiasticum versificatum (Johannis de Sacrobosco?)** »Fecit deus duo luminaria magna« × f. 120ᵃ »apposui fini huius commenti tabulam, quam cepi a. d. 1367 . . . Explicit comentum ecclesiastici Mathie de et cetera« (sic).

f. 120ᵃ—125ᵇ (anepigr.) **Commentarius in librum, qui vocatur Incensio punctalis vel Judaicus computus.** »Luna est solis emula« × »quod premisit auctor in principio libelli dicens: ipsius ars etc. deo gracias, et sic est finis.«

Dimidium fol. ultimum abscissum est. Item deest inter ff. 3 et 4 folium unum. Titulus »Judaicus computus« notatus est in operculo superiori. Saec. XV codex erat plebani cuiusdam, qui expensam et acceptam pecuniam in libro passim annotavit. Ibidem nominantur villae Nemoyow, Swynna, Sobkow.

540 *III. G. 15.* (*Y. I. 2. n. 11.*)

chart. saec. XV in. ff. 108, 21·5×15·5 cm. 1 m.

Q. Horatii Flacci Epistolae cum uberrimo commentario.

f. 1ᵃ (Incipit comment.) »Prima dic. Pro introduccione huis libelli Oracius« × f. 108ᵃ (Explicit comment.) »Hortatur ad virtutes, per quas sicut per scalam pervenitur ad regnum dei, quod regnum nobis divina gracia tribuat in sec. sec. Amen. Et sic est finis huius.«

In fronte fol. 1 manu recentiori notatur a. 1443. Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis saec. XIV argum. grammatici. In operculo infer. occurrunt lusus calami bohemici saec. XVI.

541 *III. G. 16.* (*Y. II. 4. n. 65.*)

mixt. saec. XV ff. 165 num., 21·5×15·5 cm., d. m.

f. 1ᵃ »Registrum generale in hoc libro conscriptorum.«

f. 1ᵇ—3ᵇ (membran. anepigr.) **Memoriale de schismate cardinalibus directum a. 1409** (Edid. Höfler, Script. II, 134).

f. 4ᵃ—8ᵃ (abhinc chart.) **M. Jacobi de Misa Auctoritates de communione spirituali et sacramentali integra sub duplici forma panis et vini communitatem plebium concernente** (in registro additur:) **de pariete Betleem.** »Salvator noster« × »et sanguinem sub forma vini. (cf. cod. I. E. 29 f. 31 et III. G. 9. f. 142ᵇ sq.)

f. 8ᵇ—15ᵇ **M. Johannis Hus Scripta in carcere: De cognitione dei, de matrimonio, de tribus hostibus, de poenitentia, de sacramento corporis et sanguinis domini** (fer. III post Oculi), **de mandatis dei.** (Edit. Norimberg. f. 29 sq.)

f. 15ᵇ Johannis Wiclif: »Quare imperatoris Constantini festum non colitur« (Excerptum ex libro de potestate papae).

f. 16ᵃ—19ᵃ **B. Bernardi ad Henricum Senonensium archiepisc. de fuga praelationis epistola.**

f. 20ᵃ—21ᵃ Fragmentum orationis cuiusdam ad studium impellentis, carens initio et fine.

f. 22ᵃ—24ᵃ **S. Augustini Epistola ad Honoratum episc. de oboedientia.**

f. 25ᵃ—26ᵇ et 31ᵃ **Martina z Tišnova List k Píseckým proti novotám náboženským** (s tímto nadpisem: »Hec litera oblata est capitaneo, mag. civium et consulibus iuratis civitatis Piescensis et est lecta publice in ambone dom. Judica a. **1428**«).

f. 27ᵃ—28ᵃ »Articuli 21 qui dicuntur et efficiuntur teneri a Romana curia et adherentibus eidem.«

f. 28ᵇ—30ᵃ Auctoritates (s. Hieronymi et Bernardi) contra haereticos.

f. 30ᵇ—32ᵃ et 165 **Laurentii de Březová Chronicae in compendium redactae fragmenta.** (Cf. Fontes rer. boh. V, praef. p. XXXVII).

f. 32ᵇ Notata de oboedientia papae.

f. 33ᵃ—35ᵇ (anepigr.) **Johannis Wiclif Tractatus de forma iuramenti Arnoldi de Granario** (idem atque III. G. 11 f. 230ᵇ).

f. 35ᵇ **»Supplicacio cleri facta pape contra M. Johannem Hus«** (edid. Höfler, Script. II, 204 et Palacký Documenta p. 460).

f. 36a—39a **Johannis Wiclif Tractatus de Christo et suo adversario Antichristo cap. 11—15.**

f. 39b—40a **M. Johannis Hus »Sermocinacio scripta et publice predicata contra indulgencias pape falsas et erreccionem crucis.«** (carens fine. Edit. Norimb. 1558, I, 189b—190a).

f. 40a—40b **(Forma litterarrum, quibus Bohemi ad observanda compactata sese obligarent,) »Pragae oblata per legatos a. d. 1436 in festo s. Andree«.** »Cum in littera executoria compactatorum . . . ita contineatur, nos Alsso, gubernator regni Boemie« × »et doctrina ecclesie sane intellectis.«

f. 41a—41b **Breve chronicon Bohemiae usque ad a. 1419.** (Edid. Höfler Script. I, 3).

f. 42a—47a **Johannis Hus Sermo ad clerum super »Beati oculi, qui vident.«**

f. 47b—49b **Promulgatio IV articulorum Pragensium.** »Nos magistercivium, consules et scabini« × »paratissimos exhibemus. Datum Prage **a. d. 1420.**«

f. 50a—56b **M. Johannis de Příbram Tractatulus de usura.** »Quoniam circa contractus« × »et aque modice perfusio.«

f. 57a—58b **»Tractatus de communione eucaristie contra Wycleffistas.«** »Homo quidam fecit cenam magnam« × »et hec visio est beata cena in futuro, ad quam etc.«

f. 58b—61a **Tractatuli »de hypocritis simulatoribus sanctitatis alias Begardis«, de fato, de fide.**

f. 62a—62b **»Quatuor articuli legis divine, pro quibus Boemi se opposuerunt et optant audienciam generalem.«**

f. 63a **Summa compactatorum.** »Ex compactatis ista habentur«. (Sequuntur 13 articuli.)

f. 63b Nota de rege Georgio et congregatione a. 1462 die III post Laurentii habita.

f. 64a—65b **M. Jacobi (de Misa) Epistola pro communione infirmorum.** »Universis Christi sacerdotibus × »tocius eukaristie domini inter fideles.«

f. 66 **Sigmunda krále list p. Haškovi** (rubr.: Copia litere Sigismundi regis Ungarie pro domino Hasskone) daný v Placencí v neděli před sv. Matějem l. **1431.**

f. 67a—68a **Statuta synodi habitae Pragae 7. Jul. 1421.**

f. 69a **Querimonia cleri archiepiscopo Pragensi contra M. J. Hus (a. 1408).** Ed. Höfler, Gesch. II, 143 et Palacký Doc. 153.

f. 69b—71b **M. Johannis Hus Responsio ad eandem.** (Edid. Palacký Docum. p. 153.)

f. 72a (rubr.:) »Pro prima legacione.« (Atram.) **Concordata in Egra cum legatis concilii,** »antequam illuc exivimus«, cum notis bohemicis in fine.

f. 72b (rubr.:) »Pro alia legacione.« **Bulla concilii Basiliensis data VIII kal. Sept. 1437. Bulla Eugenii IV papae de translatione concilii data Bononiae 1437** cum notis aliquot bohemicis.

f. 73a—74b **Petri de Uniczow ord. praed. Revocatio, recognitio et protestatio coram universitate Prag. a. 1417** sabbato ante dom. Oculi. (Ed. Loserth, Hus u. Wiclif p. 296.)

f. 75a—77a **Littera concilii Constantiensis directa Sigismundo regi a. 1416.** (Edid. Palacký Docum. p. 647.)

f. 77a—77b **Sigismundi regis Responsio super praedictam epistolam** (edit. ibidem p. 652).

f. 78 **Johannis papae XXIII sedentis in carcere Epistola missa imperatori Sigismundo 26. maii 1415.** (Hardouin VIII, 361.)

f. 79a **Ivonis episc. Carnotensis Epistola ad Radulphum praepositum Remensem de matrimonio.**

f. 79b **Replica** (partim **Johannis Hus** partim aliorum) **contra indulgentias paparum et cruciatas** (spectans ad tempus Georgii regis).

f. 80a **Johannis Hus Articuli de concordia a. 1413** (Edid. Palacký Docum p. 491).

f. 80a—81a **(Johannis) episc. Lutomyšlensis Responsiones ad articulos supra scriptos m. Johannis Hus** (ed. ibidem p. 501).

f. 82 **Depositio papae Eugenii per concilium Basiliense facta a. 1439.** (Bulla depositionis.)

f. 83 **Dictamen concilii Constantiensis contra Husitas.** »Ordo servandus circa reducendos in regno Bohemie« (ed. Höfler. Script. II, 240).

f. 84a—85a **Richarda Wyche List Husovi poslaný r. 1410.** (Epist. hanc latinam ex alio codice edid. Höfler l. c. II, 210).

f. 86a—87b **Responsio magistri (Johannis Wiclif?) ad 10 quaestiones mag. Richardi Strode.** × »Hec materia est reperta inter cartas mag. Roberti Stonam (?), qui mortuus est in Pisano concilio a. 1409.«

f. 88 **Innocentii papae VII Litterae gratiarum pro Johanne Kbel canonico Pragensi** ad abbates Strahoviensem et Břevnoviensem datae 17 cal. Dec. **1404.**

f. 89a **»De creare mag. Hus.«** »Creare proprie est ex nichilo aliquid producere« etc.

f. 90—91 Notae: de ecclesia, Origenes in decreto.

f. 92a—93a **Johannis Hus Sermo de obedientia.** Item »utrum expedit ecclesie tales particulares obediencias sub voto perpetuo privato preposito etc.«

f. 94a Copia erectionis studii Pragensis (VII idus april. 1348).

f. 94b—95a Copia liberationis studii Pragensis (22. nov. 1392).

f. 95b et 98a **Articuli dati per Sbinconem archiep. contra M. Hus.** (edit. Palacký l. c. p. 164).

f. 97a—98a (rubr.:) **»Concordia inter archiepiscopum et mag. Joh. Hus firmata per concilium regis Wenceslai« (Smíření mezi arcibiskupem a Husem ztvrzené sněmem krále Václava).** Srovnej Jungmann III, 135.

f. 98a **Nota de combustione librorum mag. Wiclif.** (Edid. Loserth, Hus u. Wiclif p. 270.)

f. 98b—99b **Arnesti archiep. Prag. Statuta brevia** a. 1353 (Edid. Höfler, Concil. Prag. p. 2).

f. 100a—104b **Coronae regni Boemiae Satira in regem Hungariae Sigismundum.** (Ed. Höfler, Script. II, 321.)

f. 105a—115b **Tractatus contra articulos Paterinorum.** »Vergente ad occiduum mundo« × »et pascua inveniet, ad que nos etc.«

f. 116 (anepigr.) Sermo de timore dei.

f. 117a—119a Sermones de s. Gallo et de peccato.

f. 119b—125b **Expositio Actuum apostolorum**. »Primum quidem sermonem feci« × »premio consequendo, quod nobis prestet etc.«

f. 126a—127a **Metra super Decretales**: »Summum constitue rescriptum« etc.

f. 127b—128a Notae de iure et eius divisione.

f. 129a—129b et 141a De memoria mortis.

f. 130a—136a Varia excerpta theologica.

f. 136b **Thema mag. Johannis Hus »In omnibus me defectuosum«** etc. (**Sermo synodalis** in fine mancus.)

f. 137a—140a »Iste **Auctoritates** sunt **scripte per mag. Hus in Bethleem in parietibus**« (sub inscriptionibus: creare, credere, remittere, absolvere, obediencia, excommunicacio) (= **de VI erroribus**) fine car.

f. 140 Sermo super »Tu es Petrus« in fine mancus.

f. 141a—149a Sermones tres pro defunctis.

f. 150a—160a S. Bernardi Sermo super »Missus est«.

f. 160a—164b **»Opusculum breve de concepcione virginis Marie.«** »Bonum opus feci« × (f. 163b:) »filium eius ortum patre etc.«

f. 165 Continuatio chronicae Laurentii de Březová (f. 32a).

Codicem quoad Wiclifica recens. Buddensieg Wiclifs Streitschriften praef. p. LVI. Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. codicis saec. XIII argum. grammatici, in quo hae notae occurrunt manu saec. XV scriptae: »In Wyssegrado tempore obsidionis comesti sunt equi ut fertur 136 et multi homines fame perierunt.« »Johannes de Bydlin, Johannes de Smolin fundatores Thabor.« Vetus sign. E, 18.

542 *III. G. 17.* (*Y. I. 1. n. 13.*)

chart. saec. XV ff. 207 num., 22×16 cm. d. m.

f. 1—40b **Gilberti (de Hoylandia?) Commentarius in Apocalypsim.** »Omnes qui pie volunt« × »Hoc exile opus meum, quod ipso domino nostro J. Chr. teste ad sue legis evangelice peregi declaracionem, ecclesie sue sancte reformacionem et adversarii . . . antichristi et omnium fautorum suorum confusionem finalem et destruccionem, quod ipse prestare dignetur« etc.

f. 41a Notae »Contra symoniacos«.

f. 41b **M. Jacobi (de Misa) Epistola »de prediis et potestate coactiva.«** »Pax Christi dirigat corda vestra« × »omnis alia deordinacio. (rubr.:) Mr Jac.«

f. 42a—46a (anepigr.) **Sermo exhortans ad bellum adversus Georgium de Poděbrad, qui a. 1448 Pragam occupavit.** »Thema: Ecce ego constitui te super gentes« × »Domine Sigismunde hunc sermonem pro confortacione populi . . . facietis, et si non per vos, alicui alteri conferte« . . . (Hoc mandatum mancum est particula f. 46 abscissa).

f. 46b—47a **Litterae sacerdotum Taboriensium** (Nicolai de Pelhřimov in Piesek etc.) **evocatorum ad synodum Cutnensem datae a. 1443 ad mag. Joh. Rokycanam.** (Chron. Tabor. ed. Höfler Script. II, 739 et Nejedlý, Prameny 18).

f. 47b—52a Auctoritates theologicae de cantu vulgari in missa (cum nota de sermone Rokycanae a. 1450 super eandem materiam), de peccatis, de praeparatione ad communionem, contra pluralitatem beneficiorum, de simonia.

f. 53a—58b (anepigr.) **Tractatus de daemonio.** »De suggescione autem dyamonie« × »tamquam venena fugiamus. Et sic est finis huius operis.«

f. 59a—61b (anepigr.) **Tractatus de 8 turpitudinibus coniugalibus.** »Hec sunt octo species« etc.

f. 62a—64b »Incipit **Exhortacio mag. Sdeslai ad Arabes, Hebreos de incarnacione Jesu Christi in memoriam felicis regis Wenceslai secundi.** Inquirentibus veritatem« × »genuit itaque virgo deum et hominem modo qui dictus est, cui sit gloria« etc.

f. 65a—107b (anepigr.) **M. Johannis de Příbram Tractatus contra 76 articulos Picardorum.** »Isti articuli sunt Picardorum et aliorum eos sequencium dampnati et reprobati per fideles Bohemorum. Jesus Christus dominus omnipotens« × »utcunque contegendum et defendendum.«

f. 108a—113b Auctoritates de Christo vero deo et Messia.

f. 114 **Articuli, »propter quos M. Johannes Hus est condemnatus,** qui post omnes audiencias sibi finaliter sunt oblati«.

f. 115a—204b **Sermones varii** (ultimus de novo sacerdote).

f. 204b—207b (anepigr.) **Expositio decalogi.** »Non habebis deos alienos coram me« × »intelligenciam scripturarum.«

Vetus sign. L, 1°.

543 *III. G. 18.* (*Y. I. 1. n. 2.*)

chart. saec. XV ff. 205 num., 21·5×15 cm. d. m.

Inscriptio: »Recommendaciones et beneventaciones«.

f. 1a—7a (anepigr.) **Juliani Caesarini cardinalis Oratio ad oratores Graecorum pro unitate habita in concilio Basiliensi.** »Mos est magna laude dignus« etc. (Mansi XXIX, 1235).

f. 7b—11a (anepigr.) **Oratio ad synodum Basiliensem pro Eugenio papa.** »Non vereor, patres« etc.

f. 11a—14a **»Oracio legati pape ad Sigismundum imperatorem.«** »Si quem forte movet« etc.

f. 14b—16a **»Oracio ad imperatorem Pisanorum pro civitate.«** »Dudum serenissime princeps« etc.

f. 16a—20b **»Oracio d. Nicolai d. Manfredi legum doctoris pro Lucensi patria contra Florentinum populum coram Sigismundo Rom. rege recitata Placencie a. d. 1432 die septima februarii.«**

f. 21a—33b **(Juliani Caesarini cardinalis) »Exhortacio ad Bohemos habita in congregacione generali s. concilii Basiliensis«** (Hardouin VIII, 1540 sq.).

f. 34a—35a (anepigr.) **Litterae concilii Basiliensis ad Bohemos datae 15. oct. 1431** (ibidem 1313).

f. 35b—39a **Litterae binae Johannis Nider et Johannis de Mulbrunn a. 1432 datae ad Bohemos cum responsivis.**

f. 39a—45a (anepigr.) Sermo super »Sic vos existimet homo ut ministros Christi.«

f. 45a—48b Sermo in die s. Hieronymi ad clerum habitus. »Si quis forte vestrum« etc.

f. 49a—127b **Orationes in universitatibus italicis, praesertim Patavina, occasione solennium variorum habitae.** (f. 79b »Tradicio insigniorum iuris Jaroslao Pragensi«. f. 100b Lombardi Asiricii (Serici) Epistola et de disposicione vite dialogus ad Petrarcham.)

f. 127b—134b »Oracio de pace.« »Dicto de pace duplici« etc.

f. 135a—136b (deficiente initio anepigr.) Fragmentum orationis cuiusdam ex parte universitatis Pragensis habitae ad legatos concilii Basiliensis.

f. 137a—142a »Oracio Petri de Monte in funere Pauli de Leone.«

f. 142a Epistola Demosthenis ad Alexandrum.

f. 142b—143a Epistola Hannibalis ad Scipionem.

f. 143b—157b »Incipiunt **epistole Leonardi (Bruni) Aretini,** in quarum medio alie plurime **(Collucii Salutati** et aliorum) sunt immixte.«

f. 157b—159a **»Epistola Gasparini Bergomensis ad Martinum V«** (ex Patavino kal. Marc. 1418).

f. 159a—159b **Epistola ad Franciscum Zabarellam cardinalem Florentinum** (Arimina XXV Nov.).

f. 160a—168b Specimina epistolarum variarum, quarum aliquot datae sunt ad eundem Zabarellam.

f. 169a—192a **Sermones tres synodales,** I. super »Perfecti estote«, II. »Sobrii estote«, III. »Posui te in lucem«.

f. 192b—201a Sermo de s. Thoma de Aquino super »Hic est heres«.

f. 202a—205a Epistolae duae humaniora studia redolentes, altera ad regem quendam altera ad ducem data.

544 *III. G. 19.* (Y. I. 2. n. 22.)

chart. a. 1389 ff. 209 num., 22×14·5 cm. 1 m.

f. 1—17b **M. Matthaei (de Cracovia) Tractatus de corpore Christi (= Duellum rationis et conscientiae de communione frequenti).** »Multorum tam clericorum quam laicorum« × »Explicit tractatus de corpore Chr. etc.«

f. 18a—37b **Eiusdem duo sermones synodales** 1) »Dum quid sit predicare in synodo«, 2) »Quid est quod dilectus meus«. (Excerpta ed. Höfler Concil. p. LII.)

f. 37b—92b **B. Bernardi Claraev. Sermones de caena domini.** »Paschalibus dapibus« × »se ipsum nobis concedat Christus, qui etc. Expl. serm. b. B. de cena domini.«

f. 92b—127a **Eiusdem Epistola ad fratres de Monte Dei.** »Miserator et misericors dominus« × »secretum meum michi. Expl. epist. b. Bernhardi ad fr. de M. D.«

f. 127a—129b Eiusdem Sermo »Hora est iam nos de sompno surgere«.

f. 129b—139b **Epistola prioris ad b. Bernhardum cum eiusdem responsione.** »Benignissimo patri« × »maculam non habentem.«

f. 139b—163a (rubr.) »Incipit **Liber supputacionum b. Augustini de** divinis scripturis collectus ad eorum presertim utilitatem, qui vite contemplative sunt amatores.« »Te deum patrem« × »benedico atque adoro, qui etc.«

f. 163a—177b **S. Bernardi Claraev. Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »deum ac dominum glorie, qui etc.«

f. 177b—205b **(B. Bonaventurae) Soliloquium.** »Flecto genua mea« × »in gaudium domini mei, qui etc.« (rubr.:) »Explicit Anselmus (sic!) finitus sabbato die ante festum s. Wenceslay per manus **Bohuncii de Usk Sazemyi a. d. 1389.«**

f. 205b—209b Bullae Clementis papae VI et Urbani papae VI de anno iubilaeo.

Soliloquium supra recensitum non esse Anselmi sed Bonaventurae iam schedula contentorum operculo superiori adglutinata docet.

545 *III. G. 20.* (Y. I. 2. n. 9.)

chart. saec. XIV ex. ff. 39 num., 22·5×15·5 cm. d. m.

f. 1—27b **C. C. Sedulii Carmen paschale.**

f. 27b—29b **Eiusdem Hymnus** incipiens: »Cantemus socii domino« × »gloria magna patri. Explicit ympnus Sedulii fer. V.«

f. 29b—35a **(Hugonis de Verna) Laurea sanctorum** (Calendarium versificatum). »Cum sit necessarium sanctos invocare« × »peccantes protegat. Amen. Finito libro etc. Explicit laurea sanctorum per manus alicuius.« Cf. cod. V. H. 28 f. 47.

f. 35b—39a **(Aviani) Fabulae aesopicae versificatae,** in fine mancae. »Rustica deflenti parvo« × »continuasse cibo« (cetera desiderantur).

Nota in operculo sup. »de libraria nacionis«; ibidem eiusdem librariae sign. K 58 concordat cum cat. Rudnic. p. 190.

546 *III. G. 21.*

chart. saec. XIV—XV ff. 76 num., 22×15 cm. 1 m.

f. 1—10a **(Johannis de Garlandia?) Liber de quinque clavibus sapientiae cum expositione marginali.** »Utilis est rudibus« × »Quinque claves lecto discat preparare zophia. Expliciunt quinque claves.« (De auctore cf. cod. X. F. 24. f. 67.)

f. 11a—28a **Aviani Fabulae cum commentario marginali.** »Rustica deflenti parvo« × »promeruisse necem.« »Explicit Avianus per manus« (sic).

f. 28b—38b **(Hugonis de Verna) Laurea sanctorum cum commentario marginali.** »Cum sit necessarium« × »Finis adest libri, sanctorum laurea dici Qui debet rite etc.« (Auctoris nomen sequitur versibus aenigmaticis velatum.) Cf. cod. V. H. 28 f. 47.

f. 39b—63b **(Henrici Septimellensis Elegia de diversitate fortunae) »Pauper Henricus«.** »Quomodo sedet sola« × »quam morientis amor . . .« (Edid. Leyser, Hist. poet. p. 453 sq.)

f. 64a—67a (anepigr.) **Carmen rhythmicum de utilitate studiorum.** »Laus et honor communis solet evenire« × »ad labores aliquos non aponunt mentes.«

f. 67b—70a **Theobaldi Physiologus cum expositione marginali.** (Opus mancum) »Tres leo naturas« × »similatur iens.«

f. 70b—73a Excerpta ex Doctrinali Alexandri de Villa Dei.

f. 73a—76b Notae variae grammaticae et rhetoricae.

547 *III. G. 22.* (*Y. I. 2. n. 8.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 97 num., 22 × 15 cm. d. m.

f. 1—36ᵃ **Godefridi (Galfridi, Gaufridi) de Vino Salvo Poëtria nova cum expositione marginali et interlineari.** »Papa stupor mundi« × »quantum de iure mereris.« (Edid. Leyser, Hist. poët. m. ae. p. 861.)

f. 36ᵇ—52ᵇ **Warnerii Basiliensis Paraclitus de consolatione peccatorum cum commentario.** »Vir celebris quondam« × »gloria summa deo. Expl. Paraclitus.« (Nomen auctoris huius poëmatis patet ex primis literis versuum in prologo.)

f. 53ᵃ—74ᵇ **Prosperi Aquitani Epigrammata super sententias b. Augustini cum expositione.** (Incip. prologus:) »Ex Augustini sacris epigrammata scriptis« (Inc. epigr.:) »Cum sacris mentem placet exercere loquelis« × »spiritus unus alat. Explicit Prosper per manus meas.« (Initium expositionis est in f. 36ᵃ.)

f. 75ᵃ—97ᵇ **A. M. T. S. Boethii Liber de scholarium disciplina cum commentario** (initiali fol. exciso mancus) × »inquinamenta permanebunt. Explicit Boecius de scholarium disciplina.«

Vetus sign. K, 52.

548 *III. G. 23.* (*Y. I. 2. n. 7.*)

chart. saec. XV ff. 91 num., 22 × 15 cm. d. m.

f. 1—70ᵃ **Casus summarii decretalium.** »Dampnamus. Casus. Pater et filius« × »Sed qui modo facit« (cetera desunt). Cf. Schulte, Can. Hdschr. p. 48.

f. 71ᵃ—89ᵇ (anepigr.) **Tituli psalmorum cum orationibus.** »Incipiunt versus s. Jeronimi presb. de virtutibus psalterii« × »LXXXII canticum psalmi Adaph . . .« (finis operis deest aliquot foliis excisis).

f. 90—91 Notae variae theologicae et lusus calami (ex. gr. »Ach frdeczko, procz tuzyff«).

Vetus sign. K, 27.

549 *III. G. 24.* (*Y. I. 2. n. 18.*)

mixtus a. 1344 ff. 78 num., 22 × 14·5 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—2ᵃ Expositio orationis dominicae.

f. 2ᵃ—3ᵃ Expositio hymni in s. Johannem Baptistam.

f. 3ᵇ—4ᵃ Sermo de confessione (absolutus in f. 52ᵇ).

f. 4ᵇ—51ᵇ **Raymundi de Pennaforti Summa de iure canonico (Summa pauperum** ex libris Raym. extracta). »Philosophus dicit in 1⁰ Ethic.« × »revelare nominaliter. Explicit summa pauperum.« Sequuntur notae.

f. 53ᵃ—74ᵇ **Nicolai de Pyser Compendium confessionis.** »Incipit prologus. Ad utilitatem eorum, qui curam gerunt animarum« × »ex corde pronunciaverit . . . . Explicit comp. conf. compilatum et scriptum a **Nicolao de Pyser a. d. 1344** in vigilia vigilie (sic) b. Marie purificacionis.« Sequitur »Nota. In quibus casibus penitentes mittendi sunt ad episcopum, sicut constituit dom. Philippus legatus terre Slezie.«

f. 74ᵇ—77ᵇ Notae variae theologicae.

f. 78ᵃ Cisioianus.

Codicem hunc Schulte non vidit. Vetus sign. F, 18.

550 *III. G. 25.* (*Y. I. 1. n. 16.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 224 num., 22 × 14 cm. d. m.

f. 1—43ᵇ **Extracta ex Militone (Guilelmi de Militona commentario) super Apocalypsim.** (Post registrum rubr.:) »De pueris non baptizatis utrum videant deum« × »David ab humilitate. Expliciunt extracta Milotonis finita fer. V post conversionem s. Pauli sub a. d. 1195« (sic pro **1395**).

f. 44ᵃ—49ᵃ (rubr.:) »De **infancia salvatoris secundum doctores«** (sed in prologo opus vocatur: **Formula status et vite nostri salvatoris).** »Alpha et o« × »quia vidi dominum, cui est honor etc. Et sic est finis huius tractatus.«

f. 49ᵃ—53ᵇ »Edicio psalmorum« (Origo et intentio eorundem.)

f. 55ᵃ—112ᵇ **(Jacobi de Lausanna) Moralitates alphabetice digestae.** »Abicit mundus pauperes« × »Expliciunt moralitates per manus **Johannis de Cwroged** finiti (sic) sub a. d. 3393 (sic pro **1393**) fer. IV post octavas visitacionis M.«

f. 113—114 Notae variae (ex. gr. de homicidio, quae nota absolvitur f. 53ᵇ—54ᵇ).

f. 115ᵃ—117ᵇ **M. A. Senecae Liber ad Gallionem contra omnes impetus et machinamenta fortunae.**

f. 117ᵇ—120ᵇ **Aenigmata Pythagorae et Aristotelis.**

f. 121ᵃ—130ᵃ **Dictamina: de rosa, de Thewtunicis.** (Alterum sub titulo »Diffamacio Teutonicorum« vide etiam in codice XIV. G. 45. f. 24ᵇ).

f. 130ᵃ—131ᵃ **S. Hildegardis Revelatio:** »Insurgent gentes« etc.

f. 131ᵃ—132ᵇ Specimina epistolarum.

f. 132ᵇ—135ᵇ **Excerpta ex libris s. Hildegardis.** »Dixit autem voce magna: Ve Ve Ve« × »perfecit laudem suam.«

f. 135ᵇ—136ᵃ **S. Bernardi epistola ad s. Hildegardem.**

f. 136ᵃ—136ᵇ **S. Hildegardis epistola ad s. Bernardum.**

f. 136ᵇ—140ᵃ **S. Hildegardis Speculum futurorum temporum sive de quinque temporibus.** Item eiusdem »quindecim signa, que evenient ante diem iudicii« × »Explicit **Prophecia s. Hildegardis.**«

f. 140ᵃ—143ᵇ »**Confessio Ylerdensis de spurciciis pseudoreligiosorum.** Quoniam scriptura sacra testatur . . . ego Mag. Arus **(Arnoldus) de Villa Nova**« × »copiam faciendo. Expl. conf. Ilerdensis etc.«

f. 143ᵇ—152ᵇ **Imago mundi** sive 7 aetates bonae. »Non arbitror infructuosum« × »supplicia inferni tribuetur. Et sic est finis etatum bonarum et ymaginum mundi.«

f. 152ᵇ—159ᵇ (anepigr.) **Alberti Magni Liber de secretis mulierum.** »Dilectissimo sibi in Chr. amico« × »quod ex parte matricis est anexum. De istis hec hactenus dicta sufficiant.«

f. 159ᵇ—179ᵇ (anepigr.) **Tractatus varii medici** cum hoc fine: »Iste liber indicia dicitur demonstrare complexionis« (sic).

f. 179ᵇ—181ᵇ Notae de Prudentii hymno »de consideracione ignis cerei et baptismi.«

f. 182b—183a »Exemplar vite sacerdotum. Viri venerabiles« etc.
f. 183a—184b Peccata matrimonialia. Expositio orationis dominicae.
f. 185a—185b Observanda circa sanitatem in singulis mensibus.
f. 186a—224b Notae variae theologicae, miracula, sermones etc.

Operc. infer. adligatum est fragm. membran. codicis cuiusdam saec. XIV argum. grammatici.

551 *III. G. 26.* (*Y. I. 2. n. 15.*)

chart. saec. XV ff. 328 num., 21·3×15·5 cm. d. m.

f. 1a—34b (anepigr.) **Auctoritates theologicae alphabetice digestae.** »Quomodo arguere debet sacerdos peccatorem« × »reddituri sumus racionem in die iudicii.«

f. 35a—46b (anepigr.) **Quaestiones de simonia.** »Hic continetur causa prima cum suis questionibus et specialiter de symoniaca heresi« × »Hec causa 1 q. 1 a. Zophonia.«

f. 47a—58b (anepigr.) **Quaestiones de poenitentia.** »Sequitur materia de penitencia dist. I que est III questio« × »torquetur sine fine. Dist. VII de penitencia. Hec Augustinus.«

f. 59a—69a (anepigr.) **Auctoritates de sacramentis.**

f. 72b »Quod rectores communitatum . . . debent peccata impedire omni simulacione pretermissa.«

f. 73a - 280b »Incipit **Materia** bona et multum utilis **de communione utriusque speciei**« (Sub hoc titulo continentur: **M. Johannis de Rokycana Oratio de hac materia in concilio Basiliensi habita** (Mansi XXX, 269), item f. 252 anepigr. (ut videtur **Johannis de Příbram) Tractatus contra errores de ritu missae et alios a Taboritis, ut videtur, propagatos** (incip.: »Ad occurrendum homini insano«), item f. 272 **Auctoritates de communione utriusque speciei, quae missae erant ex parte baronum ad concilium Constantiense ab universitate Pragensi**, item f. 276 **M. Johannis Hus Oratio in concilio Constantiensi habenda super quaestione, utrum lex Christi per se sufficiat ad regimen ecclesiae** — edit. Norimb. 1558, I, 44 sq.).

f. 280b—283a Notae de corpore iuris et partibus eius.

f. 284a—292b Varia (**M. Johannis Hus determinatio de omni sanquine Christi glorificato** — non integra, de letania, oratio ad Jesum Chr.).

f. 293a—305a **Bedae Commentarius in Acta apostolorum.** »Nota quod Beda erat Anglicus« × »fidem servavi. Et sic est finis Bede in Act. ap.«

f. 306a—324a »Excerpta vocabulorum biblie« cum interpretatione bohemica (**Mammotrekt český**, cf. Jungmann III, 3, Hanuš, Dodavky II, 1).

f. 326a—328a (anepigr.) **Tractatulus de fide evangelica et auctoritate ecclesiae catholicae.** »Et quia multi nituntur« × »erroris illius notam inpingere. Hec ille.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam codicis saec. XIV argumenti philosophici. Codici huic in operculo superiore inscribitur: »Collecta diversa«. Vetus sign. J, 4.

552 *III. G. 27.* (*Y. III. 4. n. 36.*)

chart. a. 1433—34 ff. 393, 21·5×15 cm. 1 m.

Mag. Buzconis de Gdyna Commentarius (Reportata) in Aristotelis Analytica priora.

f. 1a »Utrum noticia prioristica seu noticia libri priorum sit sciencia.«

f. 317b »Et sic est finis primi libri priorum . . . Finitum est hoc opus post mag. Buzkonem a. d. **1433** V fer. ante Galli.« Ad calcem: »A. d. 1434 mag. Buzko incepit secundum librum priorum IV fer. post conversionem s. Pauli in collegio Karoli.«

f. 381b »A. d. **1434** . . . (lacuna) comportatum est hoc opus per manus **Jacobi de Straz** post mag. (lacuna) . . onem de Gdyna et finitum fer. VI ante festum trinitatis in collegio Karoli in magna tribulacione tunc currente, quia Tabores et Sirotkones tunc circum Pragam devastabant et comburebant, et dominico in octava corporis Christi prostrati sunt ad ultimum« (30. maii pugna Lipanensi). Rubric. serius: »Supradictus mag. Buzko de Gdyna obiit a. d. 1441 VI fer. in die Tiburcii, cuius anima requiescat in pace.«

f. 382a—393b Registrum quaestionum.

Vetus sign. librariae (Carolinae?) F, 65. Idem opus v. in codice IV. F. 19. Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam saec. XIV argum. philos.-theol.

553 *III. G. 28.* (*Y. I. 1. n. 1.*)

chart. saec. XV ff. 228 num. (recte 230), 21·5×16 cm. d. m.

f. 1—53a **(Henrici de Hassia) Tractatus de contractibus.** »In sudore vultus tui« × »ne ex subita mutacione talium peiora fierent« (Finis abscisus est. Tractatum hunc praecedit registrum in 2 ff. non numeratis).

f. 53b—54a Dictum quoddam Johannis Calderini ad eandem materiam spectans (dim. f. 53 mutilum).

f. 55a—132a (anepigr.) **M. Jacobi de Misa Tractatus de communione adversus doctorem Andream de Broda.** »Premissis posicione scolastica« × »sit in eo laus et gloria deo in s. s. A. O mily boze.« (Edid. Hardt III, 416 sq.)

f. 132b—139b (anepigr.) **Auctoritates de fide, remissione peccatorum, de excommunicatione, de simonia.** (Est **M. Johannis Hus Tractatus de sex erroribus,** cui tantum deest prologus).

f. 140a—163b **Tractatus »de tribus virtutibus theologicis.«** »Pax fratribus et caritas cum fide« × »favorem patrie vel lingwam« (finis desideratur, nam quae sequuntur in f. 164 et 165a, eadem sunt atque in 152.) In vetere catalogo nostro opus hoc attribuitur **Nicolao de Drážďan** et additur tractatum hunc praedicatum esse ad clerum in Laeta Curia. (Quae sequuntur a f. 142b, non conveniunt titulo inscripto, sed ad diversum tractatum spectare videntur, ut etiam docet novus titulus marginalis **»de oblationibus«**.)

f. 165a—179b (anepigr.) **Sermo ad clerum de communione sub utraque specie.** »Nisi manducaveritis« × »et angelis dei in vitam eternam.

Amen. (rubr.:) Chwala buohu ysynu yduchu S.« (In vetere catalogo **eidem attributus** cum additamento: in templo s. Michaelis Pragae a. 1417 habitus.)

f. 179b—190a (anepigr.) **Tractatus de communione sub utraque specie.** »Thomas III parte Summe sue« × »omni celesti benediccione et gracia repleamur. Amen. Hec omnia de verbo ad verbum ex tractatu ubi supra breviter sunt collecta.«

f. 190a—193b Auctoritates s. Bernardi, Mathiae Parisiensis, s. Cypriani de eadem materia.

f. 194a—215b **(Jacobi de Misa) Tractatus de imaginibus.** (Inscriptio:) »A. d. 1417 dominica ante purificacionem Marie ante Letam Curiam in ecclesia. Utrum secundum legem ewangelicam plebes Christi fideles necessitantur in templis suis aliquam habendo ymaginem colere et adorare vel aliter quomodolibet venerari. Arguitur, quod non« × »et ingressi contaminastis terram meam.«

f. 216a—224b (anepigr.) **Sermo contra graduatos et scholasticos sermonem Christi non servantes.** »Qui non diligit me, sermones meos non servat« × »et demus gloriam deo uni trino, qui regnat in s. s. (In vetere catalogo sermo hic »habitus in templo s. Michaelis« attribuitur **Jacobo de Misa).**

f. 225a—228b **Jacobi de Misa Epistola ad quendam plebanum de fumalibus, de imaginibus, de censibus ecclesiae.** »Gracia Christi preveniente« × »Vale et ora pro me. Scripsit uni plebano ad partes mag. Jacobellus«.

Vetus sign. M, 32. De hoc codice cf. Věstník Č. A. 1898 paběrek XVIII.

554 *III. H. 1.* (*Y. II. 4. n. 55.*)

chart. saec. XV ff. 265, 21×15 cm. d. m.

(Mag. Johannis de Příbram) Sermones de sanctis (cum nonnullis glossis textual. bohem.)

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis theologici saec. XII. In fronte fragm. super. manu saec. XV notatum erat pretium libri, quod nunc radendo est deletum. Insuper alia manus eiusdem saeculi inscripsit: »Mgri Przibram«. Eundem sermonum horum esse auctorem iam ex primo sermone colligo, in quo praedicator, quod in Bohemia cognitae veritati »magna fatuitas iam sit admixta«, conqueritur. Sed et alii loci permulti ingenium illius viri prodentes idem demonstrant (cf. Věstník Č. A. 1898 p. 522). Vetus sign. B, 45.

555 *III. H. 2.* (*Y. III. 3. n. 7.*)

chart. a. 1504 ff. 342 num., 21×14 cm. 1 m. cum init. pict.

Antiphonarii secundum consuetudinem ordinis Caelestinorum notis musicis instructi pars I (hiemalis).

(Huic titulo a rubricatore superscribitur a. **1504.**)

Operculis adligata sunt fragm. membr. codicis saec. XII—XIII argum. theologici. In operculo infer. occurrit quoddam systema notarum musicarum. Quin antiphon. hoc olim fuerit Caelestinorum Oibinensium, non est dubium.

556 *III. H. 3.* (*Y. II. 4. n. 50.*)

mixtus saec. XV ff. 221 num., 22×16 cm. d. m.

Conradi de Halberstadt ord. praed. Tripartitum moralium.

Registrum totius operis praecedit in 8 fol. non numeratis.

f. 1a (Prologus) »Sicut ait Seneca in epist. 18 ad Lucillum« × f. 221b »Uxoris linguam, si frugi est, ferre memento.«

Operculo super. adligatum est fragm. membr. Breviari saec. XIV. Vetus sign. F, 20.

557 *III. H. 4.* (*Y. II. 5. n. 14.*)

chart. cca a. 1460 ff. 348, 22×16 cm. d. m.

f. 1—114a **Sermones quadragesimales cum locis bohemicis passim insertis.** »In capite ieiunii. Hodie dilectissimi« × »nos inimici eius eramus.«

f. 115a—197b Alii **Sermones quadragesimales.** »In capite ieiunii. Quia hodie incipimus ieiunare.« × »usque ad domum dei, quo nos perducat etc. Explicit Quadragesimale a. d. [14]60.«

f. 198a—342a **Sermones diversi insertis locis bohemicis.**

f. 342b—346a **Kázaní o nanebevzetí p. Marie.** »Swate kralowny na nebesa wnesenie« × »yakož pan gim przikazal.«

f. 347b—348a Registrum totius libri.

Operculo infer. adligatum est fragm. membr. Breviarii saec. XIV.

558 *III. H. 5.*

chart. a. 1458 ff. 206 num., 21·5×16 cm. 1 m.

Sermones de sanctis.

f. 1a »De sancta Ludmilla. Hodie recolimus vitam s. Ludmille, principis terre huius Boemie« × f. 201a (absol. serm. de s. Johanne Baptista) »Copiatum est hoc opus fer. III post epiphaniam a. d. **1458** per manus **Johannis alias Czizkonis de Luna«.**

f. 202a—206b Expositio epistolarum s. Pauli cum glossis bohemicis in fine mutila.

Unde codex provenerit, nusquam notatur expresse, solummodo in fronte fol. 1a manus saec. XVII—XVIII occurrit nota: »Alumnorum«.

559 *III. H. 6.* (*Y. III. 1. n. 15.*)

chart. a. 1498 ff. 146, 21·5×16·5 cm. 1 m.

Missale (initio et fine carens).

f. 41a inscriptus est a. **1498.**

560 *III. H. 7.* (*Y. III. 1. n. 35.*)

chart. saec. XV—XVI ff. 438, 22×16 cm. 1 m.

Postilla quadragesimalis (Expositio super epistolas et evangelia quadragesimalia). f. 1a »In capite ieiunii. Johelis 2° Hec dicit dominus . .

Ostendit inprimis propheta, ad quem debemus converti« × f. 388b (magna V feria) »quociescunque enim manducabitis« (finis deest). Absoluta expositione in ff. 389—438 sequuntur textus epistolarum et evangeliorum per quadragesimam bohemice glossati.

Operculo super. adligatum est fragm. membr. codicis saec. XIV argum. grammatici.

561 *III. H. 8.* (*Y. III. 2. n. 12.*)

chart. a. 1449 ff. 284, 21·5×15 cm., 1 m.

Commentarius in Aristotelis libros: de anima, physicorum, de caelo et mundo, metheororum, de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, ethicorum, meteorologicorum, de formis substantialibus, de elementis, de generatione et corruptione, metaphysicorum, metheororum, oeconomicorum, politicorum **cum auctoritatibus eorundem librorum in fine**.

Cum alibi tum f. 116a scriba nomen suum prodidit sic: »Et sic est finis horum trium librorum scilicet de somno et vigilia, de reminiscencia et memoria, de sensu et sensato II fer. ante Calixti in illa syllaba que in collegio Karoli per me **Alexandrum (de Trebovia) protunc baccalarium** et hoc a. d. **1449**«. (Initium deest, dimid. fol. ultim. abscisum est.)

562 *III. H. 9.* (*Y. I. 2. n. 73.*)

chart. cca. a. 1461 ff. 366, 22×16 cm. d. m.

f. 1—351 **Mag. Wenceslai (de Drachov**, praedicatoris in Betleem) **Sermones dominicales a tempore paschali usque ad adventum cum glossis bohemicis textualibus et marginalibus.** »Sermones bone et pie memorie Mgri Wenczeslai reverendi . . . devoti et iusti viri . . . presidentis in Bethleem« (inscriptio tinctura Giobertiana paululum vitiata).

f. 352a **Umučení M. Jana Husi zlomek konečný.** »S zemi dosti hluboko gi gesstie wykopawsse na kary su wsypali, a w Ryn, genz tudiez tecze, wsypali su geho pamatku wiecznie, czoz gest na nich bylo, shladiti chtiecze. Alleluia. Ora pro nobis s. Johannes Hus. (rubr.:) Explicit passio sancti Johannis dicti Hus, magistri Pragensis universitatis sub a. d. **1461** finita.« (Cf. Jungmann III, 158.) (Passio haec inserta fuisse videtur sermoni de Joh. Hus, ut docent additamenta marginalia: »Item dilecti christiani, pensate constanciam istius hominis« etc.).

f. 352a—366b Sermones duo: 1) de martyribus, 2) in adventu domini (carens fine).

Operculo super. adligatum est fragmentum 4 ff. in 8⁰ codicis cuiusdam chart. saec. XV, quo continebantur **Sermones cum glossis textual. bohemicis**. Item adligata sunt utrique operculo fragm. membran. codicis cuiusdam saec. XIV argum. grammatici.

563 *III. H. 10.* (*Y. I. 1. n. 70.*)

chart. a. 1426—1428 ff. 294 num., 21·3×15·5 cm. 1 m.

Fr. Nicolai de Lira Postilla super Veteris Testamenti libros:
f. 1—76a **Regum I—IV.**

f. 76a—98b **Paralipomenon I** et **II.** »Et sic est finis huius libri a. d. **1426** VI fer. ante Viti per **Martinum de Czrnochow** tunc morantem circa s. Stephanum in piscina . . quando Pragenses, Taborienses simul cum orphanis valaverunt civitatem Usk in Albea sitam. (rubr.:) Hic iam sequitur«:

f. 98b—110b »**Esdrae I** a. d. **1427** II. fer. ante Marthe, quando Pragenses exierunt in prelium contra Theutunicos« . . . × »Et sic est finis huius libri fer. II ante Petri, quando Pragenses obtento bello et prostrato populo fere 8000 iterum exierunt in campum.«

f. 110b—126a **Neemiae.** »Et sic est finis a. ut supra III. fer. ante Jacobi.«

f. 126a—137b **Tobiae.** »Et sic est finis Tobie V fer. in die transfiguracionis dom. a. d. ut supra.«

f. 137b—146a **Baruch.** »Et sic est finis libri Baruch a. d. ut supra VI fer. ante Egidii.«

f. 146a—160a **Judith.** »Explicit liber Judith per manus **Martini de Czrnechow** et hoc a. d. **1426** II. fer. in die Ludmille martyris et patrone.«

f. 160b—181a **Esther.** »Expliciunt postille . . **(frat. Nicolai de Lira).** Sed scripte sunt a. d. **1427 per Martinum de Czrnechow** sabbato ante purificacionem, quando rixabant in Praga Mag. Przibram cum Anglico«. .

f. 181b—294a **Job.** »Istud opus finitum est III. fer. post Jacobi et Anne a. d. **1428**, quando inceperunt pronunciare tractatum editum a magistris de corpore Christi, de sua existencia . . . per **Martinum de Czrnechow** scolipetam tunc aput s. Castulum in Praga.«

In fol. membran. postillae praeligato manu saec. XV nominatur possessor libri: »Johannes de Malesicz«.

564 *III. H. 11.* (*Y. I. 1. n. 72.*)

chart. saec. XV ff. 306 num., 21·5×15 cm. d. m.

Sermones super epistolas a festo s. trinitatis usque ad nativitatem Chr., item de sanctis, cum uberrimis glossis et interpolationibus bohemicis (Kázaní latinsko-česká.)

f. 1a »Dom. I post trinit. Hodie mane audivistis ex ewangelio« × f. 306a (de s. Thoma) »credentes vitam habeatis in nomine eius.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. Breviarii saec. XIII—XIV.

565 *III. H. 12.* (*Y. I. 1. n. 93.*)

chart. saec. XIV ex., ff. 159, 21·5×16 cm. 1 m.

f. 1a (Inscriptio:) »Incipit **Liber b. Hieronymi de optimo genere interpretacionum hebraicarum, grecarum et latinarum**«. (Sequuntur duo prologi, quorum alter ad Hieronymianam interpretationem Eusebii Caesar. libri de situ et nominibus locorum hebraicorum, alter ad eiusdem interpretationem Philonis libri de nominibus hebraicis spectat. Sed textus sequentes cum operibus Hieronymianis genuinis valde discrepant; nam I. pars, cui inscribitur »hebraica interpretacio«, sic incipit: »Aaton mons fortitudinis«, et explicit:) f. 27a »Zorobabel ipse magister babilonis.«

f. 27a—34a »Incipiunt hermeneumata i. e. interpretamenta secundum grecam ethimoloiam. Abstida lucida« × »Nipter pulvis« (Caetera huius II. partis desunt).

f. 34b—159a (Huic III. parti manu recentiori inscribitur: »Secundum latinam«, sed est re vera:) **Vocabularius latinus** (explicans voces rariores magis usitatis). »A litera in omnibus gentibus« × »Zozimus vivax vel vividus, Zoici interpretator. Finitur liber beatus Jeronimus liber de optimo genere vocabulorum.« Sequitur interpretatio vocis »adeo«.

Vetus sign. B, 6.

566 *III. H. 13.* (*Y. I. 1. n. 91.*)

chart. a. 1459 ff. 133 num., 21·5×16 cm. 1 m.

S. Hieronymi Epistolae.

f. 1a (rubr.:) »Incipit epistola s. Jeronimi ad Oceanum. (atram:) Sophronius Euzebius Jheronimus Oceano suo salutem. Deprecatus es« × f. 133a »ita superbia confitentis dei auxilio deseritur. Finis a. gracie 1459.« . . »Jas« (= **Jareš?**).

Nomen ad calcem libri abbreviatum, quod f. 12b rubricatur »**Jarossek**«, videtur esse nomen scribae. Operculis adligata sunt fragmenta membran. Homiliarii cuiusdam saec. XIII—XIV. Vetus sign. K. G, 5.

567 *III. H. 14.* (*Y. I. 1. n. 94.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 105 num., 22·5×16 cm. d. m.

f. 1—30a **S. Eusebii Epistola ad Damasum de morte s. Hieronymi.** »Patri reverendissimo Damasyo« × »que iam possides adipisci.«

f. 30a—35b (anepigr.) **S. Augustini Epistola ad Cyrillum de vita et morte s. Hieronymi.** »Gloriosissimi (sic) Christiane fidei adlethe (sic)« × fraudatur desiderio.«

f. 35b—60a (anepigr.) **S. Cyrilli episc. Hierosol. Epistola ad s. Augustinum de miraculis s. Hieronymi.** »Honorabili viro episcoporum eximio Augustino« × »in tuis oracionibus memor esto. Explicit hoc totum.«

f. 61a—78a (anepigr.) **Explicatio vocum in libris sacris occurrentium.** »In ewangelio Cum appropinquasset« × »quocunque modo profert sua verba. Amen.« Serquuntur aliquot versus proverbiales.

f. 78b—103b (anepigr.) **Thomae de Aquino Commentarius in Cantica canticorum.** »Salomon inspiratus divino spiritu« × »odor sumus deo in omni loco. Explicit.«

f. 104b Nota de generibus peccatorum.

f. 105b Fragmentum epistolae cuiusdam Petri de Budina (?) beneficium ecclesiasticum expetentis.

Vetus sign. C, 15.

568 *III. H. 15.* (*Y. II. 5. n. 42.*)

chart. saec. XV (pars a. 1432) ff. 254 num., 21·5×15·5 cm. d. m.

f. 1—10b **Fr. Burchardi de Monte Syon Descriptio Terrae sanctae.** »Incipit liber de descripcione Terre sancte Jerosolimitane editus per fr.

Borgardum de Monte Syon . . . Prologus. Dilectissimo in Chr. patri« × »vix eum nimio pre dolore cognovit. Et sic est finis huius.« Registrum operis sequentis in 2 ff. non num.

f. 11a—46b (anepigr.) **Cyrilli episc. Apologeticus (= Quadripartitum morale).** »Secundum Aristotilis sentenciam in Probleumatibus« × »digestis quievit. Completum fer. III post palmas a. d. **1432.**«

Index alphabeticus operis sequentis in 3 ff. non num.

f. 47a—123b (rubr.) »Incipit prologus (**commentarii**) **S. Augustini . . in epistolam canonicam (I.) s. Johannis** . . . quam ad populum infra ebdomadam pascalem predicavit.« »Meminit sanctitas vestra« × »Christo predicanti. Explicit liber b. Augustini doctoris eximii.«

f. 124a—129b »**Oracio sive planctus passionis Christi ad s. Mariam virginem editus a b. Augustino (?).** Quis dabit capiti meo aquam« × »et ultra cum Jesu filio tuo.«

f. 131a—192a (anepigr.) **Commentarius in Canticum canticorum.** »Osculetur me osculo oris sui. Et primo in sensu historiaco« × »ducentis in corpore et omnia.« Sequitur index alphabeticus in f. uno non num.

f. 193a—219a (anepigr.) **Senecae (recte Martini Braccarensis) Liber de IV virtutibus cardinalibus cum commentario et nonnullis glossis bohemicis.** »Sciens ex irrefragabili veritate.« »Quatuor sunt virtutum species« × »deficientem contempnat ignaviam.«

f. 219b—254b **Aur. Prudentii Clementis Psychomachia cum commentario marginali et interlineari.** »Ecce servus meus intelliget.« — »Senex fidelis« × »dives sapiencia regnet.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam liturgici saec. XII—XIII neumis instructi.

569 *III. H. 16.* (*Y. I. 1. n. 104.*)

chart. saec. XV ff. 314, 22×16 cm. d. m.

Veteris Testamenti libri: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdrae, Neemiae, Tobiae, Judith, Esther, Machabaeorum, Job, cum nonnullis glossis bohemicis in margine.

In fol. membran. praeligato notantur quidam peccatores cum interpretatione bohemica: »divinatores hadaczy, precantatores (sic) zaklynaczy« etc.

570 *III. H. 17.* (*Y. I. 1. n. 75.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 164, 21·5×16 cm. 1 m.

f. 1b—9a **Quaestio** »utrum lex vetus fuerit gravior quam sit lex nova« × »ut eciam dicunt Augustinus et Origenes. Et sic est finis huius questionis.«

f. 10a—164b **S. Pauli apostoli Epistolae ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem commentario instructae.** »Galathe sunt Greci« × »sicut exemplatum ab exemplari, quam graciam nobis conferat J. Chr. d. n., qui« etc.

571 *III. H. 18.* (*Y. II. 3. n. 65.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 121, 22×16 cm. 1 m.

Excerpta notabilia ex Gregorii Magni Moralium libris I—XI et XXVII—XXXV.

f. 1ª Nota »de voluntate in quolibet peccato.«

f. 2ª (rubr.) »Notandum, quod in hoc volumine valde notabilia dicta continentur, que excerpta sunt de libris Moralium b. Gregorii, quos ipse compilavit super Job« × f. 121ᵇ »pro me lacrimas reddat. Expl. excerpta moralium.« »Sequitur sermo de novo sacerdote« mancus, cum maxima pars fol. sequentis avulsa sit.

Vetus sign. K, 60 (?).

572 *III. H. 19.* (*Y. I. 1. n. 122.*)

membran. saec. XIII ff. 127 cum aliquot schedulis illigatis, 21·5×13·5 cm., una manu nitide exaratus et lit. init. pictis et deauratis exornatus.

Euclidis Elementorum geometriae libri I—XII prop. 4 cum commentario et figuris in margine rubricatis. (Ultima pars operis deest.)

f. 1ª »Punctus est illud, cui pars non est« etc. f. 72ª (In fine libri IX commentarius sic explicit:) »Vale, Reginere. Quicunque nesciret tibi sic respondere, utinam daret tibi vacam albam« (manus recentior addidit: »nebo tele«).

f. 127ᵇ (libri XII prop. 4) × »erit proporcio basis unius ad basim alterius tanquam propor« (cetera desiderantur).

In fol. praeligato sunt notae ordinem librorum geometriae concernentes.

573 *III. H. 20.* (*Y. III. 4. n. 14.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 500, 21·5×16 cm. 1 m.

Mag. Gilberti Anglici Compendium medicinae seu practica.

f. 1ª (rubr.) »Incipit compendium medicine seu practica Gilberti. (atram.) Incipit liber morborum tam universalium quam particularium a Mag. Gilbertho Anglico editus« . . . × f. 500ª (libri septimi et ultimi cap. de regimine mare transfretancium sic explicit:) »caveat in meridie a calore, in nocte a frigore« (caetera desunt).

Vetus sign. C, 16.

574 *III. H. 21.* (*Y. II. 4. n. 57.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 113 num., 20·5×15 cm. d. m.

f. 1ª—76ᵇ **Rut. T. Aem. Palladii Libri de agricultura.** »Pars est prima prudencie« × »et usui reserva. Explicit liber Palladii . . . finitus in vigilia assumpcionis s. Marie.«

f. 77ª—90ª Passio Christi secundum 4 evangelistas. (Textus evangeliorum.)

f. 90ª—102ᵇ **Evangelium Nicodemi.** »In nom. s. et indiv. trinit. incipiunt gesta salvatoris« × »in codicibus puplicis pretorii sui. Amen.«

f. 103ª—104ᵇ Meditatio b. Anshelmi episcopi.

f. 104ᵇ—106ª Oratio s. Augustini: »Domine deus omnipotens.«

f. 106ª—112ᵇ **Planctus b. Mariae ad Anselmum sive dialogus de passione Christi.** »Sanctus Anshelmus longo tempore« × »toto corde compaciebantur.«

f. 113ª **Miraculum de s. Beatrice.**

Operculis adligata sunt fragmenta membran. Psalterii saec. XII—XIII. Vetus sign. 3, 8⁰, L.

575 *III. H. 22.* (*Y. I. 1. n. 83.*)

chart. cca a. 1397 ff. 175 num., 21×14·5 cm. d. m.

f. 1—30ᵇ **S. Augustini Soliloquium de ineffabili dulcedine dei.** »Cognoscam te domine« × »Explicit soliloquium XVI die mensis Augusti . . . a. **1397.**«

f. 31ª—113ª (anepigr.) **S. Bonaventurae Stimulus amoris.** »Liber iste, qui stimulus amoris« × »dulcis preelectis. Explicit stimulus amoris de contemplacione.«

f. 113ª—120ᵇ (anepigr.) **S. Augustini Liber de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamat« × »fidem probato. Et sic est finis huius.«

f. 120ᵇ—135ᵇ **(Bernardi Claraevallensis) Expositio super »Stabat iuxta crucem Jesu mater eius«** etc. × »Et sic est finis huius.«

f. 136—143 vacua sunt.

f. 144ª—160ª (anepigr.) **S. Augustini Expositio articulorum fidei.** »Firmissime tene et nullatenus dubites« × »merces erit sempiterna leticia.«

f. 160ª—164ᵇ **S. Augustini Enchiridion de fide.** »Dici non potest« × »aut alium hominem esse, cum alius sit quando (cetera desunt).

f. 165ᵇ—174ª Sermones duo: de assumptione b. Mariae et de nativitate Christi.

f. 175 Fragmentum libri cuiusdam expensarum.

Operculis adligata sunt fragm. membr. bullae Clementis papae VII. Vetus sign. E, 45.

576 *III. H. 23.* (*Y. I. 1. n. 82.*)

chart. saec. XIV ex. (ante 1398) ff. 143 num., 21×15 cm. d. m.

f. 1—36ᵇ **B. Eusebii Epistola ad Damasium Portuensem episcopum de vita et morte s. Hieronymi.**

f. 37ª—44ª **S. Augustini Epistola ad Cyrillum de »ineffabili sanctitate, doctrina et meritis« Hieronymi.**

f. 44ª—79ª **S. Cyrilli episc. Hierosol. Epistola ad s. Augustinum »de meritis, miraculis, operibus« Hieronymi.** × »Explicit vita gloriosi Jeronimi cum miraculis eius.«

f. 80ª—141ª **Thomae de Aquino Tractatus de sacramento corporis Christi.** (Rubr.) »De sacramento corporis domini locuturi sacrosancto proponimus donante deo procedere tali modo«. Sequitur registrum. × »vite, que nunc est, et future, ad quam nos perducere« etc. (rubr.) »Beatus Thomas de Aquino . . . hoc opusculum . . . conpilavit.«

f. 141b—143a (manu recentiore) **S. Hieronymi Epistola ad Paulinum.** »Obsecro te, Pauline carissime« × »laus vero bonorum sit. Explicit epistola Jeronimi ad Paulinum millesima trecentesima nonagesima octava« (sic). (Nullum dubium est, quin numerus hic annum currentem exprimat.)

Vetus sign. B, 53.

---

577 *IV. A. 1.* (*Y. II. 4. n. 1.*)

chart. a. 1380 ff. 152, 29·5×21·5 cm. 1 m.

Mag. Petri de Riga Aurora cum commentario marginali et interlineari et nonnullis glossis bohemicis.

f. 1a (rubr.) »Incipit accessus in aurora« (sic). (atram.:) »Omnis scriptura divinitus inspirata« etc. (rubr.:) »Incipit prologus in pentatheuco moysy (sic)«. (atram.:) »Frequens sodalium meorum peticio« × f. 151b »Anno non alio fidei servando vigorem.« (rubr :) »Explicit Aurora compilata per Mag. Petrum de Riga sub a. d. **1380** in vigilia s. Martini IV ydus Nov.«

f. 152b Názorný kruh vyšších a nižších pojmů logických: »Buoh, dusie, czlowyek, zwyerzie — otecz, rozum, Jeronym, lew« etc.

Vetus sign. A, 4.

578 *IV. A. 2.* (*Y. III. 5. n. 2.*)

chart. a. 1406 ff. 348, 29·5×21 cm. 2 m.

Johlini de Wodňan Postillae Zderaziensis pars I (adventualis) et II (quadragesimalis).

f. 1a (initium deest) »sue facultatis modulum sed secundum dignitatem et perfeccionem« × f. 343b »Explicit secunda pars postille Zderasiensis videlicet quadragesimalis sub a. d. **1406** proxima fer. II post festum s. Procopii.

f. 343b—348a »Concordancia passionum Christi.«

f. 348a—348b (membran.) Sermo de passione Christi (absolutus in operculo inferiore).

579 *IV. A. 3.* (*Y. III. 5. n. 3.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 160 num., 29×22 cm. d. m.

f. 1—79b **Fr. Armandi de Bello Visu Tractatus de declaratione difficilium dictorum et dictionum in theologia.** »Reverendis. in Chr. patri . . . Johanni episc. Babenberg.« × (f. 73b: »revelat ut lux, cui honor« etc. Sequitur index capitum, qui f. 79b sic interrumpitur:) »Expliciunt capitula et tituli secunde partis. Incipiunt c. et tit. tercie partis«, quae autem evulsis aliquot foliis desiderantur.

f. 80a—120b **Quaestiones super evangelii s. Matthaei capita I—V.** »Utrum iste liber debeat dici liber evangelii« × »talibus iuramentum requirens«. (Opus hoc mancum esse videtur, cum sequantur aliquot folia vacua.)

f. 121a—160b **M. Adalberti Ranconis de Ericinio Notulae excerptae de S. Bonaventurae Dictis super Johannem.** »In principio erat verbum« × »ut aliis fructum laboris relinquat. Hec dicta sunt Bonaventura sic dicti doctoris et cardinalis. Nota. Suprascripte notule recepte sunt de libro Bonaventure super Johannem, et sunt autentice, quia a mag. Ad Alberto Rankonis compilate. Et sic est finis. Amen. Myly bozye.«

In fol. praeligato notatur: »Mag. Petrus Stupna dedit nacioni« (= collegio nationis bohemicae). Operculis adglutinata sunt fragmenta chart. cuiusdam registri perceptorum saec. XIV—XV, in quo praeter alia notantur percepta de oppido »Falknaw«. Vetus sign. J, 21.

580 *IV. A. 4.* (*Y. II. 1. n. 4.*)

chart. saec. XIV ex. (1394?) ff. 279 num., 30×22 cm. d. m.

f. 1a—109b (anepigr.) **Collectorum et extractorum de s. Augustini enarrationibus in psalmos partes VII in usum praedicatorum duobus registris instructae.** »Perpendat caritas vestra« × »Simile est regnum celorum. Mt. 25.«

f. 110a—209b **(Thomae de Argentina?) Excerpta de Gregorii Magni Moralibus et homiliis super Ezechielem.** »Quoniam sumus in hoc mundo« × »Etenim Iudeorum populum propheta deo« (cetera desunt sequente folio vacuo). Novem fol. sequentibus non num. continetur registrum operis.

f. 210a—216b Divisio membrorum »Diete salutis« et tabula thematum dominicalium festivaliumque super eandem.

f. 216b—279a **S. Bonaventurae Diaeta salutis.** »Incipit titulus Triumphalis via vel Dieta salutis vocatus et primo prohemium. Hec est via, ambulate in ea« × »Explicit dieta salutis et themata dominicalia ac de sanctis, et est finita a. d. M° CCC° IX° IIII° **(1394?)**.

Operculis adligata sunt duo fragmenta membran. Breviarii saec. XIV, in quorum super. manu saec. XV notata sunt contenta. In hac nota opus f. 110—209 attribuitur Thomae de Argentina. In fronte fragmenti infer. notatur pretium libri manu eiusdem saeculi: »25 sexterni pro duabus sexagenis.« Vetus sign. A, 2.

581 *IV. A. 5.* (*Y. III. 5. n. 5.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 163 num., 29·5×21 cm. d. m.

f. 1 (membr.)—14b **(Tancredi a Corneto seu Bononiensis) Ordo iudiciarius.** »Assiduis postulacionibus me, karissimi socii, iam dudum inducere studuistis« × »vel inimico eius, contra quem testificatur.« Cetera desunt 10 fol. sequentibus evulsis. (De auctore cf. Font. rer. Austr. II, 6, 1 et Schulte Gesch. d. Q. I., 199.)

f. 15a—16b Registrum collectionis subsequentis initio mutilum.

f. 17a—139b **Formae literarum et instrumentorum publicorum maxima ex parte res bohemicas (in fine res universitatis Pragensis)**

concernentium. (Collectio evulsis in medio foliis mutilata. Instrumentum unum de a. 1381, in quo occurrit Johannes de Pomuk pleb. eccles. s. Galli, edid. Höfler Prag. Conc. p. 112.)

f. 140ᵃ—161ᵃ (rubr.) »**Cancellaria officialis Sanderi Olomucensis de stilo Johannis episcopi Olomucensis Noviforensis.**« (Partem liter. edid. Tadra, Cancellaria Johannis Noviforensis, Archiv für öster. Gesch. LXVIII.)

f. 161ᵇ Laudes artis rhetoricae incipientes: »Rethorica dei gracia trivialium arcium monarcha.«

f. 162ᵃ—163ᵃ Notae rhetoricae cum glossario partim latino-germanico.

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum membr. instrumenti publici notarii Slawconis quondam Johannis de Jarohnyevicz saec. XIV. Vetus sign. libr. Carol. N. 65. K. Codicem hunc accuratius recensuit F. Tadra in praefationibus operum suorum 1) Příspěvky k dějinám university Pražské ve 14. stol. 2) Listář veřejného notáře ve 14. stol., quibus etiam magnam partem literarum publici iuris fecit. (Věstník K. spol. 1890 p. 283 et 1893 čís. VII.)

582 *IV. A. 6.* (*Y. III. 5. n. 6.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 142 num., 30×21·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—2ᵃ **Tractatus de puritate cordis.** »Quatuor sunt que statum perfeccionis« × »permanere in hac vita.«

f. 2ᵃ—21ᵇ **Sermones aliquot de sanctis.**

f. 21ᵇ—24ᵃ **Tractatus de vita contemplativa.** »Vita contemplativa. Huius vite ut reor« × »ab ubertate domus dei, ad quam nos perducat etc.«

f. 24ᵃ—28ᵃ Sermo de nativitate b. Mariae.

f. 28ᵃ—31ᵃ Notae variae theologicae.

f. 31ᵇ—142ᵇ **Jacobi de Voragine Liber s. Mariae (Mariale aureum.)** Incipit prologus: »Cogitavi dies antiquos. Cap. I. Abstinencia multipliciter fuit« × »domino in cruce moriente, ad quod nos perducat etc. Et sic vestre reverencie presens opus est consummatum (recent. man. addid.:) Jacobi de Voragine.«

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. cuiusdam codicis saec. XIII argum. philosophici. Vetus sign. libr. Caroll. M, 32, K.

583 *IV. A. 7.* (*Y. III. 5. n. 7.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 415, 29·5×21 cm. d. m.

Sermones de sanctis.

f. 1—3ᵃ Registrum sermonum, in cuius fine alia manus notavit: »Iste est liber dom. Wenceslai plebani in Michalovicz.«

f. 4ᵇ »Lucas est mecum solus« × f. 399ᵃ »potest salvare animas vestras.«

f. 399ᵃ—408ᵃ Textus epistolarum et evangeliorum.

f. 409ᵃ—415ᵃ Sermones aliquot paschales.

Operculo super. adligata est membrana, in qua occurrit Vocabularius latino-bohemicus **(Slovníček latinsko-český).** Operculo infer. adglutinatae sunt

literae Ubaldini archiep. Turritanensis datae 16 jul. 1393, quibus Zeidlino vicario Glatoviensi facultatem elargitur duabus viduis indulgentiam anni iubilei concedendi. Vetus sign. libr. Carol. M, 25, K.

584 *IV. A. 8.* (*Y. III. 5. n. 8.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 197 num., 29·5×21 cm. d. m.

f. 1—53ᵇ (anepigr.) **S. Bonaventurae Diaeta salutis.** »Hec est via, ambulate in ea« × »et egent gloria dei, que est infinita, ad quam gloriam etc. Et sic est finis.«

f. 54ᵃ—197ᵇ **Sermones varii, magna ex parte de sanctis.**

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam codicis saec. XIV argum. liturgici. Operculo infer. adglutinatum est fragmentum cuiusdam registri expensarum saec. XIV—XV, in quo occurrunt loca: Sobotka, Turnow, Rokitnicz, Giczin e. a.

585 *IV. A. 9.* (*Y. III. 5. n. 9.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 337 num., 30×22 cm. 2 m.

Petri Lombardi IV libri Sententiarum cum notis marginalibus et interlinearibus.

(Codex uno aut duobus fol. in fine evulsis mutilus.)

Intrinsecus in operculo super. occurrit nota: »De Bethlem«. — Vetus sign. A, 5.

586 *IV. A. 10.* (*Y. III. 5. n. 10.*)

chart. a. 1461 ff. 318, 31×22 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Summae theologicae pars III.

f. 1ᵃ (rubr.) »Questio prima de incarnacione verbi.« (Atram.) »Quia salvator dominus noster J. Chr.« × f. 302ᵃ »penitencia venialium et mortalium. Et sic est finis . . . a. d. **1461.**«

f. 302ᵇ—318ᵃ Registrum libri ordine alphabetico.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. instrumenti publici notarii a. 1430 conscripti. Vetus sign. A, 22.

587 *IV. A. 11.* (*Y. III. 5. n. 11.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 136, 30×22 cm. d. m.

f. 1—36ᵇ (anepigr.) **Commentarius in epistolas s. Pauli dominicales** in fine mancus. (In schedula operculo super. adglutinata operi sic inscribitur: **Sermones a nativitate domini usque ad quadragesimam.**)

f. 37ᵃ—92ᵇ **Sermones quadragesimales,** qui in fine intitulantur: **Opus Mariae virginis per quadragesimam,** cum aliquot glossis bohemicis.

f. 92ᵇ—130ᵇ **Arnesti archiep. Prag. Statuta a. 1349 annexo libro Thomae Hibernici de tribus punctis religionis christianae.**

f. 131ᵃ—136ᵇ »Incipiunt articuli subnotati. Crescente malicia cottidie« × »Explicit liber articulorum additus ad statuta.« (Sunt **Articuli synodorum posteriorum.**) (Insunt passim interpolationes bohemicae.)

In operculo super. notatur: »30 gr.«, in infer.: »Magistri Galli liber.« Operculo super. adligatum est fragmentum membran. Breviarii saec. XIII, asseri infer. fragmentum cuiusdam membr. libri precum et hymnorum saec. XIV. Vetus sign. H, 26. Cod. recens. Balbinus Boh. docta III, 98.

588 *IV. A. 12.* (*Y. III. 5. n. 12.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 213 num., 29·5×21·5 cm. 1 m.

Augustini Triumphi Anconitani Lectura super Matthaeo.

f. 1ª »Cum quietum silencium tenerent omnia« × f. 205ᵇ »cuius sublimacionis et ascensionis glorie participes nos faciat ipsemet Christus filius dei, qui etc.«

f. 206ª—213ᵇ Tituli quaestionum in evang. s. Matthaei.

In operculo super. intrinsecus haec nota occurrit: »Iste liber est de libraria Mathie Laude.« Vetus sign. C, 9.

589 *IV. A. 13.* (*Y. III. 5. n. 13.*)

chart. saec. XIV ff. 70 num., 29×22 cm. 2 m.

Henrici de Segusia Summae Hostiensis titulus de poenitentiis et remissionibus.

f. 1ª »Misericors et miserator dominus« × f. 70ᵇ »quis possit ab hac sentencia absolvere«.

Vetus sign. R, 44. Codicem recens. Schulte, Canon. Handschft. p. 25.

590 *IV. A. 14.* (*Y. III. 5. n. 14.*)

chart. a. 1372—1378 ff. 224, 29×22 cm. 2 m.

f. 1—198ᵇ **Nicolicii Esculani ord. praed. Sermones dominicales de epistolis et evangeliis per totum annum.** »Dilecto sibi fratri Francischino de Albariis« × »Expliciunt sermones . . . sub a. d. **1372.** Iste liber est finitus per manus **Nicolai dicti Straka de Vitonycz**«.

f. 198ᵇ—201ª Notae variae theologicae, quarum ad calcem:

»Finivi librum, sine manibus scripsi illum.
Si quis in hoc mayson quidquid facit nisi rayson,
Si facit rayson, statim mittetur in ayson.
(alio calamo:) Pomoz boze.«

f. 202ª—211ª **Innocentii papae III Liber de miseria et vilitate humanae condicionis.** »Domino patri karissimo Petro Portuensi episcopo Lotarius« × »Explicit liber de miseria humane condicionis et de contemptu mundi. Amen dicant omnia. (rubr.) Explicit hoc totum, infunde, da mihi potum.«

f. 211ᵇ—212ᵇ **B. Augustini Epistola ad Cyrillum de laude s. Hieronymi.**

f. 213ª—224ᵇ **S. Eusebii Epistola ad Damasum et Theodonium de morte s. Hieronymi.** × »Explicit . . . sub a. d. **1378** in vigilia purificacionis s. Marie virg.«

Operculis adglutinata sunt fragmenta chart. codicis saec. XIV argum. grammatici. Vetus sign. E, 9.

591 *IV. A. 15.* (*Y. III. 5. n. 15.*)

chart. saec. XV ff. 118, 29·5×22 cm. 1 m.

f. 1ª—37ª **(Gualteri Burlaei) Tractatus de vita et moribus philosophorum veterum** (a Thalete usque ad Boëthium).

f. 37ª—59ᵇ (anepigr.) **Johannis Vallensis Breviloquium de IV virtutibus cardinalibus.** »Quoniam, ut dicit Salomon« × »qui est principium virtutum et finis. Amen.«

f. 60ª—64ᵇ »Incipit **Tripartitus« de tribus mandatis a deo ante exitum populi Israelitici de Aegypto datis.** »Si te a laboribus consuetis abstractum« × »in nobis per graciam restitute. Amen.«

f. 64ᵇ—72ᵇ (rubr.) »Alius **tractatus de clerico et milite.**« (atram.) »Temporibus Berengarii huius nominis primi« × »mirificus illustrator accendat. Amen.« (Ab opere Guil. de Occam diversus.)

f. 73ª—118ᵇ **Cyrilli episcopi Quadripartitus apologeticus**: »Secundum Aristotilis sentenciam« × »Et hiis digestis quievit. Explicit quadripartitus Cirilli episcopi.« (Recent. manus addit: »Przistup knim, at se řad stane«.)

Operculis adligata sunt bina folia membran. **Matriculae ordinatorum sub Arnesto archiepiscopo Pragensi a. 1355,** quorum in uno rescriptum est registrum Quadripartiti et quaedam nota histor. concernens a. 1438. Fragmenta huius matriculae edid. F. Tadra, Cancell. Arnesti p. 85—90. Opercula originalia huius codicis, confecta conglutinatis foliis alius codicis, quo **Acta iudiciaria officialis archiepiscopatus Prag. a. 1377** continebantur, ut fragmenta haec legi possent, dissoluta sunt. Quae fragmenta (a F. Tadra, Soudní akta VII, p. 181—209 edita) nunc in bibl. nostra separatim asservantur. (Cf. Věstník Č. A. 1898 p. 525.)

592 *IV. A. 16.* (*Y. III. 5. n. 16.*)

chart. saec. XV ff. 264 num., 30·5×21 cm. 1 m.

f. 1—102ᵇ **(Hieronymi de Praga monachi) Sermones dominicales per circulum anni, qui** (in prologo) **vocantur »Linea salutis«**, cum suis pericopis, quibus passim superscriptae sunt glosae bohemicae. (Incip. prologus:) »Ve michi, quia tacui« × »et summum desiderium bonum, ad quod nos perducat etc.« (In cod. VIII. C. 14 attribuuntur Mᵣᵒ Johanni Heremitae = Hieronymo de Praga monacho Camaldolensi, cf. Bidlo ČČM. 1895.)

f. 103ᵇ—116ᵇ (anepigr.) Lectionarium epistolarum per circulum anni.

f. 117ª—119ª Expositio orationis dominicae. »Pater. Sanctus Thomas de Aquino« × »Explicit **Summa s. Thome de Aquino super Pater noster.**«

f. 120ª—258ᵇ **Extractiones super IV libros sententiarum.** »Quoniam in paucioribus« × »ad gaudia nos secum trahit eterna, ad que etc. Expliciunt extracciones super quatuor libros sentenciarum continentes veritatem omnium conclusionum cum principalibus racionibus earundem.«

f. 259ª—261ª (manu paulo recent.) Notae variae de mania canina, de missis pro obsesso et pro furtu, **preces exorcisticae.**

f. 261ᵇ—264ª Sermones tres.

In operculis occurrunt notae variae theologicae, computisticae, medicales (quas invenies etiam in f. 119ª), imprimis haec: »Istud volumen emi pro communitate.« Vetus sign. M, 80.

593 *IV. A. 17.* (*Y. III. 5. n. 17.*)

chart. saec. XV ff. 330 num., 30·5 × 21 cm. d. m.

Concordia evangeliorum. Partes VIII—XII. (In fine singul. partium hic titulus occurrit: »**Processus evangelicus secundum distinccionem Clementis**« — videlicet **Claudiocestriensis**).

f. 1ª (rubr.) (I)»ncipit octava pars, capitulum primum, Math. decimonono. Et factum est« × f. 329ᵇ »que dominus ipse promisit, ipso adiuvante, qui vivit et regnat« etc.

f. 330 Canones decem evangeliorum. × (rubr.) »Explicit concordia evangeliorum. (Ad calcem:) Finales dabitis mult?«

Operculo infer. adglut. est fragmentum membr. instrum. publ. germanici saec. XIV sic incipientis: »Ich Elzbet von Chunring.«

594 *IV. A. 18.* (*Y. III. 5. n. 18.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 207 num. (recte 208), 30·5 × 22 cm. 1 m.

(anepigr.) **Johannis Wiclif Expositio evang. Matthaei cap. 5—7, 23—25 et Johannis cap. 13—17 (= Opus evangelicum).**

f. 1ª »Licet totum evangelium annuatim deferat sua spiritualia vellera« × f. 202ᵇ »sed differre pocius disputator. Hec Augustinus. Explicit liber bonne (sic, cetera erasa sunt).

f. 203ª—207ᵇ Registrum operis.

Ex alio cod. ed. Loserth, London 1895. Operculis adligata sunt duo fol. membran. Registri primariorum fructuum camerae apost. solvendorum a clericis, quibus cardinalis quidam beneficia contulerat. (Etiam clerici dioec. Prag. et Olomuc. nominantur.) Saec. XIV—XV.

595 *IV. A. 19.* (*Y. III. 5. n. 19.*)

chart. saec. XV ff. 456, 31 × 21·5 cm. 1 m. cum init. pictis.

Nicolai de Lyra Postilla super Veteris Testamenti libros: Genes., Exod., Levit., Numer., Deuteron., Josue, Judicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdrae I, Nehemiae, Esther, Tobiae, Judith.

Nomen auctoris solummodo occurrit f. 68ᵇ sic: »Explicit postilla super Genesim edita a fr. Nicolao de Lira ord. fratr. min.«

596 *IV. A. 20.* (*Y. III. 5. n. 20.*)

chart. a. 1458 ff. 165, 31 × 21·5 cm., 2 m. cum init. pictis.

f. 1—56ᵇ (anepigr.) **Tractatus de peccatis oris seu linguae.** »Qui in verbo non offendit« × »scienciam viarum tuarum nolumus. Sit laus deo omnipotenti in s. s. Amen. **1458.**« (Xen. Bernard. I, 372 opus hoc attribuitur M. Johanni Gews.)

f. 57ª—163ª **S. Thomae de Aquino Quaestiones quodlibetales XII.** »Quesitum est de deo« × »sicut supra in uno quodlibeto videlicet tercio questione XXIII. Et tantum de hys omnibus.«

f. 163ª—165ᵇ Registrum operis praecedentis.

Operculis adligatae sunt particulae membr. duorum instrum. publ. saec. XIV.

597 *IV. A. 21.* (*Y. III. 2. n. 21.*)

chart. saec. XV ff. 221 num., 31 × 21·5 cm. 1 m.

Fr. Martini Opaviensis (= Poloni) ord. praed. Tabula decreti et decretalium (= Tabula Martiniana.)

f. 1ª (rubr.:) »Incipit prologus in Marti decreti et decretalium« (sic). (Atram:) »Inter alia, que ad fidelium Christi doctrinam scripta sunt« × f. 217ᵇ »quando dyabolus inter cardinales discordiam facit ex. 1. t. VI de electis licet. Opere completo sit laus et gloria Christo; Qui dedit expleri, laudetur corde fideli.«

f. 218ª—221ª Registrum operis.

Operculis adligata sunt fragmenta Missalis membran. saec. XIV. Vetus sign. K. 19. Codicem recens. Schulte, Canon. Handschft. p. 25.

598 *IV. A. 22.* (*Y. I. 3. n. 22.*)

chart. saec. XV ff. 154, 30 × 21·5 cm. d. m.

f. 1ª—83ª **Gregorii papae I Homiliae super Ezechielem prophetam.** »Dilectissimo fratri Martimiano (sic) episcopo« × »Sit itaque gloria omnipotenti deo etc. Explicit liber exposicionis b. Gregorii pape super Ezechielem prophetam, Omelie in numero viginti due.«

f. 83ª—(83/b)ª Registrum operis praecedentis.

f. 84ª—153ᵇ **Expositio Apocalypsis Johannis apostoli.** »Cum s. Johannes non cessaret« × »Duodecimus est ametistus . . . . cum bone accionis etc.« (sic, in margine notatur: »deficit finis«).

f. 153ᵇ—154ª Registrum expositionis praecedentis.

Operculis adligatae sunt particulae membr. instrumenti publici cuiusdam saec. XIV, in quo occurrit nomen proprium »Sobiehrd«. Vetus sign. K, J, 11.

599 *IV. A. 23.* (*Y. I. 3. n. 23.*)

chart. saec. XV ff. 177, 29·5 × 21 cm. 1 m.

Jacobi de Sanatis de Padua Expositio quartae fen primi canonis Avicennae.

f. 1ª (D)»icemus, quod res medicacionis ex una trium rerum completur etc.« × f. 177ª »secundum ipsius innumerabiles et infinitas misericordias. Explicit exposicio quarte fen primi canonis Avicenne per egregium ac famosum arcium et medicine doctorem Magistrum Jacobum de Sanatis de Padwa.«

In fol. non num. opus praecedente notantur quaedam »dubia et questiones huius libri, quoto folio habeantur.« Operculis adgligata sunt fragmenta membr. codicis saec. XIV—XV argum. grammatici, adglutinata vero chartacei eiusdem aevi argum. medicinalis. Vetus sign. B, 12.

600 *IV. A. 24.* (*Y. III. 2. n. 24.*)

chart. a. 1455, ff. 332, 31×21·5 cm., 2 m. cum init. pictis.

S. Pauli apost. Epistolae ad Romanos et Corinthios cum uberrima expositione passim bohemice interpolata nec non versione bohemica interlineari.

f. 1ª »Sicut in veteri testamento post legis Mosayce erudicionem« × f. 147ª »Completum est hoc opus« (scil. epist. ad Romanos) »per manus **Andree dicti Kazimir a. d. 1455** fer. IV ante festum assumpcionis intemerate virginis Marie hora 25.«

f. 148ª (eadam manu usque ad f. 223) »Precepto domini salvatoris ammonitus« × f. 332ª »et tocius epistole conclusio q. d. Ita fiat.« (Sequentia verba librum absolventia cultro excisa sunt.)

Commentatorem fuisse Bohemum et utraquistam multi loci demonstrant. Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis saec. XI—XII, quo homiliae quaedam (Gregorii papae?) continebantur. Vetus sign. A, 18.

601 *IV. A. 25.* (*Y. II. 4. n. 36.*)

chart. saec. XV ff. 152, 31×22 cm. 2 m.

f. 1—140ª **Testamenti Veteris libri: Regum IV, Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientiae, Ecclesiasticus** (in fine mancus).

f. 140ᵇ—152ª **Ondřeje z Dubé Výklad na právo země české** (bez úvodního přípisu a na konci necelý — až po § 97 Jirečkova vyd. v Corpus iuris bohem. II, 2 str. 381).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. instrumenti publici notar., quo Johannes de Gulen quasdam grat. litt. Bonifacii papae recognoscit. Litterae hae spectant ad Matthiam Johannis de Losczicz presb. Olomuc. dioeceseos. Vetus sign. A, 5.

602 *IV. A. 26.*

chart. saec. XIV ex. ff. 94 num., 30×22 cm. 2 m.

f. 1—84ª **Nicolicii Esculani ord. praed. Sermonum dominicalium pars aestivalis.** (Cf. IV. A. 14.)

f. 84ᵇ—94ª **Historiae moralisatae.** »Legitur primo Machabeorum« × »quia dum portat defendit. Liber Moral. XXVI.«

Nicolicii Sermones praecedit unum fol. non num., in quo exaratus est sermo quidam de sanctis. Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam saec. XIII argum. grammat. Intrinsecus in operculo infer. occurrit annus 1384, item nomina propria: »Wenceslaus in Tusta iudex Chodonum«, »Paulus doctor decretorum«. Saec. XV codex noster monast. Třebonensis erat, deinde bibl. Rosenbergicae, postremo iterum monast. praefati.

603 *IV. B. 1.* (*Y. III. 2. n. 25.*)

chart. a. 1388 ff. 251, 30×22 cm. d. m.

f. 1—135ᵇ **Nicolai de Gorran Dicta super s. Pauli epistolas de sanctis.** »Scientes hoc, quia hora est« × »Expliciunt dicta Gorre super epistolas de sanctis Pauli sub a. d. **1388** fer. III post conductum pasce.«

f. 136ª—139ᵇ Prologi in s. Pauli epistolas. »Principia rerum« × »per suprascriptum Honesimum. Et sic est finis h. o.«

f. 140ª—242ᵇ (anepigr.) **(Nicolai de Gorran) Dicta super epistolas dominicales.** »Omne quod natum est ex deo« × »fuerunt curiosa sectati. Amen dicant omnes.«

f. 243ª—251ª **(Matthaei de Cracovia) Certamen rationis et conscientiae de frequentatione communionis.** »Multorum tam clericorum quam laycorum querela est« × »corpus d. n. Jesu Chr., qui etc. Explicit certamen racionis et consciencie.«

Intrinsecus in operculis exaratum est registrum sermonum, quos codex continet. In fol. praelig. non num. hic titulus occurrit: »Gorra super epistolis dominicalibus et de sanctis.« Hanc notam secuti Dicta ff. 140—242 Nicolao attribuimus.

604 *IV. B. 2.* (*Y. III. 2. n. 26.*)

chart. saec. XV ff. 230, 31×22 cm. d. m.

Sermones varii.

f. 1 De s. trinitate. f. 2—51ª De sanctis speciales. f. 51ᵇ—60ª De sanctis communes. f. 60ª—64ª De martyribus. f. 64ª—70ª De confessoribus. f. 70ª—72ᵇ De virginibus. f. 72ᵇ—97ᵇ De mortuis.

f. 98ª—198ᵇ **(M. Johannis Hus) Sermones de tempore per circulum anni.** »Ad te levavi . . . Nota tria« × »qui solucionem huiusmodi adiuvat.«

f. 198ᵇ—199ª **Comparationes b. Mariae virginis rhythmice expressae,** incip: »Maria nobilior omni creatura«.

f. 199ᵇ—205ᵇ Sermones de b. Maria virgine.

f. 206ª—230ᵇ Sermones de mortuis, de angelis, de dedicatione.

Item in utroque operculo notae homileticae occurrunt. Vetus sign. N, 12·

605 *IV. B. 3.* (*Y. II. 3. n. 27.*)

chart. a. 1416 ff. 226, 29×22 cm. 1 m.

Testamenti Veteris libri: Regum IV, Paralipomenon II, Esdrae I et II (Neemiae).

f. 1ª Prologus s. Hieronymi. »Viginti duas esse literas« × f. 226ᵇ »Explicit Neemias sub a. d. **1416** fer. VI post Gregorii.«

Testamenti libros praecedunt aliquot fol. non num., in quibus sunt notae homileticae, passim etiam bohemice interpolatae. Vetus sign. A, 7.

606 *IV. B. 4.* (*Y. III. 2. n. 28.*)

chart. saec. XV ff. 230 num., 31×22 cm. 2 m.

f. 1ª—184ᵇ **Hugonis de S. Victore De sacramentis libri duo.** Prologus incipit: »Librum de sacramentis christiane fidei« × »Ecce quod erit in fine sine fine. (rubr.:) Explicit secundus liber Hugonis de sacramentis.«

f. 185ª—229ᵇ (anepigr.) **Thomae Ebendorfer de Haselbach Sermones de IX peccatis alienis.** »Ad Philippenses primo capitulo hortatur apostolus« × »Et suo modo de aliis etc. Deo gracias.«

f. 230 (tertia manu) »Tabula super sermones prescriptos de IX peccatis alienis.«

Operculo infer. adligatum est fragm. membr. instrumenti publ., quo quaedam emptio monast. Ojvinensis recognoscitur sub pontif. Bonifacio IX († 1404).

607 *IV. B. 5.* (*Y. III. 2. n. 29.*)

chart. saec. XV ff. 323, 31 × 22 cm. 1 m.

Jacobi de Voragine Sermonum de sanctis pars tertia (a festo ad vincula s. Petri usque ad festum s. Catherinae — 133 sermones continens) cum registro in fine.

(Partem secundam ab eodem librario exaratam v: III. D. 6.) Vetus sign. O, 22.

608 *IV. B. 6.* (*Y. I. 4. n. 30.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 212, 29 × 22 cm. 1 m.

Mag. Johannis de Villa Sermones de sanctis.

f. 1ª »Incipit prologus . . . Ascendat puteus, quem foderunt principes« × f. 202ª »ad summum sacerdotem dom. nost. J. Chr., qui vivit et regnat etc. Expliciunt dicta Johannis de Villa doctoris optimi Amen.«

f. 202ᵇ—212ª Registra duo sermonum praecedentium.

Vetus sign. L, 33.

609 *IV. B. 7.* (*Y. II. 3. n. 31.*)

chart. saec. XV ff. 257 num. (recte 260), 30 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—116ª **Nicolai de Gorran Dicta super Johannem.** »Hic est Johannes ewangelista« × »Expliciunt dicta Gorre super Johannem. Correxi sicut poteram. Orate pro me deum.« (Alia manus superscripsit: »Eciam correxi ego W., sicut potui, a. 1461«).

f. 117ª—230ª (anepigr.) **Eiusdem Commentarius super Canticum canticorum.** »Benedicciones dabit legislator« × »Illa exposicio hic non est mutanda sed Christo gloria danda, qui etc.« (Rubricator addit: »hy ist nymme in deme buche syn gude (?) synnen«.)

f. 230ª—231ᵇ Textus cantici canticorum cum quibusdam notis in fine.

f. 232ª—257ᵇ **Mag. Henrici de Oyta Commentarius in evangelium s. Marci.** »Parate viam domini et rectas facite vias eius. Inicium ewangelii Cristi filii dei« × »Hec sunt dicta domini Henrici de Iota (sic). Explicit hoc quod ante.« (alia manu:) »Hec dicta sunt mag. Henrici dicti Oeta.«

Intrinsecus in operculo super. notatur: »Hic continentur libri primo Gorras super Johannem. Idem super cantica. Super Marcum Henricus Oeta«. Quorum auctorum superscribitur alteri: »qui fuit doctor de ordine predicatorum«, alteri: »qui est doctor Pragensis universitatis Vyenne.« Vetus sign. J, 53.

610 *IV. B. 8.* (*Y. II. 3. n. 32.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 180 num., 29·5 × 22 cm. 1 m.

Aegidii de Columna Romani De regimine principum libri tres.

f. 1ª (rubr.:) »Incipit liber de reg. pr. editus a fr. Egidio Romano

ord. fr. herem. b. Augustini.« (Atram.:) »Ex regia ac sanctissima prosapia oriundo . . . Philippo« × f. 180ᵇ »quam deus ipse suis promisit fidelibus, qui est benedictus in sec. sec. Amen.« (rubr.:) »Explicit liber de regimine« (etc. ut supra).

In operculo super. intrinsecus notatur: »Iste liber, qui intitulatur de regimine plebium et principum, est fratris Mauricii lectoris iunioris« (fortasse in monast. frat. min. ad s. Jacobum Pragae — cf. Tomek, Děje Prahy V, 209), extrinsecus: »Nacionis« Vetus sign. J, 43.

611 *IV. B. 9.* (*Y. II. 3. n. 33.*)

chart. a. 1381 ff. 229, 29·5 × 21 cm. 1 m.

Soccii Sermones de sanctis.

f. 1ᵇ Prologus cum hac nota ad calcem rubricata: »Hrr podyem napywo krassnye· pyti pomey wssye wuoly to boh day«.

f. 2ª—9ᵇ Registrum rerum alphabeticum cum hac nota ad calcem rubricata: »Chwd newyeren snyed nemam.«

f. 229ª »Finitus liber Soccus (quod nomen utcunque evulsum est) sub a. d. **1381** die mensis Marcii XVII feria draco«.

Vetus sign. O, 32.

612 *IV. B. 10.* (*Y. II. 3. n. 34.*)

chart. saec. XV ff. 213, 29·5 × 22 cm. d. m.

Guidonis Bonati de Forlivio Operis de iudiciis stellarum partes I. II. III. et initium IVtae.

f. 1ª »Incipit liber introduccionis ad iudicia stellarum editus a Gwydone Bonacto de Forlivio« × f. 212ª »Explicit tractatus de eleccionibus« (qui est tertius totius operis).

f. 212ª—213ª Initium IV. partis (de annorum et mundi revolutionibus), quae repente sic abrumpitur: »due priores sunt satis clare et reliqueque due sunt obscure. In fronte«.

Operculis adglutinata olim erant duo fol. chart. »Actorum iudicialium archiepiscopatus Pragensis«, quae nunc separatim asservantur (Ed. Tadra, Soudní akta VII, 209).

613 *IV. B. 11.* (*Y. II. 3. n. 35.*)

chart. saec. XV (pars a. 1402) ff. 343 num., 30 × 21 cm. 2 m.

f. 1ª—46ª **Gregorii papae I Liber curae pastoralis.** »Pastoralis pondera cure me fugere« × »Explicit cura pastoralis sub a. d. **1402** fer. II ante dominicam Reminescere per manus domini **Cunssonis plebani in Nepomyssl.**«

f. 47ª—100ᵇ **(Giselberti Altisiodorensis) Glossa ordinaria Lamentationum Jeremiae prophetae.** »Pascasius. Sunt cantica canticorum, sunt et lamentaciones« × »Explicit glosa ord.« etc. ut supra.

f. 101ª—173ᵇ Doct. Orosii (recte **Honorii Augustodunensis) Dicta super Cantica canticorum sive Sigillum s. Mariae.** »Prologus. Donum sapiencie cum Salomone poscente« × »et expositori utriusque operis gra-

cias agamus. Expliciunt dicta eximii doctoris Orosii super Cant. cant. Alias intitulatur Sigillum s. Marie, in quo tota cantica specialiter adaptata sunt eius persone.«

f. 174a—294b **Nicolai de Gorran Expositio super canonicas** epistolas Jacobi, Petri, Joannis, Judae. »Prohemium. Misse sunt epistole« × »Explicit exposicio eximii doctoris Egidii Romani (radendo deleto hoc nomine superscribitur: Gorre) super canonicas. Deo gracias.«

f. 294b—311a **Clementis papae I Epistolae quinque** (spuriae).

f. 311b—325a **S. Augustini Liber supputationum.** »Summa trinitas virtus una« × »Explicit liber supputacionum eximii doctoris b. Augustini.«

f. 325a—326a »Sequitur alia oracio pulchra. Da mihi scire et intelligere.«

f. 326a—328a »Collacio pulchra de s. cruce. Quidam discipulus interrogavit« etc.

f. 328a—331a Auctoritates de purgatorio.

f. 331a—336a **S. Johannis Chrysostomi Epistolae quatuor.**

f. 336b—337a Epistolae spuriae: Ignatii ad Johannem evangelistam, ad Mariam matrem Jesu, Mariae ad Ignatium.

f. 337a—343b **S. Augustini Sermones**: de castitate coniugali, de familiaritate extranea, de lectione evangelica: Venite benedicti, de reddendis decimis, »Rogo vos fratres karissimi, ut attencius cogitemus.«

f. 343b Origenis auctoritas de primiciis frugum reddendis sacerdotibus.

Vetus sign. D, 2.

614 *IV. B. 12.* (*Y. II. 3. n. 36.*)

chart. a. 1418 ff. 249, 30 × 22 cm. 1 m.

Decretalium Pseudo-Isidorianarum pars II (seu ut in operculo super. inscribitur: Secunda pars epistolarum, conciliorum, canonum sive decretorum).

f. 1a (rubr.) »Proverbium cuiusdam eloquentis CLXXV« (atram.) »Ut tradit quedam eloquencie persona« × f. 247b »Finitus est liber iste a. d. **1418** sabbato in die Sixti, que fuit sexta dies mensis Augusti.«

f. 248a—249a Registrum libri alphabeticum.

Primam partem huius Collectionis Pseudo-Isidorianae v: VI. D. 9. De utraque prolixe disseruit Schulte, Can. Handschft. p. 15—19, qui etiam singulas epistolas etc. enumeravit. Operculo infer. adligatae sunt literae Johannis, tit. S. Crucis in Jerus. cardinalis, archidiaconatum Boleslaviensem cuidam Nicolao Siska canonico Pragensi conferendum concernentes (1409—1410). Vetus sign. G, 14.

615 *IV. B. 13.* (*Y. II. 3. n. 37.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 198, 30·5 × 22 cm., 1 m.

Fr. Mauricii (Angli?) ord. praed. Distinctiones in usum praedicatorum alphabetice digestae.

f. 1a »Circa abieccionem nota, qualiter in scriptura sumitur« × f. 193b »et precincti circa pectora zona aurea etc. Et sic est finis.« Sequitur expositio vocis »Jerusalem« »historiace tielesnie, allegorice duchownie, tropologice sive moraliter przikladnie neb podobnie, anagoice swrchowanie.«

f. 194a—197b Registrum, in cuius fine haec nota est: »Et intitulatur liber iste Distincciones fratris Mauricii.«

f. 198 Series summorum pontificum a b. Petro usque ad Johannem III (manu recentiore addita).

616 *IV. B. 14.* (*Y. III. 2. n. 38.*)

chart. a. 1410—1411 ff. 126 num., 30 × 22 cm. 2 m.

Alberti Engelschalk s. theol. doctoris Quaestiones super IV libros Sententiarum initio mutilae.

f. 1a »ut Thomas in script. q. 4 in prologo, quamvis aliter dicat in Summa«. f. 34a »Et sic est finis questionum primi libri sub a. d. **1410**«. × f. 126a (post registrum) »Finis a. d. **1411**. Expliciunt questiones Alberti Engelschalk sacre theologie doctoris scripte per **M. Ja[cobum] de Sobieslavia** sacre theologie baccalaureum formatum tunc **rectorem universitatis**« **(Pragensis).**

617 *IV. B. 15.* (*Y. II. 1. n. 39.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 315 num., 31 × 22 cm. 3 m.

f. 1—256a **Henrici Bohic iuris profess. Quaestiones super I. libro decretalium.** »Venerabilibus et discretis viris . . . scolaribus« × »quid si prelatus etc. (rubr.:) Explicit primus liber super Boech (Boeth).«

f. 257a—296b **Alani de Insulis Quadripartita contra Valdenses et haereticos, Judaeos et paganos.** »Opinio quorundam, qui dicunt, quod Christus assumpsit corpus celeste« × »Expliciunt quadripartita mag. Alani« (etc. ut supra).

f. 296b—298b **Concertatio inter Paterinum et catholicum de quibusdam articulis fidei.**

f. 298b—303a **Concertatio inter Manichaeum et catholicum de quibusdam articulis fidei.**

f. 304a—315a **»Copia processuum contra heriticos duos (a. 1354) in curia Romana condempnatos.** In nomine d. n. J. Chr. amen. Anno nativitatis eiusdem 1354« × »frater Bernhardus de Jacoba in festo s. Margarethe in Gertunda.« (?)

In operculo super. intrinsecus occurrit registrum totius codicis, extrinsecus nota: »liber nacionis.« Vetus sign. R, 34. Codicem recens. Schulte, Canon. Handsch. p. 31.

618 *IV. B. 16.* (*Y. III. 2. n. 40.*)

chart. saec. XV ff. 277 num., 31 × 22 cm. 1 m.

f. 1—119a **S. Augustini Sermones XXXIV praecedente eorundem registro.**

f. 119a—171b **Eiusdem Tractatus de sermone domini in monte.**

f. 171b—173a Eiusdem Retractationum excerptum praecedentem tractatum concernens.

f. 175a—267b **Eiusdem Homiliae quinquaginta.**

f. 267b—274a **B. Bedae Venerabilis Homilia super initium s. evangelii secundum Matthaeum.**

f. 274a—276b **B. Anselmi Homilia lectionis eiusdem.**

f. 276b—277b Tituli homiliarum a f. 175 usque ad finem.

Operculo super. adglutinata est copia cuiusdam instrumenti publ. a. 1403, in quo occurrunt testes: »Johannes de Hlohowycz s. Stephani in rybniczka, Andreas de Radnycz in Wssehrd eccles. plebani, et Jacobus Luce de Praga publicus notarius.« Vetus sign. C, XIII.

619 *IV. B. 17.* (*Y. I. 4. n. 41.*)

chart. saec. XIV/XV ff. 199, 29·5 × 21·5 cm. d. m.

(Jacobi de Voragine) Sermones dominicales per circulum anni (terni in qualibet dominica).

f. 1a »Prepara te in occursum . . . Quando rex vel aliquis princeps« × f. 196a »sicut ipsa vita erit communis . . . Finito isto sit laus et gloria Cristo.«

f. 196a—199b (anepigr.) Pondus numeri ternarii et quaternarii in sacra scriptura.

Vetus sign. E, 13.

620 *IV. B. 18.* (*Y. I. 4. n. 42.*)

chart. a. 1394 ff. 87, 29 × 22 cm. 1 m.

Jacobi de Voragine Sermones quadragesimales (et paschales).

f. 1a »Convertimini ad me . . . . Filia populi mei induere cilicio« × f. 85b »ubi tot caritatis occurrunt insignia. Rogemus etc. Expliciunt sermones Jacobini . . . de Voragine (nomen auctoris erasum est) per quadragesimam sub a. d. **1394** die 19 mensis Marcii hora completorii vel quasi finiti in Krczyn. Dass bez dwu pol kopy A tobolku«.

f. 85b—87 Sermo super »Egressus Jesus perambulabat Jericho« in fine mancus.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam saec. XIV argum. philos.

621 *IV. B. 19.* (*Y. I. 4. n. 43.*)

chart. a. 1388—1389 ff. 207 num., 29 × 22 cm. 1 m.

f. 1—77a **B. Gregorii papae I. Homiliae 40 in evangelia.** (Post indicem) »Incipit epistola ad episcopum Tauromitanum« × »Expliciunt omelie b. Gregorii pape numero quadraginta per manus finite (sic) a. d. **1388** finite fer. IV in die s. Caliksti.«

f. 77b—78a B. Hieronymi epistola ad Paulinum.

f. 79a—194a **S. Johannis Chrysostomi Homiliae in Matthaeum (in medio mancae**, nam, ut scriba f. 146a annotavit, deficiunt cap. 8—19). × Expliciunt ewangelia b. Johannis Crisostomi per manus **Pauli** finite (sic) sub a. d. **1389** proxima fer. IV post dominicam Reminiscere . . . . Finales, domine Wenceslae reverende, non detis Paulo.«

f. 195a—207b **S. Augustini Soliloquia** (»per manus Pauli«). »Cognoscam te domine« × »ut acquille canos meos.«

Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. instrumenti publ. a. 1334, in quo occurrunt Theodricus abbas Strahoviensis, Albertus episcopus Pataviensis, abbas quidam Gradicensis Olomuc. dioec. et aliae personae eccles. in regno Bohemiae. Vetus sign. J, 33.

622 *IV. B. 20.* (*Y. II. 2. n. 44.*)

chart. saec. XV ff. 245, 31 × 21·5 cm. 1 m.

f. 1a Fragmentum sermonis de quarto praecepto decalogi carens initio et fine.

f. 1b—244b **Johlini (Ješek de Wodňan) Postillae Sderaziensis pars II (quadragesimalis).**

f. 245b **Hymnus de s. Maria Magdalena** incipiens: »Felici peccatrici Christique amatrici.« In fine subscribitur auctor vel scriba »**Wenceslaus**«.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. instrumenti publici a. 1405, quo capitulo Wyšehradensi consentiente locantur quidam agri Jacobi custodis ibidem. In operculo super. haec nota occurrit: »Iste liber est de libraria Mathie Laude«. Vetus sign. E, 4. In Catalogo MS. Zimmermanniano huic codici additur a. 1407 nescio unde sumptus.

623 *IV. B. 21.* (*Y. II. 2. n. 45.*)

chart. saec. XV in., ff. 240, 31 × 22 cm. 1 m.

In fol. membran. non num. delineatae sunt arbores consanguinitatis et affinitatis.

f. 1a—5a (anepigr.) **Expositio earundem arborum.** »Ad intelligendam vero et docendam figuram affinitatis« × »hec de arbore consanguinitatis dicta sunt ad presens. Finis huius.«

f. 6a—235b **Petri Lombardi Sententiarum libri I et II cum notis marginalibus et interlineariibus.**

f. 236a—240a **Oratio inauguralis** a lectore quodam Sententiarum **de laudibus theologiae** in universitate (Pragensi?) habita.

Vetus sign. A, 14.

624 *IV. B. 22.* (*Y. I. 3. n. 46.*)

chart. a. 1416 ff. 294 num., 31 × 22 cm. 1 m.

Nicolai de Gorram Dicta super epistolas s. Pauli.

f. 294b »Expliciunt dicta Gorre super epistolas ad Hebr. a. **1416** fer. VI ante festum conversionis Pauli per manus **Johannis Wlk.**«

Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. Breviarii cuiusdam saec. XII. Vetus sign. J, 57.

625 *IV. B. 23.* (*Y. III. 2. n. 47.*)

membran. saec. XIV in. ff. 125 num., 29·5 × 22 cm. d. m.

Aegidii de Columna Romani Extractiones super quatuor libros Sententiarum.

f. 1—2 Opus scribi coeptum sed intermissum.

f. 3ª »Quoniam in paucioribus via magna« × f. 24ª »Expliciunt fundamenta questionum primi Egidii.« f. 42ª »Expliciunt fundamenta questionum secundi libri sentenciarum secundum Thomam.« f. 125ª »Expliciunt extractiones super quartum librum sentenciarum continentes veritatem omnium conclusionum cum principalibus racionibus earundem.«

In operculo superiori occurrit hic titulus: »**Fundamenta questionum super IV libros sententiarum**«. Vetus sign. A, 15.

626 *IV. B. 24.* (*Y. III. 2. n. 48.*)

chart. saec. XV ex. ff. 96, 30×22 cm. una manu nitide exaratus et rubricatus, litt. init. pictis (una f. 2 deaurata) et arabescis exornatus.

Platonis opera: Timaeus, Phaedrus, Apologia Socratis, Crito, Gorgias, Epistolae, latinitate donata et praefationibus instructa a Leonardo Bruno Aretino.

In operculo super. intrinsecus haec nota occurrit: »E sexto Mgri Mathie Pelrzimoviensis.« Vetus sign. libr. Carol. E, 35, K.

627 *IV. B. 25.* (*Y. II. 2. n. 49.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 168 recte num., 29×21 cm. 1 m.

In fol. praeligato non num. occurrit initium cuiusdam operis anepigr. de obedientia.

f. 1—50ª »Incipit **Opusculum de pugna spirituali« (Sermones quadragesinales.)** »Cum ieiunatis . . . Quamvis tota vita nostra« × »recitantur in passione«. Sequitur tabula rerum alphabetica. In catal. cod. Monac. IV, 1, 76 opus hoc Alberto (sic pro **Roberto) Holkot** attribuitur.

f. 51 »Tractatus de fide.«

f. 52ᵇ—91ª **Cassiodori (Magni Aurelii) Super septem psalmos poenitentiales.** »Si ille rex et propheta convenienter David« × »Explicit super s. ps. p. (alia manus addidit) domini Cassiodori.«

f. 91ᵇ—110ª **B. Eusebii ad Damasum epistola de morte gloriosi Hieronymi** doctoris eximii.

f. 110ª—113ᵇ **S. Augustini ad b. Cyrillum epistola de magnificentia b. Hieronymi.**

f. 113ᵇ—131ª **B. Cyrilli ad b. Augustinum epistola de miraculis b. Hieronymi.**

f. 131ª **Versus de s. Hieronymo:** »Ecclesiae doctor, Ciceronis codice flagrans« (**Johannis Noviforensis**, edid. Tadra, Cancell. Caroli p. XXIII).

f. 131ª—131ᵇ »Secuntur prothemata Milecii (Milíč z Kroměříže) de b. virgine Maria.«

f. 132ª—149ª **B. Augustini Soliloquia.** »Cognoscam te domine« × »ut aquile canos meos.«

f. 149ᵇ—163ª **Isidori Hispalensis Synonyma.** »In subsequenti hoc libro« × »sufficiencia sine omni indigencia, ad quod gaudium nos perducat« etc.

f. 163ᵇ—168ᵇ Alia manu adiunctae notae variae theologicae, quarum ures de communione sub utraque.

628 *IV. C. 1.* (*Y. II. 5. n. 50.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 201 num. (recte 211), 29×21·5 cm. d. m.

f. 1—28ᵇ **Johannis Beleth De ecclesiasticis institutis** (summa). »In primitiva ecclesia« × »quia opposita iuxta se posita magis elucescunt, ut patet Amen.« Sequuntur 3 ff. non num., quibus continetur registrum operis subsequentis.

f. 29ª—74ª **Gualteri Burlaei Tractatus »de vita et moribus philosophorum veterum.« Item »de virtutibus gentilium imperatorum, regum, principum, iudicum, virorum, mulierum, viduarum et virginum.«**

f. 75—95ª **Jacobi de Cessolis »Liber scaccorum** de moribus hominum et officiis nobilium« cum figuris calamo ruditer delineatis. »Ego fr. Jacobus de Cessolis« × »vitam mutaret et mores et cetera.«

f. 96—123ᵇ **Anselmi Cantuariensis liber de similitudinibus.** »Voluntas tripliciter intelligitur« × »in quantum volunt.«

f. 124—160ª **Mag. Petri de Cyperia** Lemovic. dioec. **Liber moralis de oculo.** »Si diligenter in lege domini volumus meditari« × »et illic eriguntur. Ad illud regnum nos perducat, qui« etc. (Cf. cod. I. B. 15. f. 55.)

f. 160ᵇ—200ᵇ **Isidori Hispalensis De summo bono libri IV.** »Domino . . . Nasoni episcopo Isidorus episcopus« × (explicit tabula:) »De exitu huius vite.«

f. 200ᵇ—201ª »**Visio eiusdem s. Ysydori.** Fuit quidam frater, qui eductus e corpore« etc. × »ad salutem perpetuam.«

In operculo super. intrinsecus occurrunt varii versus memoriales, extrinsecus adglutinata est schedula contentorum. Vetus sign. Q, 7.

629 *IV. C. 2.* (*Y. II. 5. n. 51.*)

chart. saec. XV ff. 119 num., 29·5×22 cm. 1 m.

f. 1ª—5ª (anepigr.:) **Tractatus de urinis.**

f. 5ª—15ᵇ **Tractatus de modo medendi.**

f. 15ᵇ—19ᵇ **Hippocratis liber de virtutibus signorum et impressionibus et infirmitatibus.**

f. 19ᵇ—22ᵇ »**Ex VII parte** Haly abeurigel (= **Ali fil. Abenragel**), **quomodo fecit in iudiciis astrorum.**«

f. 22ᵇ—25ᵇ **Tractatus de sculptura lapidum.**

f. 25ᵇ—26ª De mansionibus in zodiaco.

f. 26ª—27ᵇ »Quid operetur quilibet planeta in qualibet domo.«

f. 27ᵇ—38ᵇ **Tractatus de signis caelestibus varia occasione considerandis.**

f. 38ᵇ—41ᵇ **Flores astronomiae divi Hermetis (Trismegisti).**

f. 41ᵇ—45ª **Tractatus de aspectibus.**

f. 45ª—59ᵇ **Virtutes signorum et planetarum.** (Huic tractatui insertum est aliud opus, cuius initium scriba non adnotavit sed solummodo finem sic: »Et sic fit finis tractatus brevis introduccionis ad iudicia astronomie«, quod opus in tabula contentorum vocatur »**Introductorium Alcabitii**«).

f. 59ᵇ—105ª (anepigr.) **Comparatio zodiaci ad hominem.** (Titulum hunc e tabula contentorum sumpsimus, cum opus indigesta quaedam collectio rerum astrologicarum esse videatur.)

f. 105ª—120ª **Canones super tabulas Alphonsi regis.** »Wlt Aristoteles 4⁰ phys.« × »sicud in coniunccionibus planetarum dictum est.«

Operculo super. adglutinatum est fragmentum membr. cuiusdam libri liturgici saec. XIII—XIV.

630 *IV. C. 3.* (*Y. II. 5. n. 52.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 131, 29·5×22 cm. 2 m.

f. 1 Finis cuiusdam sermonis et initium alterius.

f. 2ª—119ᵇ **Gregorii papae I Homiliae quadraginta** cum hac rubricatoris nota in fine: »Pane fararzy prosymy twe mylosty my chudy zaczy racz nany mylostyw byty, a chczmy rady za tye boha prosyty rady, a tak sye wsychny dostanemy bohu otczy swatemu.«

f. 120ª—124ª (anepigr.) **Tractatus de fide.** »De trinitate hoc tenendum est« × »secundum quod placet divine providencie.«

f. 124ᵇ—131ᵇ **Innocentii III Sermones (sic) de miseria humanae condicionis.** (Opus in fine mutilum.)

In fol. ultimo non num. inter lusus calami recentioris occurrit a. 1409. Vetus sign. H, 10.

631 *IV. C. 4.* (*Y. II. 2. n. 53.*)

chart. a. 1438 ff. 296 num. (recte 295 f. 95 exciso), 29·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1—136ᵇ (anepigr.) **Glossa in Psalterium.** »Beatus vir qui non abiit. Autor huius psalmi ignoratur« × »te cum sanctis omnibus collaudemus (rubr.) Sub a. d. **1438** IV. fer. post nativ. Marie.«

f. 137ª—238ᵇ (anepigr.) **Henrici de Hassia Divisiones et sententiae summariae librorum sacrae scripturae.** »Venite, ascendamus ad montem« × »et universi pulveris pigmentarii. Deo gracias. Amen.«

f. 239ª—240ª Prologi tres in epistolas s. Pauli.

f. 240ª—241ᵇ **Bedae Venerabilis Tractatus de distinctione temporum secundum theologos.** »Sex etatibus mundi« × »reliquum sexte etatis soli deo patet.«

f. 241ᵇ—243ᵇ **Hormisdae papae »Decretale de scripturis divinis« (recipiendis vel non recipiendis.** Alia manus superscripsit: »in decreto de penitencia cap. c. dicitur a Gelasio papa editum«).

f. 243ᵇ—245ᵇ Prologus, capitula et excerptum de s. Hieronymi libro de viris illustribus.

f. 245ᵇ—246ᵇ Capitula, prologus et excerpta ex Gennadii libro de viris illustribus.

f. 247ª—279ᵇ **Tractatus de cura parochiali.** »Tractatus primus de articulis fidei« × »tunc foret mortale«.

f. 279ᵇ—294ᵇ **Wilhelmi Parisiensis »Liber de Cur deus homo«** (Opus »Cur deus homo« Anselmi Cantuar. est). »Ponam ad hoc quatuor radices« × »acceptissimum famulatum. Explicit liber dom. Wilhelmi Parisiensis de Cur deus homo.«

f. 294ᵇ—296ª Bedae Venerabilis Tractatus de distinctione temporum secundum theologos (idem atque supra f. 240—241).

Operculis adligata sunt bina fol. membran. cuiusdam Homiliarii saec. XIII.

632 *IV. C. 5.* (*Y. II. 5. n. 54.*)

chart. saec. XIV ff. 169 num. (recte 172, cum f. 56, 111, 112 bis num.), 30 × 23 cm. 1 m.

f. 1—137ª (anepigr.) **Commentarius in Lucani Pharsaliae lib. I—VII.** (Incuria bibliopegi veteris post lib. IV sequitur VII, deinde VI, postremo V). »Bella per Emathios etc. Hos primos septem versus Seneca composuit« × f. 91ᵇ »auri fodit Hiber id est Hispanus . . . . non implevit.«

f. 138ª—167ª (anepigr.) **Liber de diis gentilibus.** »Fuit in Egipto vir ditissimus nomine Sirophanes« — »Primum deorum Saturnum ponunt« × »caudam serpentis habebat. Explicit Istoriola.«

f. 167ª—169ª »Incipiunt **genealogiarum (deorum gentilium) declarationes.** Omnipudentis imploremus Saturni clemenciam« × »Stophius genuit Piladem. Deo gracias Amen.«

F. 169ᵇ lusu calami notatur »a. d. 1379«, quae nota an quodammodo aetatem codicis tangat, incertum est. Vetus sign. A, 3.

633 *IV. C. 6.* (*Y. II. 5. n. 55.*)

chart. saec. XV ff. 240, 30×22 cm. d. m.

S. Remigii (alias Haimonis) Glossae super epistolas s. Pauli.

f. 1ª »A Chorintho civitate, metropoli Achaye« × f. 235ᵇ »Et sic est finis gloze super epistolas Pauli s. Remigii alias Haymonis« . . . .

f. 235ᵇ—240ª Alia expositio epist. s. Pauli ad Titum et ad Philemonem.

f. 240ᵇ Versus Leonini de singulis statibus.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. instrumenti publ. not. Jacobi Moless scholam s. Martini in muro Maior. civ. Prag concernentis. Ibi commemoratur Sigismundus de Broda baccalarius, qui gradum hunc a. 1410 assecutus est. Vetus sign. K, 38.

634 *IV. C. 7.* (*Y. II. 5. n. 56.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 189, 29·5×22 cm. 1 m.

(Thomae Hibernici) Manipulus florum (= auctoritatum scriptorum ecclesiasticorum) secundum ordinem alphabeti digestus.

f. 1 »Abiit in agrum et collegit spicas« × f. 189ª (absoluto registro vocum) »Explicit manipulus florum per Bundl (?).« (Nomen Bundl radendo laesum est).

Vetus sign. D, 13.

635 *IV. C. 8.* (*Y. II. 5. n. 57.*)

chart. saec. XV ff. 207 num., (recte 209, cum ff. 119 et 188 sint bina), 31×22 cm. 1 m.

f. 1—152ᵇ **Bernardi Claraevallensis Sermones super Canticum canticorum.** »Vobis fratres alia quam« × »quem diligit anima mea Jesum Christum, qui vivit etc.«

f. 153ª—168ᵇ **Eiusdem epistola ad Carthusienses de Monte dei.** »Miserator et misericors dominus« × »secretum meum michi. Explicit« etc. ut supra.

f. 168ᵇ—176ª **Eiusdem Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »dominumque glorie, qui vivit« etc.

f. 177ª—179ᵇ **(Eiusdem vel s. Augustini) Speculum peccatoris.** »Quoniam fratres mei carissimi in via huius seculi« × »quod concedat tibi ille, qui est bened. in sec. sec. Amen. Explicit speculum peccatoris.«

f. 179ᵇ—183ᵇ **Tractatus de contemplatione.** »Accionum sive operacionum alia« × »semper in ulteriora tendit. Finis huius.«

f. 183ᵇ—198ᵇ **Bertrami de Alemannia Tractatus de investigatione creatoris per creaturas.** »Bonaventura doctor devotus« × »impleta est terra possessione tua. Explicit liber de inv. etc. cuiusdam lectoris fratrum min. nomine Bertram de Alen. doctoris eximii.«

f. 199ª—207ª **B. Hieronymi Sermo de assumptione b. virginis Mariae.**

Operculis adligata sunt duo fol. membr. codicis saec. XIII argum. philos.

636 *IV. C. 9.* (*Y. I. 3. n. 58.*)

chart. a. 1404—1407 ff. 264, 30·5×21 cm., d. m.

Johlini de Wodňan Postillae Sderaziensis pars III et I.

f. 1ª »Incipit tercia pars postille Sderasiensis collecta sub a. d. **1404** fer. VI post festum Urbani.« f. 132ª (Incipit pars I) × f. 264ᵇ »Explicit prima pars huius postille Sderasiensis . . . finita fer. IV post pascha sub a. d. **1407**.«

Operculo super. adglutinatum est fragmentum chart. codicis cuiusdam saec. XIV argum. grammatici. Inferiori adglutinatae erant binae literae manibus propriis conscriptae priores a Johanne de Straznycz decano ecclesiae Olomucensis, posteriores a Nicolao Tugwol datae Coloniae super Albeam, quae nunc separatim asservantur. Utraeque causas quasdam in iudicio archiepiscopali Pragensi peractas concernunt (ed. Tadra, Soudní akta VII, 239). Vetus sign. E, 5.

637 *IV. C. 10.* (*Y. III. 2. n. 59.*)

chart. a. 1383 ff. 104 num., 29·5×21 cm. 1 m.

Expositio seu glossula hymnorum ecclesiasticorum.

f. 1ª »Vicia corporis et anime naturalia nulla« × f. 104ª »Sabbato ad vincula s. Petri sub a. d. **1383** Glosula ympnorum ista est finita discretum per virum bezew« (caetera erasa sunt. Loco erasorum manus saec. XV haec inscripsit: »Liber iste est Johannis de Praga« . . .).

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. cuiusdam libri liturgici saec. XII—XIII neumis instructi. Vetus sign. D, 11.

638 *IV. C. 11.* (*Y. II. 5. n. 60.*)

chart. a. 1385 ff. 159 num., 31×22 cm. 1 m.

f. 1—117ª **S. Augustini Contra Faustum Manichaeum libri XXXIII** (praecedente in fol. non num. extracto hoc opus concernente e Retractationibus).

f. 117ª—119ª **Eiusdem »Altercacio Germinii et Eracliani de fide.«** »Eduxerunt Eraclianum et Firmianum et Aurelianum de custodia« × »et evaserunt de manibus eorum usque in hodiernum diem.«

f. 119ª—121ª **Eiusdem Expositio dominicae orationis.**

f. 121ª—122ª Eiusdem Tractatuli de divitiis et floribus, item de oboedientia.

f. 122ª—123ᵇ **»Disputatio Arii** falsa«: »Dominus noster Jes. Chr.« × »in spiritu s. nunc et per omnia s. s.«

f. 123ᵇ—132ᵇ **»S. Augustini Rescriptum adversus eandem.«** »Precendenti hec (sic) disputacioni respondeo« × »quod tandem isto fine concludimus . . . Explicit rescriptum Augustini contra Arrium.«

f. 132ᵇ—159ᵇ **Eiusdem adversus Maximinum Arianorum episcopum libri duo.** »Disputacioni Maximini« × »ut de tua fraternitate gaudeamus . . . Explicit liber secundus« (etc. ut supra). (Rubr.) **»Johannes Wenceslai** scripsit per alium a. **1385.**«

In fronte fol. praecedentis non num. occurrit nota: »Liber nacionis boemice«, item pretium libri »pro centum grossis«. Ibidem notati sunt tituli operum codice contentorum. Vetus sign. E, 39.

639 *IV. C. 12.* (*Y. I. 4. n. 61.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 183 num., 30×22 cm. 1 m.

f. 1—112ᵇ **Johannis Chrysostomi Homiliae in Matthaeum.** (Opus imperfectum.)

f. 113ª—183ª **Bertrandi (de Turre Nobili) Commentarius in epistolas quadragesimales.** »Hec dicit dominus: Convertimi ad me« × »Finite sunt epistole quadragesimales Pertrandi . . . in die s. Syxti . . . hora quasi vesper« . . (cetera evulsa sunt).

Vetus sign. J, 32.

640 *IV. C. 13.* (*Y. III. 2. n. 62.*)

chart. saec. XV ff. 292 num., 28·5×21 cm. d. m.

(anepigr.) **Quaestiones in quartum librum Sententiarum Petri Lombardi.**

f. 1ª »Samaritanus ille pyssimus« × f. 290ᵇ »in eterna beatitudine firmavit, ad quam nos perducat, qui sine fine vivit et regnat. Amen. Deo gracias.«

f. 290ᵇ—292ᵇ Registrum operis.

641 *IV. C. 14.* (*Y. III. 2. n. 63.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 147, 29·5×21 cm. 1 m.

Nicolai de Gorram Dicta super Johannem.

f. 1ª »Ecce intelliget servus meus et exaltabitur« × f. 147ᵇ »que dominus ipse promisit, ipso adiuvante, qui etc. Expliciunt dicta Gorre super Johannem.«

642 *IV. C. 15.* (*Y. III. 2. n. 64.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 127, 29×22 cm. d. m.

f. 1—98ᵇ **Sermones de sanctis.** De s. Andrea. Ambulans Jesus. Hic dicit Haymo« × »nescitis diem neque horam.«

f. 98b—102a **(Milicii) Sermo ad clerum super »Sacerdotes contempserunt legem meam«.**

f. 102a—104b **Sermo de corpore Christi** super »Probet autem se ipsum homo. Apostolus nos volens amonere« etc.

f. 105a—118a **Expositio dominicae orationis duplex.** »De oracione nobis sermo est« × »has VII peticiones consequetur a domino Jesu Christo, qui« etc.

f. 118a—126a (anepigr.) **Expositio articulorum fidei.** »Beati qui non viderunt et crediderunt« × »qualiter vivas in vita immortali.«

f. 126a—127a **Sermo de dignitate sacerdotum** super »Dominus tecum virorum fortissime« in fine mancus.

643 *IV. C. 16.* (*Y. I. 3. n. 65.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 148 num., 30 × 21 cm. 1 m.

Nicolai de Gorram Dicta super Johannem.

f. 1a »Ecce intelliget servus meus et exaltabitur« × f. 148a »que dominus ipse promisit, ipso adiuvante, qui vivit etc. Expliciunt postille Gorre super ewangelia Johannis finales. (rubr.:) Porta salutis ave, per quam venit exitus ave, Venit ab Ewa ne ve quia tollis ave«.

In operculo super. intrinsecus scripti sunt Versus memoriales capitum quatuor evangeliorum, extrinsecus haec nota occurrit: »Plebanorum de Prahy« (sic). Vetus sign. T, 12.

644 *IV. C. 17.* (*Y. I. 4. n. 66.*)

chart. saec. XIV ff. 288 num., 29 × 20 cm. d. m.

f. 1—7a **Chronica Pelagii ex historia Longobardorum Pauli diaconi excerpta.** »Pelagius papa multe sanctitatis fuit« × »Explicit cronica Pelagii.«

f. 7a—7b Sermo de dignitate sacerdotum super »Vas eleccionis est mihi iste.«

f. 7b—9a De institutione festi conceptionis b. Mariae et Vita s. Dorotheae.

f. 9b Registrum libri primi operis subsequentis.

f. 10a—178b **Jacobi de Voragine Legenda aurea** (seu, ut in operculo super. notatur, Jacobini Passionale) cum permultis notis marginalibus.

f. 179a—183a (anepigr.) **Expositio symboli.** »Omnis sciencie integritas« × »veteris et novi testamenti possunt obesse.«

f. 183a—288b **Sermones varii.** Quibus insertus est:

f. 264b—268b **Landulphi (seu Ludalphi) de Columna Tractatus de statu et mutatione Romani imperii.** »Vestra nuper dileccio postulavit« × »quod limam debite correccionis exposcat.« Ed. Goldast, Monarchia II, 88 sub titulo: de translatione imperii.

In margine f. 183 notatur: »Liber dom. Witkonis de Werhawecz«. Idem, ut videtur, possessor libri nomen suum f. 204b sic prodit: »Fratris Vitkonis de Dobrzano.« Vetus sign. E, 19.

645 *IV. C. 18.* (*Y. III. 2. n. 67.*)

chart. a. 1404 ff. 137, 28·5 × 22 cm. 1 m.

Johlini de Wodňan Postillae Zderaziensis pars III (aestivalis).

f. 1a (rubr.) »Incipit tercia pars postille Zderasiensis collecta sub a. d. 1044 (sic pro 1404) fer. VI post festum Urbani« . . . × f. 137b »Explicit tercia pars et ultima postille Zderasiensis pars videlicet estivalis a. d. **1404** finita in vigilia s. Hedwigis. Hoc opus exegi, festa sepissime fregi.«

Fol. duobus operculis adligatis inscriptus est Sermo super »Cum ergo sublevasset oculos Jesus«. Operculo super. hujus codicis, ut vestigia scripturae adhuc demonstrant et vetus catalogus testatur, olim adglutinata erant fragmenta german. poematis medii aevi »Rosengarten«, de quibus cf. Mourek. Sitzgsb. d. k. böhm. Ges. d. W. 1889 p. 118. Vetus sign. O, 70.

646 *IV. C. 19.* (*Y. I 4. n. 68.*)

chart. saec. XIV (1379, 1380) ff. 169 num., 29 × 21 cm. d. m.

f. I—III non num. **Mammotrecti abbreviatio.** »Explicit abreviacio Mammotrecti super omnes libros biblie anno **[13]79** finitis (sic) in die Apollinaris mart. et pont.«

f. 1a—69b **(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis.** »Veritatis theologice sublimitas« × »secundum merita recipiet sine fine. Explicit veritas theologie a. d. **[13]80**«. Sequitur registrum operis in 2 ff. non num.

f. 70a—169b **Sermones varii.** (Indigesta et perperam ligata haec collectio caret fine, sed instructa est registro in operculo infer. compilato.)

647 *IV. C. 20.* (*Y. I. 3. n. 69.*)

chart. a. 1357 ff. 355, 29 × 22 cm. d. m.,

Johannis de Hisdinio Postilla supra librum Job.

f. 1—13b Tabula rerum alphabetica.

f. 14a »Reverendissimo in Christo patri . . . Guidoni de Bolonia . . . episcopo Portuensi . . . frater Johannes de Hisdinio« × f. 355b (rubr.) »Explicit postilla supra librum Job facta et compilata a fr. Johanne de Hýsdinio . . . et fuit completa a. d. **1357** in vigilia festivitatis omnium sanctorum« . . .

648 *IV. C. 21.* (*Y. I. 3. n. 70.*)

chart. a. 1408 ff. 282, 28·5 × 21 cm. 1 m.

Alberti de Padua Postilla super evangelia dominicalia per circulum anni.

f. 1a »Domine deus, ecce nescio loqui« × f. 282a »in celesti patria regnantem cum omnibus sanctis suis, qui vivit etc. Explicit postilla super evangelia dominicalia, que leguntur per annum, Mag. Alberti de Padua sub a. d. **1408** finitus (sic) in die s. Mauricii per manus **Jacobi de** . . . (cetera evulsa sunt).

In operculo infer. notantur, qui a communione prohibentur. Vetus sign. C, 4.

649 *IV. C. 22.* (Y. I. 4. n. 71.)

chart. cca. a. 1375 ff. 206 num., 29·5 × 22 cm. d. m.

Sermones magistrales seu collationes.

Collectioni huic sermonum variorum originis, ut videtur, francicae inserta sunt sequentia opera maioris momenti:

f. 48ᵃ—51ᵃ **Sermo exhortans populum francicum ad bellum adversus regem Angliae et imperatorem Ludovicum Bavarum (a. 1324?)**

f. 94ᵇ—98ᵇ **Sermo de vitandis haereticis, imprimis Ludovico Bavaro excommunicato.**

f. 98ᵇ—100ᵃ **Clementis papae VI** »Collatio facta in reditu **Bernuardi . . cardinalis pontificatus anno primo.**«

f. 123ᵇ—131ᵇ **Orationes duae nunciorum regis Franciae in curia Romana de passagio in terram sanctam indicendo** (altera in fine manca).

f. 147ᵇ—156ᵃ **Mag. Hermanni Sermones duo, de passione et de angelis.**

f. 167ᵃ—171ᵇ **Thomae de Aquino Expositio articulorum fidei.** »Postulavit a me vestra dileccio« × »sub alio nativitatem.«

f. 171ᵇ—174ᵇ **Evangelium Nicodemi.**

f. 183ᵃ »Explicit sermo de corpore Christi in a. d. **1375** in 4. fer. post Oculi.«

f. 205ᵃ—206ᵃ Tabula contentorum, in cuius fronte haec nota occurrit: »Nota ordinem sermonum magistralium collegii Pragensis seu collacionum.« Quae nota demonstrare videtur codicem in Francia vivente Carolo imperatore emtum et collegio Pragensi donatum esse.

Operculis adligata sunt membr. fragmenta libri cuisdam liturgici saec. XIV. Vetus sign. B, 18.

650 *IV. C. 23.* (Y. I. 3. n. 72.)

chart. saec. XIV ff. 109 (= pp 216 perperam num.), 29·5 × 21 cm. 1 m.

Summa dictaminis per manus Gerhardi.

(Collectio instrumentorum publ. et literarum datarum regnante Johanne, Bohemiae rege, a. 1336—1345, quam Viennae 1882 in Archiv für österr. Geschichte Bd. LXIII edidit Ferd. Tadra sub titulo »Summa Gerhardi«.)

In operculo super. extrinsecus haec nota occurrit manu saec. XIV—XV inscripta: »Liber Jaxonis, qui nunc moratur in Praga.« Vetus sign. P, 5.

651 *IV. C. 24.* (Y. I. 4. n. 73.)

chart. saec. XV ff. 145 num., 29·5 × 22 cm. d. m.

S. Hieronymi Opera quaedam genuina et spuria.

f. 1—21ᵇ **S. Hieronymi Liber de viris illustribus cum continuatione Gennadii Massiliensis.** »In nomine dei summi incipit prologus . . . Romano Dextero Jeronimus salutem in domino. Hortaris, Dexter« × »Explicit liber illustrium virorum.«

f. 22ᵃ—39ᵃ **Eiusdem Liber hebraicarum quaestionum in Genesim.** »Explicit prologus (qui in codice nostro desideratur). Incipiunt hebraycarum questionum libri Geneseos. Cap. I. In principio fecit deus« × »Expliciunt questiones hebraice libri geneseos.«

f. 39ᵃ—40ᵇ »**Explanaciones temptacionum**« (populi Israel in deserto). Item »**succincta commemoracio decem temptacionum**«.

f. 40ᵇ—42ᵇ »**Explanacio cantici Debbore et Barach de libro Judicum**«

f. 42ᵇ—54ᵃ **Hebraicae quaestiones de libris Malachim id est Regum 1—3.**

f. 54ᵃ—64ᵃ **Hebraicae quaestiones libri Debreamin** (Paralipomenon).

f. 64ᵇ—65ᵃ Quaestiones in Abakuk prophetam.

f. 65ᵃ—65ᵇ »De ieiuniis disputatio.«

f. 65ᵇ—66ᵃ »Cronica succincte scripta de regno Hebraeorum.« »Reges Juda.« »Reges Israel.«

f. 67ᵃ—71ᵇ **(Isidori Hispalensis)** »Incipit **liber prohemiorum de librorum novi ac veteris testamenti plenitudine, quam in canone catholica recipit ecclesia** iuxta vetustam priorum.«

f. 72ᵃ—91ᵇ **S. Hieronymi Liber interpretationis hebraicorum nominum in Veteri et Novo Testamento.**

f. 91ᵃ—109ᵃ **Eiusdem** (seu potius Eusebii) **Liber de situ et nominibus locorum hebraicorum.** »Euzebius, qui a b. Pamphilo martyre cognomentum sortitus est« × »ludos scenicos contemplaretur.«

f. 109ᵃ »De epistola cuiusdam Symonis, in qua ait de decem nominibus, quomodo vocatur nomen domini autenticum hoc est.« — »Secundum Esdram veri caracteres hebreorum, nomina et interpretaciones earum« (sic).

f. 109ᵃ—131ᵃ **Eucherii Lugdunensis episc. Liber de mysticis verborum significationibus.** »Euch. Lugd. episc. Verano (sic) pontifici salutem« × »ipse divine leccionis scrutator invenies.«

f. 131ᵃ—138ᵃ **(Isidori Hispalensis)** »**Ortus vita vel obitus sanctorum patrum,** qui in scripturarum laudibus efferuntur.« »Quorundam sanctorum nobilissimorumque virorum« × (cap. 84) »in pace defunctus est atque sepultus.«

f. 138ᵃ—144ᵇ **Eiusdem ad Orosium Tractatus de explanatione allegorica nominum legis et evangeliorum.** »Dom. sancto ac reverendissimo fratri Orosio« × »eterne beatitudinis resurreccionem (sic) saturabuntur.«

f. 144ᵇ—145ᵃ »De quatuor temporibus.«

Operculo super. adligatum est fragmentum cuiusdam codicis membran. saec. XIII—XIV argum. theol. In fronte eiusdem haec occurrit nota saec. XV: »Communitatis liber Maioris Civitatis Pragensis.« Vetus sign. G, 2.

652 *IV. C. 25.* (Y. I. 3. n. 74.)

chart. a. 1407 ff. 140, 29 × 21 cm. d. m.

Johlini de Wodňan Postillae Zderaziensis pars I.

f. 1ᵃ »Reverendo in Chr. patri . . Sbynkoni, Prag. eccles. archiepiscopo . . . Jehlinus de Wodyano« . . × f. 140ᵇ »Explicit prima pars postille Zderaziensis per manus cuiusdam (sic) sub a. incarn. **1407.**«

Operculis intrinsecus adglutinata sunt fragmenta chart. cod. cuiusdam argum. philos. saec. XIV.

653 *IV. C. 26.* (*Y. I. 4. n. 75.*)

chart. a. 1390 ff. 112, 30 × 22 cm. 1 m.

Petri de Crescentiis Libri XI ruralium commodorum ad honorem dei omnipotentis et serenissimi regis Karoli et ad utilitatem omnium gentium compilati.

f. 1ª (rubr.) »Epistola missa fr. Armerio mag. fratr. ord. pred.« Item »Epistola missa ad Karolum regem secundum.«

f. 1ª—3ᵇ Registra et rubricae operis.

f. 3ᵇ »Cum ex virtute prudencie« × f. 112ᵇ (rubr.) »Finitus est iste liber crastino s. Andree apost. sub a. d. **1390.**« Cf. Sternberg, Pflanzenkunde I, 37.

Operculis adglutinata sunt integra duo membran. instrumenta publ. iudicis et iuratorum civitatis Zaczensis a. 1379 et 1387, quibus testamenta civium eiusdem civitatis recognoscuntur. In fronte operculi super. intrinsecus haec nota manu saec. XV scripta occurrit: »Istum librum donavit dom. Symon ab Albo Leone pro libraria communitatis.«

654 *IV. C. 27.*

chart. saec. XIV—XV ff. 34, 30 × 21 cm. a duobus librariis exaratus (ex fragmentis nostris coadunatus).

f. 1ª—12ᵇ **Quaestiones super III. lib. Decretalium** (alia manu superscriptum:) »**M. Friderici Eppinge.**« »Clerici arma portantes« × »et privata insinuacio« (cetera desunt. Fragmentum insuper perperam ligatum est).

f. 13ª—29ᵇ (anepigr.) **Compendium philosophiae scholasticae.** »Cum omne nostrum appetitum movere debens« × »declarare relinquam.« Praecedit finis cuiusdam tractatus de peccato originali.

f. 29ᵇ—30ᵇ **Tractatus de bona fortuna.** »Habitum autem erit utique hiis dicere« × »quam vocamus calotaxiam. Explicit tractatus de bona fortuna.«

f. 30ᵇ—33ᵇ **Petri cuiusdam »Liber iudiciarius.«** »Quoniam in tractando iudicio canonico« × »Acta sunt hec coram H. et istis et istis. Explicit iudiciarius Petri bonus et utilis.«

f. 34ᵇ Catalogus librorum »domini B« (proferuntur 22 libri).

655 *IV. D. 1.* (*Y. III. 1. n. 76.*)

chart. a. 1455—1465 ff. 442, 31 × 21 cm. 1 m.

f. 1—103ª **Gregorii papae I Homiliae quadraginta.** (rubr.:) »Hic quadragene descripte sunt omelie Gregory . . . Audistis fratres karissimi« (lit. init. A picta et arabescis margin. ornata est) × »Expliciunt omelie b. Gregory . . . conscripte per me **Donatum . . .** (scissura) sabbato post octavas corporis Christi **in opido Goerlicz.**«

f. 103ª—104ª Prologus et tabula homiliarum praecedentium.

f. 104ᵇ—137ª **Eiusdem Expositio super Cantica canticorum.** »Prologus. Postquam a paradisi gaudiis« × »Explicit Exp. b. G. . . per me **Donatum in Goerlicz** sub a. d. (scissura) in die s. Alexii« . . .

f. 138ª—278ª **Eiusdem Homiliae in Ezechielem.** »Prologus. Dilectissimo fratri Matiano (sic) episcopo« × »Finitum est presens opus sub a. d. **1465** in die Ciriaci . . . per me **Donatum in Goerlicz.**«

f. 279ª—331ᵇ **Eiusdem Liber de cura pastorali.** »Reverendissimo et sanctissimo fratri Johanni coëpiscopo« × »Expliciunt pastoralia b. Gregorii pape conscripta per me **Donatum in Goerlicz** protunc ibidem« . . (maxima pars huius conclusionis cultro excisa est; reliquiae scripturae rubricatae docent scribam hic de peste Gorlicii tunc grassante aliqua verba inseruisse).

f. 332ª—409ᵇ **Eiusdem Quatuor libri dialogorum de vita et miraculis patrum Italicorum.** »Quadam die nimis quorundam secularium« × »Et in hoc terminantur quatuor l. d. b. Gr. . . conscripti per me **Donatum in dote Goerliczensi predicatorem ibidem,** quos incepi sub a. d. **1464** . . . ebdomada proxima post festum assumpcionis Marie notabiliter vigente mortalitate hominum ibidem et finivi in crastino s. Catherine iam quodammodo sedata dicta mortalitate« . . . .

f. 410ª—428ª (alia manu) **S. Benedicti Regula.** »Ausculta, o fili, precepta magistri« × (manu Donati rubric:) »Explicit Regula b. patris Benedicti abbatis finita sub a. d. **1465** fer. IV post Allexii.«

f. 428ª—428ᵇ **»Ultimum testamentum s. Francisci.«**

f. 429ª—431ª **Regula b. Francisci.** »Honorius episcopus servus servorum dei« × »Explicit r. b. Fr. conscripta per me **Donatum Cluge de Roswen . . .(?)** a. d. **1455** in vigilia palmarum.«

f. 431ª—439ᵇ S. Augustini Sermones aliquot et unus b. Johannis episcopi de confessione peccatorum.

f. 440ᵇ—442ᵇ **Ecberti (Ekkeberti) abbatis Stimulus caritatis in dom. Jesum Christum** (in fine mancus). »Jesum Nazarenum a Iudeis innocenter condempnatum« × »anima mea vidisti et miserta es (cetera desiderantur).

656 *IV. D. 2.* (*Y. I. 3. n. 77.*)

chart. a. 1412 ff. 127 num., 29 × 22 cm. d. m.

Conradi de Waldhausen Postillae excerpta.

f. 1ª »Adventum domini recolentes« × f. 126ª »Expliciunt excerpta postille Chunradi de Walthausen finita a. d. **1412** in vigil. Georgii militis.«

f. 127ª Decem praecepta germanice.

In operculo super. intrinsecus eadem, ut videtur manu, quae praecepta supra recensita notavit, »subnotantur redditus ecclesie s. Margarete in Marichekk.« Deinde codex erat »librariae Mathiae Laudae«. Vetus sign. C, 3.

657 *IV. D. 3.* (*Y. I. 2. n. 78.*)

membran. saec. XIV ff. 28 + 180 (= 208) num. 27 × 19·5 cm. d. m.

Praecedit fol. non num., in quo consignatum est registrum. In eodem fol. verso »Incipit prohemium in constituciones Clementis pape quinti. Johannes episcopus servus servorum dei« × »Data Avinione XIII. kal. Nov. pontif. nostri anno secundo. Clemens quintus in concilio Viennensi.«

f. 1ª—28 **Clementis papae V Constitutiones.** »Clemens episc. servus serv. dei . . doctoribus et scolaribus Bononie conmorantibus« × »pontificatus nostri anno secundo. Johannes XXII.« (sic). Sequitur fol. non num., in quo verso manu recentiori notata occurrit: **Johannis XXII Constitutio »Suscepti regiminis« de a. d. 1369** (sic).

f. 29ª—180ª **Guilelmi de Monte Lauduno Apparatus decretalium.** »Magnifice bonitatis miroque (sic) pietatis viro dom. Johanni . . infanti . . regis Aragonum« × »Explicit apparatus decretalium.« Sequitur registrum operis.

Vetus sign. E, 18. Codicem rec. Schulte, Canon. Handschr. p. 23.

658 *IV. D. 4.* (*Y. I. 2. n. 79.*)

membran. saec. XIV ff. 118, 27·5×19 cm. 1 m.

Bonifacii VIII. Liber sextus decretalium.

f. 1ª (rubr.) »Incipit liber sextus decretalium. (atram:) Bonifacius episcopus servus servorum dei . doctoribus et scolaribus . . . Bononie commorantibus« × f. 118ª »contra legis nititur voluntatem.« Sequitur registrum, ad cuius calcem notatus est a. 1499.

Operculo infer. adglutinatum est membr. fol., in quo notantur quidam casus iuridici cum inscriptione »Innocencius III.« Operculo super. adligatum est membr. fragmentum cuiusdam libri, quo continebantur acta iudicialia archiepiscopatus Trevirensis de a. 1304 et 1305. Schulte, Canon. Hdsch. p. 23.

659 *IV. D. 5.* (*Y. I. 2. n. 80.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 157, 28·5×20 cm. 1 m.

Euclidis Elementorum geometriae libri XV cum commentario et figuris geometricis in margine delineatis.

f. 1ª »Punctus est, cuius pars non est« × f. 157ª »quemadmodum erat propositum inscripsisse.«

Et membranae admodum tenues et scriptura nitidissima demonstrant codicem exaratum esse in Francia. In operculo super. intrinsecus haec nota occurrit: »Euklides Mgri Cr« (= Mag. Cristanni de Prachaticz). Vetus sign. D, 4.

660 *IV. D. 6.* (*Y. I. 2. n. 81.*)

membran. saec. XIV ff. 211 num. (recte 221, quia 64—73 bis num.), 28×20 cm. 1 m.

f. 1—30ᵇ **Aristotelis liber de anima.**
f. 30ᵇ—32ᵇ **Eiusdem Liber de bona fortuna.**
f. 33ª—43ᵇ **Eiusdem liber de sensu et sensato.**
f. 44ª—47ᵇ **Eiusdem Liber de memoria et reminiscentia.**
f. 47ᵇ—59ª **Eiusdem Liber de somno et vigilia.**
f. 59ª—61ᵇ **Eiusdem Liber de longitudine et brevitate vitae.**
f. 61ᵇ—64ª **Eiusdem Liber de iuventute et senectute.**
f. 64ª—73ª **Eiusdem Liber de morte et vita et respiratione.**
f. 73ᵇ—69ª (vide supra) **Elusdem liber de motu animalium.**
f. 69ᵇ—76/₃ª (vide supra) **Eiusdem liber de progressu animalium.**
f. 76/₃ª—91ª **Eiusdem Liber de vegetabilibus et plantis.**
f. 91ᵇ—101ᵇ **Eiusdem Liber de causis et proprietatibus elementorum.**
f. 102ª—106ᵇ **Eiusdem Liber de lineis indivisibilibus.**
f. 106ᵇ—114ª **Eiusdem Liber de coloribus.**

f. 114ª—120ᵇ **Costae Ibn Lucae Liber differentiae inter spiritum et animam a Johanne Hispalensi ex arabico translatus.**
f. 120ᵇ—123ª **Aristotelis Liber de inundatione fluviorum.**
f. 123ª—129ᵇ **Aristotelis Liber de pomo et de morte.** »Cum homo creaturarum dignissima« × »directi et perfecti sicut tu es. Explicit l. de pomo etc.«
f. 129ᵇ—140ª **Aristotelis Liber de mundo.**
f. 140ᵇ—143ª **Eiusdem Liber de intelligentia.**
f. 143ª—145ᵇ **Liber de vita Aristotelis.** »Aristotiles philosophus de gente quidem fuit Macedo« × »aut aliquid ultra intellectum. Expl. l. de v. A.«
f. 146ª **Aristotelis Epistola ad Alexandrum.**
f. 146ᵇ—155ª **»Liber de intelligenciis seu Memoriale rerum difficilium.** Quoniam in hoc capitulo« × »Explicit liber de intelligenciis.«
f. 155ª—159ᵇ **(Procli Diadochi) Liber de causis.** »Omnis causa primaria« × »completus est sermo. Expl. de causis.«
f. 159ᵇ—163ª **Aristotelis Liber de physionomia.**
f. 163ª—165/2ª **(Johannis de Sacrobosco) Tractatus de sphaera materiali.** »Tractatum de spera in 4 capitula distinguimus« × »aut machina mundi dissolvetur. Expl. tr. de spera.«
f. 166ª—211ᵇ **Aristotelis Problemata** »secundum novam translacionem.«

In margine prioris partis codicis huius occurrunt permultae notae diversarum manuum, fol. autem ultimo haec: »Audivi librum a Mag. Petro de Mladenowicz et secunda feria incepit non proxima post reliquias sed sequenti etc. de anima et dixit propter deum.« Operculis adglutinata sunt membr. fragmenta alius codicis saec. XIV. argum. philosophici. Vetus sign. A, 26 (?).

661 *IV. D. 7.* (*Y. I. 2. n. 82.*)

membran. saec. XI (cum supplem. chart. saec. XV) ff. membr. 144, chart. 145—155, 28×19 cm. d. m.

Gregorii papae I Homiliae quadraginta.

In fronte f. 78ᵇ haec nota occurrit: » . . . **Modestus** scripsit istum librum totum«. F. 41ᵇ manu paululum recentiori exaratae sunt preces missae neumatae. Operculo infer. adligata sunt 3 fragmenta diversorum codicum membran., quorum unum hymnos quosdam continens etiam neumatum est (saec. XII). Vetus sign. A, 7.

662 *IV. D. 8.* (*Y. I. 2. n. 83.*)

membran. saec. XIII—XIV (pars a. 1391) ff. 114 num. (recte 116, quia ff. 58 et 80 bis num.), 28×20 cm. 2 m.

f. 1—65ᵇ (anepigr.) **Argumenta librorum s. Augustini** (de trinitate, de vera religione, de magistro, de quantitate animae, de doctrina christiana, de libero arbitrio, enchiridion, de civitate dei), **s. Anselmi** (de insipiente, de veritate, de libero arbitrio, de casu diaboli, de concordia, de conceptu virginali, monologion, prosologion, cur deus homo, super genesin, de spiritu sancto), **(Pseudo-) Dionysii Areopagitae** (de mystica theologia).
f. 65ᵇ—66ᵇ Tituli quinque librorum decretalium.

f. 66b—67b (anepigr.) Quae retractaverit in libris supra recensitis s. Augustinus.

f. 67b—106a **Quaestiones theologicae** (»Questiones multe articulate« (alia manus addit:) »nescio cuius scriptoris«. »Questione 15 articulo 5 querens, utrum divina essencia« × »quia in sacra scriptura nusquam fit mencio de philosophia naturali.«

f. 106b—108b Tabula argumentorum supradictorum.

f. 109a—114b **S. Bonaventurae seu potius Henrici de Frimaria Tractatus de quatuor instinctibus.** »Semen cecidit in terram bonam« × »In nomine domini Amen. Sub a. **1391** proxima quinta fer. ante festum s. Symonis et Iude adimpletum est hoc opus per **Johannem Schonaw** clericum Wratisl. dyoc. nec non Pragensem« . . .

In operculo super. intrinsecus manus quaedam saec. XV haec adscripsit: »Codex cum multis textualibus Augustini, Dyonisii, Anshelmj«. Vetus sign. B, 9.

663 *IV. D. 9.* (*Y. I. 2. n. 84.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 146, 27·5 × 20 cm. d. m.

f. 1a Excerpta homiliarum b. Augustini et Hieronymi.

f. 1b—84b **Breviarium sine calendario.** F. 64a »Qui me scribebat, **Sifridus** nomen habebat«. (Idem nomen scribae occurrit rubricatum f. 80b, sed ablutum est.)

f. 85a—94a **Vita s. Apollinaris.** »In diebus Claudii cesaris« × »sub Vespasiano Augusto regnante« . . .

f. 95a Collecta de s. Stanislao.

f. 95b—126b (anepigr.) **Ordo horarum canonicarum per circulum anni.** »In adventu domini ad vesperas« × »Redime me deus Israel.«

f. 127a—146b (anepigr.) **Initia hymnorum et sequentiarum per circulum anni cum notis musicis.**

Breviarium supra recensitum in usum ecclesiae cuisdam bohemicae exaratum esse demonstrat rubricatum festum s. Venceslai.

664 *IV. D. 10.* (*Y. I. 2. n. 85.*)

Codex membran. saec. XIII ff. 162 num. (recte 163 omisso 82b), 27·5 × 20·5 cm., una manu nitidissime exaratus et rubricatus, lit. init. passim pictis et una pictura b. Mariae cum Jesulo in f. 1 exornatus.

f. 1—131b **(Honorii Augustodunensis) Speculum ecclesiae** (id est Sermones dominicales et festivales). »Cum proxime . . . conventu resideres« × »quod incrementum et que profeccio. Amen.«

f. 131b—152a »Incipit **Vetus Testamentum summatim perscriptum.** Sicut Moyse primo omnium prophetarum« × »et sermo historiarum hic erit consummatus.«

f. 152a—156a **Sermones ad iudices, divites, pauperes, milites, mercatores, agricolas, ad coniugatos, ad omnes.**

f. 156a—162a **Miracula et translatio s. Nicolai.** »Cum pergeret b. Nicolaus ad pia et venerabilia loca« × »per merita et intercessionem b. et piissimi Nicolai.«

f. 162a (alia paululum recent. manu) **Leonis papae** (nescio quoti) **Litterae excommunicationis adversus spoliatores bonorum ecclesiasticorum in Francia.**

f. 162b **Hymni tres de s. Maria:** 1. Ave virgo ac dignare, 2. Gaude virgo primitiva, 3. Salve virgo mundi sidus.

665 *IV. D. 11.* (*Y. I. 3. n. 87.*)

membran. a. 1441 ff. 170, 26·5 × 19 cm. 1 m.

Johannis Cassiani Collationes XXIV patrum.

f. 1a »Numerus et materia collacionum.«

f. 1b—2a Odilonis versus super materias contentas.

f. 2b »Prologus in decem collaciones« priores. »Debitum quod beatissimo pape Castori« × f. 170a »Explicit collacio abbatis Abrahe de mortificacione et per consequens expliciunt viginti quatuor collaciones sanctorum patrum . . . finite sub a. d. **1441** in secunda fer. post diem palmarum. Pro labore orate pro scriptore.« (Inferior pars huius folii abscisa est.)

Vetus sign. N, 36.

666 *IV. D. 12.* (*Y. I. 2. n. 88.*)

membran. saec. XIV ff. 69 num., 27·5 × 20·5 cm. d. m.

f. 1—47a (anepigr.) **S. Bonaventurae Diaeta salutis.** »Hec est via, ambulate in ea« × »per infinita secula seculorum Amen.« (Verba conclusionis erasa sunt.)

f. 48a—58b **Eusebii ad Damasum epistola de morte s. Hieronymi.**

f. 58b—60b **S. Augustini ad Cyrillum epistola de magnificentia b. Hieronymi.**

f. 60b—69b **B. Cyrilli ad b. Augustinum epistola de miraculis s. Hieronymi.**

Ad calcem f. 30a haec nota manu saec. XV scripta est: »Iste liber est ecclesie s. Marie in Chrwatecz.« Vetus sign. G, 3.

667 *IV. D. 13.* (*Y. I. 2. n. 89.*)

Codex membran. saec. XIII—XIV ff. 248, 27 × 18·5 cm., a diversis scribis characteribus admodum exiguis et subtilibus nitidissime exaratus.

In operculo super. intrinsecus hic titulus manu saec. XV scriptus occurrit: »**Expositio sententiarum** cum parva scriptura.« Sed cum materiae libri non omnino se conferant ad opus Petri Lombardi, liceat nobis proponere hunc:

Quaestiones philosophicae et theologicae, praecipue in libros Sententiarum.

f. 1a »Questio est de substancia corporea et incorporea» × f. 248b »quia vel per actuali et originali vel per originali (sic) tantum.«

Quin codex hic in subtilissima membrana exaratus sit extra Bohemiam, nemo dubitabit.

668 *IV. D. 14.* (*Y. I. 3. n. 90.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 236 num. (recte 238 omnissis 106/b et 148/b), 28 × 22 cm. 1 m.

f. 1—72b **Nicolai de Lyra Expositio super epistolas quadragesimales.** »Hec dicit dominus: Convertimini ad me« × »Expliciunt epistole venerabilis fratris Lyre Nycolay de Lyra (sic) per quadragesimam.«

f. 73ᵃ—236ᵇ **(Haymonis) Expositio super epistolas Pauli ad Romanos, Corinthios, Gallatas** in fine mutila. »De civitate Chorinto metropoli Achaye« × »dicit b. Jeronymus: quia crux« (cetera desunt).

Ad calcem f. 1 haec nota occurrit: »Iste liber est mon. s. Karoli in Praga et fratrum eiusdem datus per honor. virum pie memorie dom. Johannem Protywam olim plebanum eccles. s. Nicolai Minor. civ. Pragensis, qui obiit fer. V in vigilia nativit. s. Marie in Plzna.« (Cf. Věstník Č. A. 1898 p. 590.) Scriba huius codicis german. et bohemicae linguae gnarus erat, ut docent notae rubricatae passim occurrentes.

669 *IV. D. 15.* (*Y. I. 3. n. 91.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 95, 29 × 21 cm. d. m.

(Galli abbatis mon. Aulae Regiae?) Malogranati pars III.

f. 1ᵃ »Postquam informatus igitur sum a te, pater, de statu proficiencium, nunc de statu perfectorum instrui desidero« × f. 95ᵃ »anima mea eo quod veraciter senciat.« (Opus nescio an integrum.)

Operculis adligata sunt duo fol. membr. cuiusdam libri liturgici saec. XIV Vetus sign. J, 40.

670 *IV. D. 16.* (*Y. I. 3. n. 92.*)

chart. saec. XV ff. 248 num., 29 × 21 cm. d. m.

f. 1—233ᵇ **Nicolai de Gorram Expositio evangeliorum Marci, Lucae, Matthaei.** »Prologus super Marcum. Facies leonis a dextris ipsorum« × »Expliciunt dicta Gorre super ewangelium Mathei per manus« (Alia manu:) »Expliciunt pustilie Nicolai de Gorran super ewangelio Mathei Prage reportate.«

f. 233ᵇ—247ᵃ **Anselmi Cantuariensis** (seu potius **Honorii Augustodunensis) Lucidarius.** »Sepius rogatus a condiscipulis meis« × »Explicit liber Anselmi qui Lucidarius vocatur.«

f. 247ᵃ—248ᵃ Notae theologicae et sermo super »Cum turba plurima esset cum Jesu.«

Operculis adligata sunt fragmenta Psalterii membran. saec. XIV.

671 *IV. D. 17.* (*Y. I. 3. n. 93.*)

chart. saec. XIV (part. a. 1385) ff. 157, 29·5 × 21 cm. 3 m.

f. 1—83ᵇ **Auctoritates sanctorum doctorum concordatae.** (Registro, cui initium deest, absoluto:) »Incipiunt **Concordancie diversarum sentenciarum diversorum auctorum**«. (1. de fide, 2. de peccato, 3. de voto, 4. de sacramentis, 5. de vitandis mulieribus, 6. de potentia et virtute dei . . . ult. cap. »Dicta Sibille quedam«) × »et vitam confert eternam. Explicit hoc totum.«

f. 84ᵃ—155ᵃ (anepigr.) **Petri Pictaviensis Historia biblica.** »Adam unico facto suo multa peccata commisit« × »sub eodem principe est crucifixus. Amen. A. d. **1385** finitus est liber iste fer. II. post dominicam Letare.«

f. 155ᵇ—157ᵇ **Calendarium** (Literae dominicales, Indictiones, Epactae, Concurrentes) **ann. 1269—1391 praemissa institutione ad usum eiusdem.** (In fine aliquot folia excisa sunt.)

In operculo super. intrinsecus tituli operum sic notantur: »Liber iste continet primo auctoritates sanctorum doctorum concordate, Item super tota biblia excerpta bona.«

672 *IV. D. 18.* (*Y. I. 3. n. 94.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1389) ff. 358 num., 29·5 × 21 cm. 2 m.

f. 1—36ᵇ **Bernardi Claraevallensis Sermones super psalmum »Qui habitat«.** »Considero laborem vestrum« × »salutare tuum Jesum tuum dominum nostrum, qui etc. Finis Bernhardi super psalmum Qui habitat.«

f. 37ᵃ—80ᵇ **Wilhelmi Parisiensis cancellarii Postillarum excerpta.** »Cum appropinquasset Jesus« × »et vos nunc tristiciam habetis.«

f. 80ᵇ—83ᵃ (rubric.) »**Collectum** quoddam **de communione laycorum per doctores**« »Queritur, an persona layca possit singulis septimanis suscipere corpus Christi. Dimissis articulis contra videndum quod sit« × »pena purgatorii pro peccato debita donatur. Amen solamen.«

f. 84ᵃ—188ᵃ **Nicolai de Gorram Commentarius super Cantica canticorum.** »Benedicciones dabit legislator« × »Explicit Gorra super cantica canticorum finitus III fer. post festum s. Procopii a. d. **138(9?)**« (Dimidius numerus ultimus et quae sequuntur cultro excisa sunt. Ungar in Balbini Boh. docta III, 82 habet 1389.)

f. 189ᵃ—358ᵇ **Gregorii papae I Homiliae super Ezechielem.** »Dilectissimo fratri Mariniano episcopo« × »Explicit liber exposicionis b. Gregorii pape super Ezechielem prophetam. Omelie in numero viginti due.« Sequitur registrum earundem.

673 *IV. D. 19.* (*Y. I. 3. n. 95.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1381) ff. 134 num., 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1—59ᵃ **Sequentiarius seu Prosarius latino-bohemicus** continens expositionem prosarum per circulum anni latinam cum interpretatione bohemica. »Memoriale tuum in generacione« × »Explicit liber prosarii et exposicio ipsius per manus (sic) finitus a. d. **1381** proxima feria IV ante festum s. Benedicti.« **Sekvenciář latinsko-český** (z rukop. Opavského vyd. V. Hauer v List. filolog. 1895 a 1896).

f. 60ᵇ—68ᵇ Sermones aliquot, post quos duo folia excisa sunt.

f. 69ᵃ—119ᵃ **Concordantia veteris et novi testamenti.** »Nota, quod per totum librum semper due historie veteris et unum ewangelium novi testamenti . . . unius materie concordanciam comprehendunt.« (Incip:) »Legitur in genesi« × »Explicit concordancia vet. et novi test.«

f. 119ᵃ—126ᵇ **Tractatus de corpore Christi.** »In nomine domini Amen. Ezechiel in visione dei« × »sicuti est in speculo eterne claritatis, quod ipse prestare dignetur, qui« etc. (Eidem opusculo in cod. III. D 13 et V. C. 19 inscribitur »Victoria fidei«.)

f. 127ᵃ—128ᵇ Physiologi aliquot versus expositi cum rudi pictura in fine, qua proponitur pugna monachi cum diabolo. Sed pictura haec excisione valde laesa est.

f. 129ᵃ—134ᵇ Sermones varii.

Opus huius codicis primum praecedit folium, quo fragmentum sermonis cuiusdam sine initio et fine continetur. Codicem breviter recens. Balbinus, Boh. docta (edid. Ungar) III, 98. Si perpaucae notae, quibus sequentes sermones sunt illustrati, ut putat Balbinus, sunt Georgii Feri, eiusdem manus est nota in fronte f. 1ª occurrens »Lege et reperies antiquum bohemismum«. Vetus sign. C, 21. De codice diss. in Věstník Č. A. 1898 p. 590.

674 *IV. D. 20.* (*Y. I. 3. n. 96.*)

chart. a. 1364 ff. 124, 30×20 cm. d. m.

Sermones de sanctis.

f. 1ᵇ (de corpore Christi) »Tabernaculum erit in umbraculum diei ab estu« . . × f. 64ᵇ (post serm. de s. Catherina) »Explicit liber a. d. **1364** in invencione s. Stephani prothomartiris.« Deinde sermones de sanctis continuantur usque × f. 123ᵇ »Laus Christo detur, quod codex iste completur a. d. **1364** proxima fer II post festum Margarethe virginis« . . .

f. 123ᵇ—124ª (quod est asseri adglutinatum) Sermo de s. Procopio.

Cum inserti sint sermones de patronis Bohemiae, dubium non est, quin codex apud nos exaratus sit. In f. 1ª haec nota manus saec. XIV occurrit: »Liber dom. Alberti sextus«. Vetus sign. I, 62 (rect. O, 86).

675 *IV. D. 21.* (*Y. I. 3. n. 97.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 105 num., 30×21·5 cm. 1 m.

Johannis Wiclif Decalogus (Summae lib. I.).

f. 1 Notae theologicae. »Lex propter transgressores posita est.«

f. 2ª »Premissa sentencia de dominio« × f. 105ᵇ »quod lege ista contempta ducimur aliena. Amen.«

F. 31ª in fine capitis 14 haec nota occurrit: »Scripsi ad s. Stephanum Prage«. Vetus sign. 9, t.

676 *IV. D. 22.* (*Y. I. 3. n. 98.*)

chart. a. 1405 ff. 207 num., 29·5×22 cm. 1 m.

f. 1—129ᵇ **Johannis Wiclif Decalogus.** »Premissa sentencia de dominio in communi« × »quod lege ista contempta ducitur aliena. Amen. Et sic est finis huius decalogi fer. IV post festum s. Mathie apost. sub a. d. **1405** per manus **Andree de Gurym** finitus« (sic).

f. 130ª—207ª **Eiusdem Tractatus de eucharistia maior.** »Sentencia tractatus de eucaristia in compendio sic habetur . . . f. 132ª Cap. I. Tractando de eucaristia« × et in Christo Yesu finaliter observare. Amen. Explicit tractatus de eucaristia.« (Cf. Loserth in praef. edit. London. 1892 p. LXIV.)

Operculis adligatum est instrum. membr. publ. notarii Pauli dicti Gossel de Haimbach, quo nominati oppidani in Chambia instituunt in causa quadam procuratores, dat. 26. apr. 1407. Utrique operculo adglutinata erant fragmenta Actorum iudiciariorum archiepiscopatus Pragensis, quae nunc separatim asservantur (edid. Tadra, Soudní akta VII, 212). Vetus sign. 7, t.

677 *IV. D. 23.* (*Y. I. 3. n. 99.*)

chart. saec. XV ex. ff. 204 num. (recte 206, omissis ff. 33/b et 38/b), 30×21 cm. 1 m.

f. 1—149ª **Pauli de S. Maria episc. Burgensis Scrutinium scripturarum sive Dialogus Sauli et Pauli contra Iudaeos.** »Scrutamini scripturas« × »Finit dyalogus, qui scrutinium dicitur scripturarum, compositus per . . . a. d. 1434 etatis sue 81.«

f. 150ª—162ª **Petri Damiani Disputatio de perfectione monachorum.** »Domino O. venerabili et sancto conventui P. peccator« × »non spernatis utrumque respicere.« Sequuntur versus: »Incudem Symonis etc.«

f. 162ª—185ª **Eiusdem Liber, qui appellatur »Gratissimus** quasi gratus symoniacis.« »Domino Heynrico ven. Ravennatice sedis antistiti« × »vigore obnixum.«

f. 185ª—200ᵇ **Eiusdem Apologeticum i. e. excusatio satisfactionis de contemptu huius saeculi.** »De contemptu huius seculi« × »dignemini semper orare. Amen.«

f. 201ª **Carmen sapphicum de electione Mathiae** regis Ungariae **in regem Bohemiae** incip: »Maximo cultu veneranda quintis.«

f. 201ᵇ—203ª **Pii II Responsio oratoribus regis et regni Bohemiae data 1462** fer. IV ante Laetare. Item Protestatio eiusdem.

f. 203ᵇ Excerptum bullae a concilio Constantiensi datae, »quod nemo a communione sacramentorum teneatur abstinere.«

f. 203ᵇ—204ª **Benedicti XII Extravagans super visione animarum post mortem.**

f. 204ᵇ **Bulla concilii Basiliensis de conceptione gloriosae virginis Mariae** (1439) »Presens copia scripta est de originali bulla«.

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. instrumenti publ. notarii continentis testamentum cuiusdam viduae Catherinae in praeurbio Žitaviensi scripti a. 1434. Operculo infer. fragmentum membran. codicis cuiusdam iuridici saec. XIV.

678 *IV. D. 24.* (*Y. I. 3. n. 100.*)

chart. saec. XV ff. 353, 30·5×21·5 cm. 1. m.

Commentarius in evangelium s. Lucae.

f. 1ª (prologus) »Vidi et ecce quatuor quadrige egredientes« × f. 353ª »merito ergo in figura animalium sortitus est formam vituli. Amen solamen.« (Commentator in prologo haec commemorat: »Modus vero agendi cuilibet est specialis. De Matheo et Marco iam vidimus: nunc de Luca breviter videamus«.)

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis eiusdam saec. XIV argum. grammatici.

679 *IV. D. 25.* (*Y. I. 3. n. 101.*)

chart. saec. XV ff. 290 num. (recte 291 omisso 40/b), 30×21 cm. d. m.

f. 1—50ᵇ **Gesta Romanorum.** »Dorotheus imperator statuens pro lege« × »Expliciunt gesta Romanorum per manus **Johannis Onesorg.**«

f. 50ᵇ—148ᵇ **Sermones varii** cum nonnullis notis germanicis in fine singul. sermonum et hac nota in f. 147ª: »Finitus est Sermo in die Fe-

licis et Aucti hora quasi vesperarum illo tempore, sicut capellanus Wenceslaus domini regis fuit cum predicatore dom. Nicolao in Ossek. Sit laus deo meo et non vestro etc.«

f. 149ª—230ᵇ »**Thesaurus anime**« (= **Sermones**). »Hora est iam nos de sompno surgere« × »Explicit thezaurus anime dicta diversorum doctorum. Amen.«

f. 231ª—244ᵇ Notae theologicae variae et aliquot sermones.

f. 245ª—260ᵇ (fortasse saec. XIV). **Jacobi de Cessolis »Scacarius** de virtutibus omnium hominum.« »Ego frater Jacobus de Cessolis multorum fratrum ordinis nostri et diversorum secularium precibus persuasus« × »et sic saltem vicia mutaret et mores.«

f. 260ᵇ—261ª »Excerpta cuius (sic) sermonis de scacario.«

f. 261ª—262ᵇ »Parabola parabolarum.« »Agente misericordia in secretis dei concilium convocatum est« × »sedet ad dexteram patris, ad quam« etc.

f. 262ᵇ—263ª Notae variae ex. gr. de virtutibus gemmarum.

f. 263ᵇ—285ª **Tractatus de timore divini iudicii.** »Circa timorem divini iudicii primo dicendum est de assercione iudicii« × »Jesus Christus custodiat, qui« etc.

f. 285ᵇ—290ª Sermones varii.

Fol. duobus praeligatis, quorum alterum membran. est saec. XIV, etiam continentur sermones. Ut docet nota in f. 147, codex in monasterio Osecensi exaratus esse videtur. Vetus sign. No. 26.

680 *IV. D. 26.* (*Y. I. 4. n. 102.*)

mixtus saec. XIV ex. ff. 125, 28·5 × 21 cm. 1 m.

Nicolai de Gorram Commentarius super Isaiam prophetam.

f. 1ª »Izaias propheta magnus et fidelis in conspectu dei« × f. 125ª »visa impiorum ineffabili pena. Et sic est finis. Explicit exposicio super Isaiam.« (Ad calcem) »Explicit Gorram super Ysaiam.« Ibidem sequitur nota alius manus atramento magna ex parte illita, in qua nominatur Petrus Crzemrziess canonicus . . . s. Apollinaris . . (donator codicis?).

In operculo infer. inter varias notas theologicas occurrit »**Solutio (de s. Magdalena peccatrice) Mag. Adalberti (Ranconis de Ericinio) per doctores**«. Incipit: »Domine prior fecistis mihi questionem.«

681 *IV. E. 1.* (*Y. I. 1. n. 102.*)

chart. saec. XV (pars a. 1418) ff. 216 num., 22 × 15·5 cm. d. m.

f. 1—105ª **Gregorii papae I. Homiliae super Ezechielem.** »Usus prophecie locucionis est« × »Sit itaque gloria omnipotenti dom. nostro J. Chr., qui etc. Finivi in Straz fer. V ante nativit. Chr. a. d. **1418.**«

f. 106—108 vacua sunt.

f. 109ª—201ᵇ **Honorii Augustodunensis Commentarius in Cantica canticorum.** »Simoni donum sapiencie cum Salomone poscenti« × »sexaginta milies milia etc.«

f. 202ª—212ᵇ (anepigr.) **Eiusdem (?) Expositio psalmorum quorundam.** »Iste liber docet observanciam decem mandatorum« × »que constat ex populo suo et habes konecz.«

f. 212ᵇ—213ª »Augustinus de laude psalmorum« × »Psalmus enim est ympnus vel laus dei. Et est finis. Prziness gross.«

f. 213ª—216ᵇ Registrum.

Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. instrumenti publici Nicolai episcopi et auditoris de a. 1398. Vetus sign. F, 20.

682 *IV. E. 2.* (*Y. I. 1. n. 106.*)

membran. saec. XIV in. ff. 141, 20·5 × 14·5 cm. d. m.

Petri de Tarentasia (postea Innocentii V) Commentarius in IV. librum Sententiarum.

f. 1ª (rubr.) »Incipit Petrus super quartum sentenciarum. (atr.) Haurietis aquas de fontibus salvatoris« × f. 141ᵇ »Et hec minor est gehenna. Explicit quartus liber Petri de Tar.«

Vetus sign. A, 17.

683 *IV. E. 3.* (*Y. I. 1. n. 111.*)

membran. saec. XIV in. ff. 250, 20·5 × 15 cm. d. m.

Jacobi de Voragine Legenda aurea seu Passionale sanctorum. (Pars hiemalis.)

f. 1—5 Vitae ss. Dorotheae (cuius initium in membr. operculo adglutinatum est), Achacii et sociorum, Ulrici.

f. 6—7 Registrum Passionalis subsequentis.

f. 8ª (rubr.) »De adventu domini (atram.) Universum tempus presentis vite« × f. 250ᵇ (Sermo de dedicatione) »et ideo locus ipse aqua« (cetera desunt).

Registrum non omnino concordat cum vitis ipsis. Vetus sign. bibl. Carol. M, 55, K.

684 *IV. E. 4.* (*Y. I. 1. n. 113.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 277, 21 × 15 cm. d. m.

Sermones varii (quorum ultimus de s. Procopio) cum nonnullis glossis bohemicis.

Vetus sign. B, 30.

685 *IV. E. 5.* (*Y. I. 1. n. 116.*)

membran. saec. XIV ff. 173 num., 21·5 × 16 cm. 2 m.

Henrici de Frimaria Sermones de sanctis.

f. 1ᵇ »Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius« × f. 165ª »cuius gaudii nos participes faciat J. Chr. dominus noster. Amen.«

f. 165ª—173ª »Hic incipit tabula fratris Hinrisci (sic) de Firmaria super istum integrum librum.«

In operculo super. intrinsecus hic titulus manu saec. XV notatur: »Summa fratris Hinrisci de Firmaria de sanctis.« Vetus sign. O, 92.

686 *IV. E. 6.* (*Y. I. 1. n. 117.*)

membran. saec. XIV ff. 291 num., 21·5×16 cm. d. m. Codex omnino anepigraphus est; sed pater quidam S. J. saec. XVII, qui etiam notas marginales adscripsit, hunc titulum in fronte f. 1ª libro destinavit:

Petri Aureoli ord. s. Francisci, Aquensis episcopi, Sermones (de sanctis).

f. 1ª »Videbis et afflues et mirabitur« × f. 289ª »et in vita coronata in operacione.«

f. 290ᵇ—291ᵇ Registrum sermonum.

Intrinsecus operculi super. haec nota manu saec. XV scripta occurrit: »Iste liber emptus est a Mathia ligatore librorum contra chorum s. Galli pro XV grossis«. Vetus sign. O, 36.

687 *IV. E. 7.* (*Y. I. 1. n. 118.*)

mixtus saec. XV ex. ff. 347, 21×16 cm. d. m.

f. 1ª—85ᵇ **Magni Aur. Cassiodori Super septem psalmos poenitentiales.** »Si ille rex et propheta convenienter David« × »Explicit glosa Cassyodori super VII psalmos.«

f. 86ᵇ—90ᵇ **Francisci Petrarchae Psalmi confessionales.** »Dies effluunt et labuntur anni« × et confitentem tibi domine ne repellas. Gloria.«

f. 92ª—95ᵇ **Eiusdem Septem psalmi poenitentiales.** »Heu michi misero« × »ne corruam sub extremis. Gloria etc.«

f. 96ª—99ᵇ **Bernardi Claraevallensis Epistola consolatoria et exhortatoria ad perseverandum in concepto proposito religionis.** »Super bono nuncio« × »potestis audire. Valete.«

f. 100ª—204ᵇ **Maphei Vegii Laudensis De perseverantia religionis ad Elisabeth et Monicam sorores libri VII.** (Post registrum et rubricam:) »Cum graves sepe ut fit in rebus humanis« × »pastinandumque veniemus. Finit feliciter tam optimus cementarius (sic) Matheus Vegius Laudensis de perseverancia religionis cuiuslibet.«

f. 207ª—234ª **(Johannis Nider) Alphabetum divini amoris.** »Ad honorem omnipotentis dei« × »protector, director et finis. Explicit Alphabetum divini amoris de elevacione mentis in deum.« (Pez, Thes. I, Diss. Is VII opus hoc **Nicolao Kemph de Argentina** attribuit.)

f. 234ᵇ—243ᵇ **Tractatus de perfectionibus dei imitandis.** »Estote perfecti« × »Et tantum de patris summi perfeccionibus. Amen.«

f. 246ª—260ᵇ **Henrici de Hassia Tractatus de discretione spirituum.** »Sicut in philosophia« × »impossibilitatis freno posse retineri. Expl. tr. de dis. sp.«

f. 261ª—315ᵇ **Fr. Johannis (seu potius Hugonis) de Palma Tractatus de triplici via ad deum.** »Vie Syon lugent« × »sine aliqua cogitacione previa. Explicit tr. de tr. via ad d. scilicet purgativa, illuminativa et unitiva compilatus per fr. Johannem de Palma sacre pagine professorem eximium.« (Alia manus addit: »Autor de alphabeto amoris allegat eum Hugonem de Palma«.) Opus hoc sub titulo »Mystica theologia« ab aliis s. Bonaventurae attribuitur.

f. 321ª—332ª **(Alberti Magni?) Libellus de adhaerendo deo.** »Cogitavi michi aliquid ultimate« × »a quo nos custodiat dom. noster J. Chr.,

qui etc. Expl. lib. de adh. deo.« (Alia manus in fronte libelli addit »Epigramma ad lectorem, in quo opusculum Alberto Magno attribuitur.)

f. 332ᵇ—347ᵇ **Tractatus de perfectione filiorum dei.** »Quicunque vult vivere« × »uti sum superius prefatus. Quod nobis prestare dignetur trinus et unus. Amen.«

Operculo super. adligatum est fol. membran., in quo notata sunt contenta; sed tertiam eius partem barbarus quidam abscidit. Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam saec. XIV argum. theologici. Operculo super. intrinsecus inscriptum est manu saec. XVI: »Ex Oybinensi monasterio.«

688 *IV. E. 8.* (*Y. I. 2. n. 119.*)

membran. saec. XIV in. ff. 139 num., 22·5×16 cm. d. m.

f. 1ª—85ᵇ **Fasciculus herbarum ex veteri novoque testamento collectus et ex diversis libris doctorum.** (Rubr.:) »Adversitas. (atram.:) Quare data est misero lux« × »Augustinus de vita christiana. Explicit fasc.« etc. ut supra.

f. 86ª—108ᵇ **»Evangelia postillata per quadragesimam.«**

f. 109 Sermo super »Nuptiae factae sunt in Chana.«

f. 110ª—117ª **Thomae de Aquino Summula de articulis fidei et ecclesiae sacramentis.** »Postulat a me vestra discrecio« × »Expl. s. de art. f. et eccl. sacr. edita a fratre Thoma de Aquino ordinis fratr. pred.«

f. 117ᵇ—124ᵇ **Tractatus de sacramentis compilatus de Summa s. Thomae.**

f. 125 excisum est. f. 126 vacuum.

f. 127ª—133ª **Excerpta de tertia parte Summae s. Thomae.**

f. 134ᵇ—139ᵇ **Evangelium Nicodemi.** »Factum est nonodecimo Tyberii Cesaris« × »credentibus in se.« (Hoc opusculum absolvitur in 2 fol. praeligatis non num., ubi etiam registrum »Fasciculi« et variae notae theol. reperiuntur.)

Vetus sign. S, 17.

689 *IV. E. 9.* (*Y. I. 1. n. 121.*)

membran. saec. XIV ff. 74, 22×16 cm. 1 m.

Fr. Burchardi ord. praed. Summa casuum de poenitentia.

f. 1ª (rubr.:) »Tituli primi libri Summe fratris Purchardi de ord. pred. (atram.:) Quid sit symonia« . . .

f. 1ᵇ (rubr.:) »Incipit summa casuum fratris« etc. × f. 74ª »Explicit summa de penitencia fratris Burchardi theotonici (cultro laesum sed satis perspicuum) de ord. frat. predicatorum.«

f. 74ª—74ᵇ »De effectibus indulgenciarum.«

Operculo infer. adlig. est fragm. membr. cod. theol. saec. XIV, super. membrana, in qua sunt notae theologicae. Vetus sign. R, 6. Codicem prolixius recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 43.

690 *IV. E. 10.* (*Y. I. 1. n. 123.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 58 num., 21·5×14·5 cm. 2 m.

f. 1ª—34ª saec. XII—XIII. **Ciceronis Rhetorica ad Herennium** cum permultis notis marginalibus. »Etsi negotiis familiaribus« × »consequemur exercitationis. Explicit.« (Cf. Kelle, Klass. Hndschften p. 20.)

f. 35ª—58ª saec. XIII ex. **Candelabrum (= Summa dictaminum).** »Presens opus candelabrum nominatur« × »aliud opus in proximo de cartis et privilegiis ut iura volunt excellentissimum faciemus.« Sequuntur versus incip.: »Devotos vere te queso, libelle, docere«. Ibidem manu saec. XV adnotatum: »Talem librum habet Thomas . . . Item habet lecturam meam super rethorica Tullii 1435 fer II ante Andree.«

Vetus sign. V, 3.

691 *IV. E. 11.* (*Y. I. 1. n. 125.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 34, 21 × 15·5 cm. 1 m.

(Abraham) Arzachelis Canones tabularum (astronomicarum).

f. 1ª »Incipiunt . . . (lacuna) Arzachel. In nomine domini. Scito, quod annus lunaris fit ex 354 diebus« × f. 34ᵇ »Cavendum autem, ut hore supradicte secundum statum presentis regionis accipiantur.« Sequuntur »Auges planetarum ad g. speram«.

Ex inscriptione in operculo superiori patet deficientibus nunc plagulis contentam fuisse »Compositionem et usum astrolabii particulariter magistralis.«

692 *IV. E. 12.* (*Y. I. 1. n. 128.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 37, 21 × 15 cm. 1 m.

Giselberti Altisiodorensis Glossa ordinaria super Lamentationes Jeremiae.

f. 1ᵇ »Origenes. Iusticiam accidentem quis habere potest« × f. 37ª »nec venie locus erit. Sufficiant hec ad exposicionem Jeremie, que de patrum fontibus hausi ego Giselbertus Altisiodorensis ecclesie diaconus . . . Hee sunt lamentaciones Iheremie prophete.«

In operculo super. intrinsecus manu saec. XV notata est definitio ieiunii corporalis secundum Mag. Jacobellum. Vetus sign. B, 28.

693 *IV. E. 13.* (*Y. I. 1. n. 130.*)

chart. saec. XV ff. 267 num., 21 × 15 cm. d. m.

Sermones varii cum glossis bohemicis.

Indigestam hanc sermonum et expositionum collectionem praedicator quidam in usum proprium sibi instituit, qui etiam alias notas theologicas in medio et in fine superaddidit, ex. gr. f. 263ª versus memoriales, 263ᵇ »quando inceperunt ordines religiosorum«, »missam pro pestilencia«, f. 267ª »quibus inhibendum est corpus dominicum«. Vetus sign. D, 8.

694 *IV. E. 14.* (*Y. I. 1. n. 138 ?*)

chart. saec. XV ff. 224, 21·5 × 15·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Rosarium (Dictionarium theologicum).

f. 1ª »Absolucio dicitur tripliciter« × f. 223ª (absolvitur vox »Zyzania«) »Sinite utraque crescere usque ad messem, dicit dom. noster Jesus. Amen.«

f. 223ª—224ᵇ Notae variae theologicae.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam saec. XIV, in quibus exarata sunt proverbia versificata. In operculo super. intrinsecus rubricator adnotavit: »Rosarium Thome sacerdotis de Ledecz«. Vetus sign. bibl. Clement. Y. I. 1. n. 138. non concordat cum catalogo.

695 *IV. E. 15.* (*Y. I. 1. n. 138.*)

chart. saec. XV (partes 1446, 1468) ff. 258 num., 21·5 × 16 cm. d. m.

f. I n. n. & 1—35ᵇ **(Johannis de Sommerfeld) Tractatus de moerentium consolatione.** »In omni hac angustia mea« × »Expl. tract. de m. cons.«

f. 36ª—60ª **(Eiusdem) Sermo de excellentia sacerdotali et reverentia.** »Glorificavit eum in conspectu regum« × »Expl. sermo« etc. ut supra.

f. 61ª—68ᵇ »Isti sunt **Articuli, in quibus plerique moderni declinant a sententia magistri**« (= Petri Lombardi).

f. 68ᵇ—85ᵇ **(Johannis de Sommerfeld) Tractatus de cruce signatis.** »Signa thaw super frontes« × »Expl. tract. de c. s. a. d. **1468** dominica sub octava s. Martini pont.«

f. 86ª—102ª **(Eiusdem) Expositio quorundam punctorum in collationibus patrum,** »quibus simpliciores fratres nonnunquam scandalisantur« × »Hec sunt, que michi signanda de collacionibus patrum occurrunt« . . .

f. 102ª—107ª **Tractatus de communione infantium.** 1. Excerptum de Summa s. Thomae Aquin. 2. »Obieccio contra predicta cuiusdam heretici. Domine Jacobe, multum gaudeo« etc. 3. »Responsio ad predicta.«

f. 107ª—109ᵇ »Contra blasphemum pro informacione fidelium. Quis est hic, qui loquitur blasphemias« × »Item ad eundem infra in folio ante penultimo« (= 256ᵇ—258ª).

f. 110ª—144ª **(Johannis de Sommerfeld) Tractatus de sui ipsius abnegatione.** »Post explanacionem illius ewangelici dicti« × »letetur cor meum in te, o vita beata, qui vivis« etc.

f. 145ª—186ᵇ **(Eiusdem?) Tractatus de instinctibus.** »Spiritus ubi wlt spirat« × »et felicitas est perpetua, quam nobis etc. Expl. tr. de inst.«

f. 187ª—198ᵇ **(Eiusdem?) Tractatus de duplici zelo.** »Dupplicem zelum sacra scriptura commemorat« × »Expl. tractatulus de duplici zelo.«

f. 199ª—256ª **(Eiusdem?) Liber de condicionibus profiteri cupientium et professorum continuatione.** »Sathanas transfigurat se in angelum lucis« × »Explicit liber (etc. ut supra) a. d. **1446** collectus in Owin per quendam fratrem ord. Celestinorum. Librum qui scripsit, **Johannis** sub nomine vixit« (Cetera atramento illita sunt). Nota in margine: »Hec in principio mee conversionis digesta sunt; ideo rogo lectorem, ne per ea, que inscito more prolata sunt, scandalisetur.« Eadem fere nota occurrit in fronte libri f. 199ª.

f. 256ᵇ—258ª »Contra quendam hereticum, de quo et supra (f. 107 u. a. 109ᵇ).

Intrinsecus operculi super. notantur versus:

»Edidit hoc opus frater **de Sommerfelt** ortus
Nomine **Johannes,** cui sit merces perhennis.«

Sequitur ibidem registrum libri. Utrum hic Johannes de Sommerfeld scriba tantum fuerit an auctor opusculorum, manet incertum. Tractatus certe ff. 102ª—107ª exarati Jacobus quidam (an de Misa?) auctor fuisse videtur. Cf. Balbini Boh. doct. III, 59. Codex ex monasterio Ojvinensi probabiliter bibliothecae S. J. Clementinae obtigit. Sign. vet. N. 50.

696 *IV. E. 16.* (*Y. I. 1. n. 139.*)

chart. saec. XIV—XV (pars 1379) ff. 248, 21·5 × 14 cm. 2 m.

f. 1—3ᵇ (anepigr.) Praecepta medica. »Pomum iuventutis« × »tempus protenditur hyemale.«

f. 3ᵇ—4ª Proprietates casei.

f. 4ª—4ᵇ Regimen sanitatis: »Francorum regi scripsit tota scola Salerni.«

f. 4ᵇ—5ᵇ Registrum operis subsequentis (continuatum manu recentiori in margine).

f. 5ᵇ—110ᵇ (anepigr.) **Liber medicinalis.** »De soda et emigraneo: Medicina fortis contra dolores capitis« × [benedictio germanica equi, qui mingere non potest **(Ross-Segen)**] »in gotes namen amen. Tribus diebus hoc habet facere.«

f. 111ª—115ᵇ **Albrant's Rossarzneibuch.** »Der da wil haben rosferczneij, der lezz dicz puech, daz hat gemacht maister Albrant Chayser Fridreichs smitt« × »und bederb es zu den augen.«

f. 115ᵇ—118ª Tractatus de fleubothomia.

f. 118ª De coloribus urinarum.

f. 118ᵇ Ueber die Farben des Harns.

f. 119ª—121ª »Collecta diversorum documenta auctorum valida prudentum subtilia dicta.«

f. 121ª—130ª **Isaak's Buch von dem Harn.** »Isaac chunigs Salomonis sun in Arabia macht ain puech von dem harn . . . nu wil ich **maister Ortolff** . . . dicz puech czu dawczen czungen pringen« × »et hec de urine inspeccione scripta sufficiant.«

f. 130ª—132ª Johannes Aquila de apostemate et duricie matricis. De menstruatione. De mamillarum inflatione.

f. 132ª—136ᵇ »Herbarius« latino-germanicus »secundum alphabetum« **(Lateinisch-deutsches Herbar).**

f. 136ᵇ—139ᵇ Deutsche Recepte.

f. 139ᵇ—141ᵇ (saec. XVI) Formulae medicae.

f. 142ª—241ᵇ **Mag. Johannis Jacobi cancellarii univers. medicorum Montis Pessulani Secretarium practicae.** »Preceptum est mihi a dom. Karolo rege Francorum« × »Expl. secr. pr. a. d. **1379** ab eodem pronunciatum.«

f. 241ᵇ—243ª (saec. XVII) Formulae medicae.

f. 243ᵇ—245ª »Dioscorides Quid pro quo.«

f. 245ᵇ—246ª **»Arenga Mag. Laurentii (de Březová) ab univers. Prag. ad acceptandum ambasiatores de Basilea . . . quos visitavit universitas« (13. maii 1433).**

f. 246ᵇ Rhythmi scholarium b. virg. ante Letam Curiam ad eosdem ambasiatores et notae hist. ad a. 1433 spectantes.

f. 247ª—248ª Registrum »Secretarii practice« »die Martis in vigil Andree per manus **Sigismundi de Grecz a. d. 1435** curr«. Idem occurrit possessor libri in operculo superiore.

697 *IV. E. 17.* (*Y. I. 2. n. 63.*)

chart. saec. XV ff. 261 num., 22 × 15 cm. 1 m. cum init. pict.

Eberhardi Hispani Priscianus metricus seu potius Petri Eliae (= Petri de Riga) Commentarius Prisciani versificatus cum commentario marginali.

f. I—VI non. num. Registrum operis.

f. 1ª (Incipit comment.) »Ex quo liber presens agit de grammatica« . . .

f. 2ᵇ (Incipit Prisc. metr.) »Sicut abesse rei soliti rem promere dicunt« × f. 261ª (Expl. metra) »hec in Virgilio reperimus.« (Expl. comment.) »et similiter in litera. Et tantum sit dictum pro presenti.«

Monogramma possessoris saec. XV M. Wenceslaum Korandam significare videtur. Vetus sign. D, 16.

698 *IV. E. 18.* (*Y. I. 2. n. 57.*)

chart. saec. XV (pars a. 1448) ff. 327 num., 21 × 15 cm. d. m.

f. 1—193ª (anepigr.) **Johannis de Balbis Januensis Prosodia seu Catholicon.** »Prosodia quedam pars grammatice nuncupatur« × »vide in suo loco de periodus. Et sic est finis huius operis.«

f. 194—201 vacua sunt.

f. 202ª—308ª (anepigr.) **Tractatus de modis significandi** (in fine mancus). »Quoniam autem intelligere et scire contingit« × »Si autem determinacio indelebilis addita« (Cetera desiderantur sequentibus aliquot fol. vacuis. Opus hoc in cod. III. A. 5 — et alibi cf. Schum — attribuitur **Thomae grammatico Erfordiensi).**

f. 309ª—327ª **Mag. Thomae Erfordiensis Tractatus de constructione partium orationis in se et suis partibus cum notis marginalibus et interlinearibus.** »Ad cognoscendum naturam construccionis« × »Explicit textus Thome Erfordiensis finitus per me Gmuigroe (= **Georgium**) et hoc sub. a. d. **1448** sexta fer. post festum assumpcionis s. Marie« . . .

Operculis adligata et adglutinata sunt fragmenta membran. cod. cuiusdam theologici saec. XIV, in quibus et in fol. chart. ultimo non num. passim occurrit a. 1451. Vetus sign. libr. Carol. S, 8, K.

699 *IV. E. 19.* (*Y. I. 2. n. 31.*)

chart. saec. XV (a. 1455?) ff. 298 num., 21 × 15·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Aristotelis Metaphysicae libri XII cum notis marginalibus et interlinearibus Mag. Martini de Hořepník.

f. 1—12 Varia excerpta ad Metaphysicam spectantia (ex Joh. Duns Scoto, Nicolao Boneto, Francisco Mayronis).

f. 13ª »Omnes homines natura scire desiderant« × f. 298ª »unus ergo princeps.« (Ad calcem:) »A. **1455** legi et breviter comportavi super hac metaphysica **Mag. Martinus Horzepnik.**«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam liturgici saec. XIV. Praeterea observa has notas 1. in operculo super: »Liber Mag. Martini de Horzepnik, quem legavit pro collegio Karoli«, 2. ibidem: »Mag. Wenceslaus Paczowiensis legit Metaphysicam et finivit fer. III ante b. Marie annunciacionem hora 21 a. d. 1488«, 3. in fol. memb. praeligato: »Mag. Jacobus Strzibrensis tunc arcium facultatis decanus librum Metaphysice explanare incepit a. d. 1493 fer. III. post translacionem s. Wenceslai.«

700 *IV. E. 20.* (*Y. I. 2. n. 24.*)

chart. a. 1453 ff. 361 num., 21×15 cm. 1 m. cum init. pict.

Vocabularius latino-germanicus (Lateinisch-deutsches Vocabular).

f. 1ª »A est nomen materiale, secundum quod omnes litere alphabeti« × f. 351ª »Explicit vocabularius pemanus (sic) Eiusdem **Pauli** . . . (lacuna atram. illita) a. d. **1453** in die Mathey hora vesperarum post vesperas quinta hora.«

f. 351ᵇ—357ª Vocabularius lat.-germ. minor.

f. 357ᵇ adglutinata est **imago s. Catharinae aeri arte punctili incisa (Schrotbild)** cum hac inscriptione calamo exarata: »A. d. 1466 in die s. Johannis evang. de mane circa matutinam obiit honor. vir doctor Steffanus Pretin decanus facultatis theoloyce« . . .

f. 358ª—361ᵇ Tractatus de verbis deponentibus in fine mancus.

Codicem hunc breviter commemorat Kelle in Serapeum 1860 p. 13.

701 *IV. E. 21.* (*Y. I. 2. n. 59.*)

chart. a. 1429 ff. 235, 22×15·5 cm., 1 m.

Petri Eliae (de Riga) Commentum super maius volumen Prisciani.

f. 1ª »Ad maiorem artis grammatice cognicionem« × f. 235ª »Explicit commentum Pe. Helie grammatici eximij super maius volumen Prisciani reportatum cor^to (?) in scola ante Letam Curiam per manus **Stanislai de Gnezna** a. d. **1429**, inchoatum eodem anno fer. II post festum corporis Christi, completumque fer. sexta eodem anno post Nicolai« . . . .

702 *IV. E. 22.* (*Y. I. 2. n. 28.*)

membran. saec. XIV ff. 298, 23×16 cm. d. m.

(Matthiae Farinatoris seu potius **Berengarii de Londora) »Lumen anime«. Excerpta eiusdem operis.**

f. 1ª—13ª Duplex registrum »super quedam excepta (sic) de libro, qui vocatur Lumen anime, in quo ponuntur primo capitula cum suis exemplis deinde exempla per ordinem alphabeti.«

f. 13ᵇ »Aristoteles in Problem. Homo cibatus levior est« × f. 226ᵇ »Expliciunt reportata de libro, qui intytulatur Lumen anime.« Sed revera non expliciunt, sed continuantur usque × f. 298ᵇ (resect. mutil.) »sic Maria languenti anime crisim confert valetudinis sempiterne« (Cetera desiderantur.)

Operculo infer. adlig. est fragm. membr. codicis cuiusdam medicinalis saec. XIV. Vetus sign. J, 21.

703 *IV. E. 23.* (*Y. I. 1. n. 99.*)

chart. saec. XV ff. 247 num., 21·5×15·5 cm. 2 m.

Pseudo-Dionysii Areopagitae opera (1. de caelesti hierarchia, 2. de divinis nominibus, 3. de mystica theologia, 4. epistolae, 5. de ecclesiastica hierarchia) cum commentario.

f. 1ª »Primus liber inscribitur de celesti yerarchia« . . .

f. 2ª »Prologus interpretis et commentatoris. Quoniam prudencie vestre severitatem« . . .

f. 3ª »Prohemium in exposicionem librorum b. Dionisii. Contemplativorum virorum eximius b. Dionisius« . . .

f. 4ª (Initium operis) »Omne datum bonum« (Initium commentarii:) »Titulus huius capituli est« × f. 247ª (Finis textus:) »divini ignis accendam scintillas.« (Finis commentarii:) »ego repositas inde divini ignis accendam scintillas.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. librorum liturgicorum saec. XIII—XIV.

704 *IV. E. 24.* (*Y. I. 1. n. 24.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 326, 22×15 cm. 1 m.

Lectura super quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi et quaestiones subtiles eorundem.

f. 1ª »Cupientes etc. Presupposita noticia et declaracione causarum libri sentenciarum« × f. 326ª »in qualibet persona divina sunt omnes alie relaciones.«

Operculo super. adligatum est fragmentum cuiusdam codicis membr. theologici saec. XIV, in quo fragmento haec nota occurrit: »Wolt ir horen, wye is geschach der Meyster Hus an seyn predige.« Ut docet monogramma in operculo super., saec. XV codex erat M. Procopii Plsnensis.

705 *IV. E. 25.* (*Y. II. 5. n. 4.*)

chart. saec. XV (pars a. 1445) ff. 121, 21·5×15·5 cm. 2 m.

f. 1ª—96ᵇ **Quaestiones XII librorum Metaphysicae (Aristotelis) secundum modum Parisiensem.** »Circa inicium metaphysice queritur« × »Expliciunt questiones (etc. ut supra) scripte per **Wenceslaum de Wrben** ibidem Parisius a. **1445** in collegio nacionis Almanie commorantem finite in vigilia pasche.«

f 97ª—121ª **Tractatus de esse et essentia.** »Circa inicium libri de esse et essencia. Utrum ab ente sumitur nomen essencie« × »Et hec de tractatu de esse et essencia doc. s. (sic) dicta sufficiunt.«

Operculo super. adligata est membrana, in qua calamo ruditer delineata est imago Christi, operculo infer. fragmentum membr. codicis cuiusdam hebraici.

706 *IV. E. 26.* (*Y. II. 4. n. 56.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 175 num., 21×15 cm. d. m.

f. 0ᵇ & 1ª—9ª **Excerpta de Rationali Guilelmi Durandi quoad horas canonicas.**

f. 9ª—10ᵇ »De obmissionibus et negligenciis circa missam.«

f. 11ᵃ—14ᵇ (Initium desideratur) Fragmentum cuiusdam expositionis allegoricae Veteris testamenti.

f. 15ᵇ—26ᵇ **Jacobi de Cessolis Liber de ludo scacchorum in fine mancus.** »Multorum (lacuna ex rasura) precibus persuasus« × »sed adversante fortuna requirat« (cetera desunt).

f. 27ᵃ—134ᵃ (anepigr.) **Guil. Durandi Rationalis divinorum officiorum cap. VI et VII abbreviata.** (rubr.:) »Dominica prima in adventu stacio ad s. Mariam maiorem. (Atram.) In proxima parte precedenti de divinis officiis« × »in festo s. Johannis in honorem innocentum.«

f. 134ᵃ—135ᵃ **»Tractatus de 4 ewangelistis.«**

f. 135ᵃ—148ᵃ **»Tractatus de oracione.«** »Post latriam et duliam tractabitur de oracione« × »Explicit liber Racionalis per circulum anni misse« (sic. Scriba tractatus praecedentes Durando attribuisse videtur).

f. 148ᵃ—151ᵇ **Tractatus de dignitate sacerdotali.** »Si filius dei es« × »et asinus presepe domini sui.«

f. 152ᵃ—157ᵇ **Fr. Francisci (de Mayronis?) mag. in theol. ord. minorum Tractatus de articulis fidei.** »Quoniam scienda sunt et tractanda« × »Explicit symbolum de articulis fidei tractatus fratris Francisci mag. in theologia ord. frat. min.«

f. 158ᵃ—158ᵇ »Concordantia apostolorum et prophetarum de articulis fidei. Istum librum (scil. a f. 27 hucusque) rescripsit fr. **Nexko predicator Boemorum de Iuveni Boslavia** cum magnis laboribus« . . .

f 159ᵃ—165ᵇ (anepigr.) Fragmentum quoddam de sacramentis, incipiens: »Celestis medicus humani generis«.

f. 166ᵃ—168ᵇ »Tabula super contractum.«

f. 169ᵃ—175ᵃ Initia psalmorum cum argumentis germanicis **(Psalmenanfänge mit deutscher Inhaltsangabe).** »Dauid waz wol des heylygen gaystes« etc.

Vetus sign. libr. Carol. M, 41, K.

707 *IV. F. 1.* (*Y. III. 4. n. 11.*)

chart. saec. XV—XVI ff. 264, 21·5 × 15·5 cm. 1 m.

Sermones quadragesimales bohemice interpolati (kázaní latinská postní s českými vsuvkami).

f. 1ᵃ »Cum ieiunatis, nolite fieri sicut yppocrite tristes« × f. 264ᵃ »si eciam nostram mortem continue in memoria haberemus. Finis.«

Titulus in fronte f. 1ᵃ: »Quadragesimale post. S. T. de S.« Operculis adligata sunt fragmenta membran. psalterii lat. saec. XII—XIII.

708 *IV. F. 2.* (*Y. III. 1. n. 48.*)

chart. saec. XV ff. 158, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ᵃ—104ᵇ **Sermones de passione Christi** (quibus inserti sunt f. 74ᵇ—78ᵇ sermones duo diversi, alter in adventu, alter dom. I post octavam nativitatis Christi). »Quis michi det, ut moriar . . . Ista verba dixit« × »oblacionem faciamus.«

f. 105ᵃ—132ᵃ **(Wilhelmi?) Parisiensis Tractatus de observantia diligenti mandatorum dei et praesertim diei dominicae.** (Rubr.:) »Parisiensis sunt dicta super epistolam dominice XIII: Abrahe dicte sunt pro-

missiones« (Atram.:) »Quia ex dominicorum implecione preceptorum« × »et augmentum sue glorie.«

f. 132ᵇ »Quid facit divinus amor.«

f. 133ᵃ—145ᵃ Sermones de assumptione, de trinitate.

f. 145ᵇ—149ᵇ »Virtutes sacramenti sanguinis.«

f. 150ᵃ—157ᵇ Sermones et auctoritates de communione sub utraque specie.

f. 157ᵇ—158ᵃ »De literatis et laycis.«

709 *IV. F. 3.* (*Y. III. 1. n. 40.*)

chart. saec. XV ff. 265 num., 21 × 15 cm. 2 m.

f. 1—49ᵃ **Rogerii Salernitani Chirurgia.** »Post mundi fabricam« × »mitigat dolorem mirabiliter. Explicit practica Rogerii in arte cirurgica docens curare wlnera curabilia illata per totum corpus a capite et infra« . . .

f. 50ᵃ—265ᵇ **Lanfranci Mediolanensis Chirurgia (maior).** »Protector in ipso sperancium« × »Gracia favente divina cyrurgia conpleta Lanfranci Mediolanensis qualisqualis medici generalis. Deo grac. Et est finitus quarta fer. ante Valentini« . . .

In membrana praeligata: »Mgri Bibat« (= Petri de Dvekačovic).

710 *IV. F. 4.*

chart. saec. XV ff. 407, 21 × 15·5 cm. d. m.

Breviarium.

Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam philos. saec. XIV in. Vetus sign. A, 20. Ligatura distructa signaturae bibl. Clement. vestigia tantum supersunt.

711 *IV. F. 5.*

chart. saec. XIV—XV ff. 208 num., 21 × 14·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—2ᵃ (anepigr.) **M. Galli Tractatus de urinis** (cf. XVII. D. 10. f. 49.)

f. 2ᵃ—3ᵃ Notae medicae.

f. 4ᵃ—28ᵃ **Tractatus medicinae.** »Diversitas complexionis« × »ad maculam oculorum. Sequitur aliud.«

f. 30ᵃ—49ᵇ De pulveribus, pillullis, syrupis et variae formulae medicinales. De unguentis. (F. 38—43 num. desunt.)

f. 50ᵃ—132ᵇ (anepigr.) **Johannis Platearii Tractatus de simplicibus medicinis.** »Circa instans negocium« × »ad sitim reprimendam. Et hoc est verum. Expliciunt **medicine Mgri Galli de H.**« (sic!) (Registri operis huius pars praecedit in fol. codici praeligato, pars subsequitur in f. 133ᵇ.)

f. 134ᵃ—203ᵃ **(Marsilii de s. Sophia) Lectura super fen II libri I. Avicennae canonis.** »2 fen **1396** II fer. ante Lucie. Dicemus, quod causa medicorum. Ista est 2 fen« × »et ideo agunt inpariter inter se.«

f. 203ᵃ—204ᵇ Recepta diversa, quorum primum **»M. Albici** sub a. **1398** in die Fab. & Sebast. **pro sompno«.**

f. 204ᵇ—208ᵇ Indices operum medicorum codice hoc contentorum, quibus inserta sunt f. 205ᵇ—206ᵃ praecepta medica cuidam plebano data.

Sine dubio ex bibl. S. J. Clement.

712 *IV. F. 6.* (*Y. III. 3 n. 11.*)

chart. saec. XV ff. 281, 21·5 × 15 cm. d. m.

(Mag. Wenceslai de Drachow?) Sermones dominicales per circulum anni bohemice passim interpolati. (Kázaní latinská s českými vsuvkami.)

In operculo super. haec nota radendo paululum laesa occurrit: »Postilla Mgri Wenceslai de Drachow super epistolas a festo pasce usque ad adventum pro . . . sex. gr.« Hac nota, quamquam minus accurate titulum exprimit, agnoscimus auctorem potius quam possessorem libri. Sed sermonis primi »in festo pasce« f. 1ª—2ᵇ auctorem fuisse **Czapkonem** quendam (Johannem Taboritam?) nota in f. 82ª edocemur. Operculis adligata sunt fragmenta membr. Missalis saec. XIV, in quorum altero notatum est receptum bohemicum »contra paralisim«. Vetus sign. B, 25.

713 *IV. F. 7.* (*Y. I. 2. n. 35.*)

chart. saec. XV ff. 238, 21·5 × 15·5 cm. d. m. cum init. pict.

(Thomae Erfordiensis) Tractatus de modis significandi commentario uberrimo instructus.

f. 1ª (Incip. comment.) »Alphrabius in libro de ortu scribit.« f. 2ª (Incip. tractatus) »Quoniam autem intelligere et scire« × f. 238ª »Et hec de passionibus sermonis dicta sufficiant.« (comment:) »si questio est imperfecta. Et in hoc terminatur summa huius libri.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam hebraici. Vetus sign. libr. Carol. S, 14, K.

714 *IV. F. 8.* (*Y. I. 2. n. 39.*)

chart. a. 1456—1458 ff. 241 num., 21·5 × 15·5 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ª—38ᵇ **Quaestiones super Praedicabilibus Porphyrii.** »Circa inicium libri predic. Porph.« × »Et sic habetur materia ysagogarum Porphirii. Fit finis.«

f. 39ª—70ᵇ **Quaestiones super Praedicamentis Aristotelis.** »Circa inicium libri Predic. Aristot. movetur primo questio talis« × »Et hec de questione et per consequens de toto libro predicamentorum Arist. Finitus in octava s. Gregorii per me **M(artinum) de G(latovia)** sabbato.«

f. 71ª—80ª **Quaestiones super Sex principiis Gilberti Porretani.** »Circa inicium sex princip. Poretani episcopi« × »Et hec de questione et per consequens de toto libro sex princ. Gilberti episc. Poretani, cui finis impositus est in vigilia annunciacionis s. Marie a. d. **1456** per me **Martinum de Glatovia** protunc in collegio Carolli.«

f. 80ᵇ—85ᵇ **Quaestiones super libro divisionum Boëthii.** »Circa inicium libri divis. Bohecii movetur primo questio« × »Et hec de questione« etc.

f. 86ª—108ᵇ **Quaestiones super libris perihermenias Aristotelis.** »In principio libri peryermenias« × »Et hec de questione . . . dicta sufficiant.«

f. 109ᵇ—143ᵇ **Quaestiones super Priorum analyticorum Aristotelis.** »Circa inicium primi libri priorum« × »Et hec de questione et per consequens de toto 2. libro priorum a. d. **1458**« . . .

f. 144ª—184ᵇ **Quaestiones super Posteriorum analyticorum Aristotelis.** »Circa inicium primi libri poster.« × »Et hec de questione« etc.

f. 185ª—212ª **Quaestiones super Topicorum Aristotelis.** »Circa inicium« × »Et hec de questione . . . cui finis impositus est fer. IV post Dionysii a. d. **1458.**«

f. 213ª—240ᵇ **Quaestiones super Elenchorum Aristotelis.** »Circa inicium libri primi« × »Et hec de questione 2. libri et per conseq.« etc. ut supra.

Passim occurrentes notae historicae spectant ad annos, quibus magistri Pragenses singulos libros legere inceperunt, ut f. 1ª Mag. Paulus orsus est 1477, Mag. Martinus art. facult. decanus 1496, f. 143ᵇ Mag. Mathias de Pelhrzymow 1494, f. ultimo n. n. Mag. Johannes de Praga 1458, in f. membr. adligato: Mag. Wenceslaus de Paczow 1466.

715 *IV. F. 9.* (*Y. I. 1. n. 53.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 174, 21 × 15 cm. 1 m.

Veteris Testamenti libri: Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientiae, Ecclesiasticus cum notis marginalibus et interlinearibus et nonnullis glossis bohemicis (in ff. 110ᵇ—113ᵇ).

716 *IV. F. 10.* (*Y. II. 5. n. 20.*)

chart. a. 1448, ff. 140, 21·5 × 16 cm. 2 m.

Thomae de Aquino Commentarius in Aristotelis Posteriorum analyticorum libros.

f. 1ª »Sicut dicit philosophus in principio methaphysice« × f. 140ª »quod principium sciencie vel cognicio principiorum sciencie non est sciencia. A. **1448** in divisione apost. et erat hoc festum 2. fer. et sacerdotes cum canonicis debuerunt dare responsum dominis consulibus et Mgro Procopio et Mgro Johanni Przybram et magistris Petro Mladenowicz et Sigismundo, qui pulsaverant alteram partem adversam de compactatis. ad respondendum de ceteris articulis positis in compactatis, qui fuerunt contra eosdem.« (Cf. Tomek D. P. VI. 161.)

Operculis adligata sunt fragmenta membran. instrumenti publici a. 1390 conscripti pro quadam capellania Pragensi. In fragmento super. duae notae occurrunt, altera possessorem libri »Lectura super posteriorum per Mag. Stanislaum« (adde scripta), altera rubricata: »Mag. Gregorius Pragensis legendo librum posteriorum finivit fer. III ante conversionem s. Pauli hora 15 a. 1474, incepit vero fer. III post . . . a. (14)73«. Vetus sign. K, R, 9.

717 *IV. F. 11.* (*Y. I. 1. n. 10.*)

chart. saec. XV ff. 200 num., 21 × 15 cm. 1 m.

Innocentii (IV.) Magni (recte **Thomae de Cabham**) **Summa de poenitentia.**

f. 1ª »Incipit Summa Innocencii Magni de penitencia. Quare penitencia tabule comparetur. Cum miseraciones domini« × f. 195ᵇ »quam pro occulto. Et hec ad presens de penitencia dicta sufficiant ut supra. Expl. summa Innocencii.«

f. 195b—200b Registrum Summae. (In fine sunt notae de electione Georgii regis et de morte Ladislai Posth.)

In fol. praelig. non num. sunt notae, »Quid sit Karena?« item »Intronizacio plebanorum ad ecclesiam.«

718 *IV. F. 12.* (*Y. II. 4. n. 68.*)

chart. a. 1412 ff. 239, 22×15·5 cm. 2 m.

f. 1a—138b **Petri Lombardi Sententiarum liber IV.**

f. 139a—237b **Mag. Johannis Hus Lectura super eodem.** »Samaritanus enim vulnerato appropians. Iste est liber 4. Sentenciarum« × »et michi in leccione prestare auxilium, quo ad finem leccionis potui pervenire. A. d. **1412.**«

f. 237b—239a Registrum lecturae alphabeticum. (In fronte huius registri occurrit nota manu saec. XVII—XVIII scripta de mag. Hus excerpta e Cutheno et Hagecio.)

In membrana operculo super. adligata praeter notas de Calend. histor. Danielis de Veleslavína sumtas manu saec. XVII—XVIII bohemice refertur: »Pročež leta MCCCXII M. Jan Hus, byw tehdaž Rektorem Akademie (sic), četl a wykladal w Kollegi tuto knihu Magistri Sententiarum, a ty swe lekcy teď swau wlastni rukau sepsal.« Equidem non potui mihi persuadere lecturam supra recensitam manu Joh. Hus propria exaratam esse. F. 239a occurrit monogramma possessoris MK (Magistri Korandae?).

719 *IV. F. 13.* (*Y. III. 1. n. 23.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 196, 24·5×18·5 cm. d. m. Operculo infer. adglutinatus est titulus »Super cantica Thome de Aquino«, qui autem falsus est.

Commentarius in Canticum canticorum XIII libros comprehendens.

f. 1—6b Registrum operis alphabeticum.

f. 7 Particula quaedam in commentario sequenti omissa.

f. 8a »Osculetur me osculo oris sui. Hec est vox sinagoge« × f. 196b »qua perpetuo fruatur, ipso prestante, qui vivit et regnat i. s. s. Amen.«

Operculo super. adligatum est fol. membr., in quo est nota de theologia et divisione eius. Vetus sign. C, 20.

720 *IV. F. 14.* (*Y. III. 1. n. 26.*)

membran. saec. XIII (pars a. 1294) ff. 86 num., 24·5×16·5 cm., d. m.

f. 1a—31b **Boethii De consolatione philosophiae libri cum notis marginalibus et interlineariibus.**

f. 32a—40a **Eiusdem de scholarium disciplina liber cum notis marginalibus et interlineariibus.**

f. 41a—71b (anepigr.) **Commentarius in Boethii de consolatione philosophiae libros.** »Boetius iste nobilissimus civis romanus« × »et non necesse absolute et simpliciter et naturaliter. Explicit a. d. **1294** in die Cecilie Amen.«

f. 72a—86b (anepigr.) **Alter commentarius in eosdam.** »Boetius genere nobilis, virtute preclarus« × »cernentis cuncta i. e. scientis omnia. Explicit.«

In f. 40a post librum de scholarium disciplina alia manus (XIII—XIV saec.) haec inscripsit: »Cum hec elegiaca atque lamentabili eiulacione etc. hab dir das der hunt geschais. Venerabili viro dom. Johanni de Nova domo preposito Pragensi Nicolaus dictus Sartor civis in Novadomo« . . . . Operculo super. adglutinatum est fragmentum membran. Missalis saec. XIV, ad cuius calcem haec nota manu saec. eiusdem exeuntis scripta occurrit: »Liber Magistri Zawissii.« Vetus sign. V, 64 (a, 93).

721 *IV. F. 15.* (*Y. I. 2. n. 148.*)

membran. saec. XIV ff. 145, 24·5×18 cm. 1 m.

(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis.

f. 1b—3a Registrum operis.

f. 3a (Prologus.) »Veritatis theologie (sic) sublimitas« × f. 145a »secundum merita recipiet sine fine. Explicit compendium theologice veritatis. Amen.«

Vetus sign. A, 19 (?)

722 *IV. F. 16.* (*Y. I. 2. n. 76.*)

membran. saec. XIII cum additam. XIV et XV ff. 198, 23·5×17 cm. d. m.

Rituale ecclesiasticum comprehendens ordines rituum tam episcopis quam presbyteris peragendorum. (Insunt etiam f. 37b »Ordo ad ordinandum papam«, f. 40a »Ordo ad benedicendum et coronandum imperatorem«.)

f. 1a (rubr.) »Ordo septem ecclesiasticorum graduum« × f. 298b (post »ordinem ad consecranda altaria« sub notis musicis finis manu saec. XIV:) »Et pax eius sit semper vobiscum.«

Operculo infer. adglut. est fragm. cod. hebraici.

723 *IV. F. 17.* (*Y. III. 1. n. 30.*)

membran. saec. XIV ff. 226 num., 23·5×17·5 cm. 1 m. cum init. pict.

(Jacobi de Voragine) Sermones dominicales per circulum anni.

f. 1b »Humane labilis vite decursus« × f. 210a »qui sine fine vivit et regnat per infinita s. s.«

f. 210a—210b (manu recentiori) Notae theologicae.

f. 211a—226a Tabula materiarum alphabetica.

Ad calcem f. 2a haec nota saec. XV occurrit: »Iste liber est venerabilium ac religiosorum patrum in Oywein«.

724 *IV. F. 18.* (*Y. I. 2. n. 66.*)

chart. a. 1449—50 ff. 169 num., 22×15 cm. 3 m.

f. 1a—130a **(Buridani Bethuniensis?) Quaestiones de Aristotelis VIII libris Physicorum.** »Circa inicium primi libri phis.« × »Et sic est finis 8 librorum phisicorum.« In fine libr. I, VI, VII notantur anni **1449** et **1450).**

f. 131a—132a Tituli quaestionum praecedentium cum hac subscriptione: »Isto modo intitulantur libri phisicorum per communem scolam Wiennensem et specialiter per magistrum Biridanum.«

f. 132b »Lecciones ad gradum magisterii pertinentes secundum decreta ac statuta alme universitatis studii Wiennensis.« Item »Exercicia ad eundem gradum«.

f. 133a—169a (anepigr.) **Quaestiones de philosophia naturali.** »Pro fundamento philozophie naturalis« × »quia illi 4 modi formandi cognicionis« (cetera desiderantur sequente pagina vacua).

725 *IV. F. 19.* (*Y. II. 5. n. 9.*)

chart. a. 1433—34 ff. 370, 21·5 × 15·5 cm. 1 m.

Mag. Buzkonis (de Kdyna) Lectura super Aristotelis Analytica priora.

f. 1a »Utrum noticia prioristica seu noticia libri priorum sit sciencia« × f. 306b »Et sic est finis primi libri priorum fer. V ante festum s. Galli a. **(14)33** per M. b.«

f. 363a »Finita est hec reportatura secundi priorum per **Johannem de M.** tunc in collegio Regine commorantem et est disputata per rever. mag. Buzkonem in stuba bursalium collegii Karoli a. (lacuna excisione acta sed inscriptione in f. 307a **1434** facile explenda) currente fer. VI post penthecost. in illa syllaba riecz.«

f. 363b—370b Registrum operis.

In operculo super. intrinsecus hic titulus occurrit: Lectura super priorum per Mag. Buzkonem quatuor continuata annis in universitate Pragensi.« Eandem lecturam v. in cod. III. G. 27. Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam libri liturgici saec. XIV, quorum in super. notatur: »Andreas . . (lacuna radendo facta) de Nahradow« (saec. XV).

726 *IV. F. 20.* (*Y. I. 2. n. 125.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 58 num., 23 × 15 cm. 1 m.

f. 1a—25a (anepigr.) **Rogeri Salernitani Chirurgia.** »Post mundi fabricam« × »et inde tibie ungantur. Explicit.«

f. 26a—58b (anepigr.) **Commentarius in eandem.** »Ut testatur Constantinus« × »et aqua pacienti exibeatur.« (Commentarius hic in cod. Amploniano F. 284 — Schum pag. 191 — attribuitur **Guidoni Arenensi.**)

Inscriptio in fronte f. 1a erasa est, legitur tantum »Rogerii . . . yrurgia.« Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis cuiusdam liturgici saec. XII—XIII cum neumis. Operculo infer. adglutinatum est initium cuiusdam epistolae saec. XIV—XV querulae de mag. Johanne physico. Vetus sign. A. 42.

727 *IV. F. 21.* (*Y. II. 5. n. 2.*)

chart. a. 1407 ff. 132 num., 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1a—61b **Disputata Analyticorum priorum et posteriorum.** »Utrum nova logica sit sciencia« × »Expliciunt disputata Analeticorum a. 140.« (M⁰CCCC⁰ . . seq. num. evuls.).

f. 62a—132b **Mag. Petri de Przemyslavia Lectura super Metaphysicam Aristotelis.** »In principio metaphysice quatuor sunt videnda« × »Explicit lectura super met. Arist. a rever. mag. Petro de Premislavia protunc rectore alme universitatis Pragensis lecta ac reportata per **Sigismundum (de Broda Plsnensi)** a. **1407** fer. III post Allexii, cuius natale fuit dom. ante dies caniculares.«

In operculo super. notatur: »Disputata priorum cum gloza metaphizice Sigismundi (rubr. addit:) de Broda Plznensi.« Vetus sign. F, 62.

728 *IV. F. 22.* (*Y. III. 4. n. 69.*)

chart. saec. XV ff. 65, 22 × 15·5 cm. 1 m.

Passio Christi secundum IV evangelistas cum expositione M. Johannis Hus et nonnullis glossis bohemicis.

f. 1a »Ante diem festum . . . Presens ewangelium in tres partes dividitur« × f. 65b »signantes lapidem cum custodibus.«

F. 10a—11a insertus est »Sermo b. Bernhardi in cena domini carens medio, habens principium et finem.« Ab edit. Norimb. 1558 II, 7 textus hic paullulum discrepat, ex. gr. f. 9—10. Vetus sign. O, 22.

729 *IV. F. 23.* (*Y. III. 1. n. 39.*)

chart. a. 1419 ff. 193, 21·5 × 15·5 cm. 1 m.

(Johannis Siloensis praedicatoris ecclesiae s. Stephani et monasterii in Arena) **Sermones de tempore passim bohemice interpolati. Pars III** a festo resurrectionis usque ad dom. V. post pentecosten.

f. 1a »Maria Magdalena et Maria Jacobi . . . Recolitur hodie« × f. 188b »Has collectas finivi fer. II ante Margarethe a. **1419** tempore mee magne persecucionis cum fratribus meis aliquibus per Johannem predicatorem licet inutilem ecclesie s. Stephani et monasterii in Arena.«

f. 189a—193b Sequuntur sermones duo super epistolas dom. IV et V post pentecosten eadem manu exarati.

Eiusdem auctoris sermonum part. IV ab eodem librario exaratam v: V. G. 3. (cf. Č. Čas. hist. 1903 p. 198.) Vetus sign. libr. Carol. M, 38, K.

730 *IV. F. 24.* (*Y. III. 4. n. 38.*)

chart. saec. XV (f. 32a a. 1443) ff. 358, 21 × 15·5 cm. 1 m.

Sermones de sanctis bohemice passim interpolati.

f. 1b (De s. Andrea) »Hodie ecclesia s. celebrat et recolit« × f. 358a (de nativitate b. Mariae) »quia ego sum vita. Joh. 14.«

731 *IV. F. 25.* (*Y. III. 1. n. 65.*)

chart. saec. XV ff. 209 num., 22 × 15·5 cm. d. m.

f. 1a—143a (initium deest) **Sermones de tempore et de sanctis (partim M. Johannis Hus.)**

f. 143b—147b **Expositio orationis dominicae et salutationis angelicae.** »Super Pater noster glosa sequitur. Mr. 6 Cum oraveritis« × »ad celos ascendit.«

f. 147b—149b **Expositio Symboli.** »Sequitur super Credo. Hebr. 11: Sine fide autem impossibile est« × »et alii in obprobrium.«

f. 149b—151a **Quaestio M. Johannis Hus »Utrum ex transsubstanciacione panis in corpus Christi incipit esse corpus Christi.«** (Edit. Nor. II, 340.)

f. 151a—151b »Quarti libri Sentenciarum distinccio 12.«

f. 151b—153b »Utrum cottidie sit communicandum.«

f. 154a—157a **Mag. Martini de Praga Quaestio, »utrum circumscripta simonia potest summus Romanus pontifex reservando sibi primos fructus distribuere generaliter beneficia regnorum.«**

f. 157a—165b **Mag. Petri de Benessow Quaestio, »utrum pro reformanda in ecclesia Christi unione necesse est clerum abrenuncciare omnibus, que possidet«** (post mortem Joh. Hus determinata).

f. 166a—169b **(Johannis Hus) Tractatus de mandatis dei et de oratione dominica.** (Hussi opera f. XXIX.)

f. 169b—170b **(Eiusdem) Tractatus de peccato mortali.** (ibidem f. XXXII.)

f. 171a—173b **(Eiusdem) Tractatus de matrimonio.** (ibidem f. XXXIII.)

f. 173b—181a **(Eiusdem) Tractatus de sacramento corporis et sanguinis domini.** (ibidem f. XXXVIIIb.)

f. 181a—182b **(Eiusdem) Tractatus de tribus hostibus hominis** (ibidem f. XXXVI.)

f. 182b—184b **(Eiusdem) Tractatus de poenitentia.** (ibidem f. XXXVII.)

f. 184b—186b **(Eiusdem) Tractatus de cognitione dei.** (ibidem f. XXXV.)

f. 187a—197a **Eiusdem Responsio ad articulos 42** (Palacký Docum. p. 204).

f. 197a—200a **»Ordo procedendi in causa M. Johannis Hus per ipsum signatus«** (ibidem p. 188).

f. 200a—200b Clementis papae dictum in Decretalibus.

f. 200b—201a »Copia litere, quam Sbinco archiepiscopus Pragensis ex dictamine consilii . . . Wenceslai regis debuit pape Johanni XXIII destinare« (Docum. p. 441).

f. 201b—203a **»Articuli extracti ex processu cause contra Johannem Hus« . . . cum eius responsis.** (ibidem p. 230.).

f. 203b—209a **»Articuli Johannis Hus extracti de libro de ecclesia.** De fide Augustinus« . . × »dilata de honizatricibus etc.«

f. 209b **M. Jana Husa Spis o šesti bludích** (Pouhý počátek). »Znamenaw ssest bludow« × »nebe y zemy y wsseczkny« (cetera desiderantur permultis foliis codicis in fine excisis).

Operculis adligata sunt folia membran., in quibus variae notae theologicae, latinae et bohemicae occurrunt, quarum una possessorem codicis saec. XV designat »sacerdotem Johannem de Paczow«, altera quaestio est »utrum fideles possunt licite audire missam sacerdotis, qui manifeste contradicit ewangelio factis et dictis« (cui perperam inscribitur »Hus de corpore Christi«). In nudo operculo superiori exarata est series sermonum codice hoc contentorum. Vetus sign. L, 9.

732 *IV. F. 26.* (*Y. I. 2. n. 13.*)

chart. a. 1367 ff. 85, 22·5×14·5 cm. 1 m.

f. 1a—72b **Alani de Insulis Anticlaudianus** cum nonnullis glossis interlinearibus. »Auctoris mendico stilum« × »Expl. Anticl. per manus **Mauricii** a. d. **1367** et in festo b. Anne finitus est liber iste.«

f. 72b—85a **(Henrici Septimellensis Elegia de diversitate fortunae »Pauper Henricus«)** »Quomodo sola sedet« (cum hac nota in margine: »Tytulus: Incipit liber Henrici deploraciones sui status. Causa efficiens fuit doctor Samariensis iuris canonici, qui antea fuit pauper et postea dives«) × »morientis amor. Expl. pauper Henricus Samariensis a. d. **1367**.« (Leyser Hist. poet. p. 453.)

f. 85a—85b Hymni duo de s. Maria virgine nobis musicis instructi.

Vetus sign. K, 30.

733 *IV. G. 1.* (*Y. II. 5. n. 43.*)

chart. saec. XVII—XVIII ff. 75 num., 20·5×16 cm. 1 m.

f. 1a—5a Scriptores sacrorum bibliorum.

f. 5b—7b Series librorum canonicorum.

f. 8a—18a **Harmonia chronologica prophetarum.**

f. 19a—31b **Chronologia biblicae historiae Vet. Testam.**

f. 32a—54b Evangelica incarnati dei oeconomia.

f. 55a—69a **Chronotaxis compendiaria Actuum Apostolorum, Epistolarum canon., Apocalypseos.**

f. 69b—70b Anni praecipuorum scriptorum medii aevi.

f. 71a—75b **Poemata ad stilum diversorum poetarum veterum conformata.** (Inscriptio mutila.)

734 *IV. G. 2.* (*Y. III. 4. n. 58.*)

chart. saec. XV ff. 213, 21·5×16 cm. d. m.

f. 1a—14b **Mag. Cristanni de Prachaticz Rudimenta artis computisticae** (initio et in fine mutilata) cum commentario. (Incip. comment.:) »Homo nascitur imperfectus« (Incip. textus:) »Motus parvulorum amore« × (expl. textus:) »vel integram ulnam. Et sic est finis« (Sequens rubrica deest dimidio folio avulso).

f. 15a Notae arithmeticae.

f. 16a—31a **Thomae** »Brangwardyn« **(Bradwardini) Arithmetica communis.** »Numerus est duplex« × »Finis arithmetice communis Th. Br. a. **1455** sabbato post Procopi . . . in domo Nazareth studencium Antique Civitatis Pragensis.«

f. 32a—33a Probatio cuiuslibet speciei algoristicae, »utrum bene sit calculatum an non.«

f. 34a—72a **Johannis de Sacrobosco Compendium algorismi prosaici de integris cum commentario.** (Incip. comm.:) »Quisquis sciencias mathematicas pretermiserit« (Incipit textus:) »Omnia que a primeva rerum origine« × (expl. textus:) »radix maximi cubici subnotatur proposito« (finis deest folio evulso).

f. 73ª—107ᵇ **Eiusdem Tractatus de sphaera materiali** (in fine mutilus) **cum commentario.** »Tractatum de spera« × »Ex hiis patet, quod semper esse eclipsis« (cetera desunt).

f. 108ᵇ **Cisiojan český z r. 1472** (Přepis pozdější původního na l. 133ᵇ rumělkou potřeného cisiojanu) »Nowe leto nam krzest dalo« × »Jan dieti nosil.«

f. 109ª—132ᵇ **(Johannis** Chrysostomi — sic, recte: **de Sacrobosco) Massa compoti vel Compotus ecclesiasticus versificatus cum commentario.** »Licet modo in fine temporum« (in fronte rubrica: »A. d. **1445** post Simonem rectorem ad s. Egidium Prage«) × »Finitus ecclesiasticus a. d. **1445** II. fer. ante Margarete. Eodem anno mortuus est Stephanus de Chrudim Brode IV fer. post festum Wenczeslai.«

f. 133ᵇ »Cisioianus in bohemico 1472 per W. K.« (cf. supra f. 108ᵇ).

f. 134ª—139ᵇ Calendarium astronomicum.

f. 140ª—142ª Tabulae computisticae variae.

f. 142ᵇ—145ᵇ Notae astronomicae variae.

f. 146ª—213ᵇ (anepigr.) **Johannis de Sacrobosco Compotus philosophicus.** »Compotus est sciencia« ×

»M cristi bis CC quarto deno quater anno
De Sacro Busco discernit tempora ramus,
Gracia cui nomen declarat divina Johannes.
Annuat hec gracia nobis huius sic carpere fructum
Ecclesie Christi quod nos hinc fructificemus.
(rubr.:) Anno milleno bis ducento quadrageno (= **1466**)
Et sexto Mensis ter quino Kalendas apprilis
Hoc opus exactum per W de P quoque factum.
Pro cuius fine laus sit bonitati divine,
Et scriptor cessa, nam manus est tua fessa.«

Sequuntur variae notae in duobus fol. non num. Operculo infer. adligatum est fragm. membr. cuiusdam libri liturgici saec. XII—XIII. Codex idem esse videtur atque Q 12 sign. in cat. Rudnicensi.

735 *IV. G. 3.* (*Y. I. 2. n. 5.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 103, 22×14 cm. 1 m.

Alani ab Insulis Anticlaudianus cum glossis interlineariibus.

f. 1ª »Auctoris mendico stilum« × f. 103ᵇ »saltem post fata silebit. Explicit Anticlaudianus per manus **Psenycze** Amen.«

In operculo super. intrinsecus depicta est imago angeli incarnationem Christi annunciantis, sed figura b. Mariae desideratur. Vetus sign. V, 26.

736 *IV. G. 4.* (*Y. III. 4. n. 67.*)

chart. a. 1356 ff. 112, 22 × 15 cm. 1 m.

M. Alberti de Saxonia Logica nova.

f. 1ª »Intencionis presentis est pertractare de terminis« × f. 112ª »et tamquam sequens ex posito. Explicit nova loyca scripta per manus **Przybiconis** copiata Parisius . . (sequentia verba erasa) . . . Mag. Albertum de Saxonia a. d. **1356** XVIII die mensis Septembris. Ach zadna, by ty to wyedyela.« Sequuntur omissa quaedam in f. 29ᵇ.

In fronte f. 1ª haec nota scripta manu eiusdem saec. occurrit: »Loyca Alberti. Hunc librum donavit rev. pater in Chr. dom. Henricus de Wildenstein episc. et comes Tergestinus fratribus b. virginis in Czaslavia.« Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam philos. saec. XIV, quorum in alterius fronte notatur: »Ista loyca est fratris Thome de Pisis (?), quam ipse emit a Lodovico dom. Cristannus.« Vetus sign. libr. Carol. B, ?, K.

737 *IV. G. 5.* (*Y. I. 2. n. 7?*)

chart. saec. XIV/XV ff. 71 num., 22×15 cm. 1 m.

(Johannis de Praga?) Casus summarii super decretales.

f. 1ª »Gregorius etc. Istud prohemium habet quinque partes« × f. 71ª »facere omagium compellatur. Finis Amen.« Sequuntur notae variae.

In fronte operculi super. manu coaeva adnotatum est: »Magistri Johannis de Praga.« Schulte, qui codicem hunc pag. 48 operis sui »Canon. Handschriften« recenset, veterem catalogum nostrum secutus Mag. Johannem de Praga auctorem Casuum esse declarat. Sexterni codicis cooperti sunt fragmento membran. instrum. publ. notar. Stanislai de Gyczin. Veteris signat. bibl. Clement. vestigia tantum in dorso lacerato supersunt.

738 *IV. G. 6.* (*Y. III. 3. n. 66.*)

chart. saec. XV ff. 62, 22·5×16 cm. 1 m.

Sermones varii, ut docent allocutiones, **fere omnes ad magistros et clericos habiti.** Quibus superscribuntur auctores, hi sunt:

f. 1ª **Sermo Jacobi de Misa** incip. »Pacienciam habe in me.«

f. 11ª **Eiusdem sermo** incip.: »Surge, tolle grabatum tuum.«

f. 12ᵇ **Eiusdem sermo** incip.: »Cuius est hec imago.«

f. 53ª **M. Johannis Hus Sermo, »quem proposuit facere in concilio Constantiensi«** incip.: »Dominus noster J. Chr.« (edid. in Oper. Hussi f. 52 et ab Höfler, Script. I, 298).

Ut docet tabula contentorum in operculo super. manu saec. XVII exarata, et alii sermones Hussi et sermones mag. Petri de Stupna olim inerant, qui nunc desunt codice in fine mutilato. Eadem, ut videtur, manus codici hunc titulum inscripsit: »Sermones concionatorum praecipuorum in Boemia.« Ibidem manu saec. XV notatum est **Vaticinium de regno Bohemiae Mgri Galli.** Vetus sign. H, 25.

739 *IV. G. 7.* (*Y. I. 1. n. 9.*)

chart. saec. XIV ff. 42, 21×14 cm. 1 m.

Arnesti archiepiscopi Pragensis Statuta provincialia a. 1349 addito libro Thomae Hibernici de tribus punctis religionis christianae essentialibus.

f. 1ª (rubr.:) »Incipit prologus super statuta . . In nomine s. et indiv. trinit. . . Arnestus dei et apost. sedis gracia s. Prag. eccles. archyepiscopus« × f. 42ª (rubr.:) »Expliciunt provincialia edita a dom. archyepiscopo dom. Arnesto venerando s. Prag ecclesie.«

f. 42ª—42ᵇ (alia manu) Hymnus de s. Petro incipiens: »Salve pastor Christi gregis«, et oratio ad eundem sanctum.

Vetus sign. R, 29.

740 *IV. G. 8.*

chart. saec. XIV ex. ff. 67, 21·5×15 cm. d. m.

f. 1ª—5ª (anepigr.) **Speculum algorismi**. »Quoniam quibusdam iuvenibus« × »et hoc patet extra in spacio.«

f. 5ª—7ᵇ **Johannis Poloniensis Computus manualis metricus cum commentario**. »Incipit manualis compotus« — (Incip. textus:) »Est duplex ciclus« × »quarta sequens feria. Expl. computus manualis per manus etc.« (sic).

f. 8ª Versus de peccatis, virtutibus, donis, beatitudinibus etc.

f. 8ᵇ Initium (calamo inductum) operis, quod auctor Massam computi appellari vult.

f. 9ª—18ᵇ **Johannis de Erfordia Computus cirometralis minor et maior cum commentario marginali**. »Cognicio veritatis de pausis temporum« × »si post prius addas. Expl. cyrometralis computus auctor bonus.«

f. 19ª—22ª Tabulae mediorum motuum omnium planetarum, item tabula coniunctionum solis et lunae cum expositione in fine.

f. 23ᵇ—24ª Tabula astronomica alia.

f. 25ª Tabula docens »in quo signo sit luna singulis diebus.« f. 25ᵇ »Quatuor cycli ad sciendum que sit litera privacionis lune omni anno.«

f. 26ª—31ᵇ (anepigr.) **Calendarium astronomicum.**

f. 32ª Versus de egyptiacis diebus. f. 32ᵇ De embolismo nota. f. 33ª Tabula aurei numeri. »Nota quod tabula prescripta edita est a. 1367 ita, quod tunc fuimus in primo cyclo anni lunaris« . . .

f. 34ª—46ª **Johannis de Sacrobosco Compotus ecclesiasticus metricus cum prologo prosaico, commentario instructus.** (Incip. prol.:) »Licet modo in fine temporum.« (Incip. versus:) »Aureus in Jano« × (expl. versus:) »a te liber habento coevos.«

f. 46ª—47ª »Incipit **Manualis computus**. Quamvis multorum memorant documenta virorum« × »inquirere nenos.«

f. 47ᵇ »Tabula de cognicione numeri magnitudinis algorismi secundum loca discernenda.«

f. 48ᵇ—55ᵇ (anepigr.) **Johannis de Sacrobosco Compendium algorismi prosaici de integris.** »Omnia, que a primeva rerum origine« × »Hec de radicum extraccione dicta sufficiant.«

f. 56ᵇ—61ᵇ (anepigr.) **Compendium incensionis et lunationis cuiuslibet lunae secundum Judaeos (= Computus iudaicus)** »Me pudet audire Judeum talia scire« × »ipsorum sit tibi ciclus.«

f. 62ª—67ᵇ Problemata arithmetica et notae variae.

Operculo infer. adligatum est fol., in quo manu saec. XIV—XV exaratus est **»Ordo personarum ad cunabulum« latino-bohemicus (Latinsko-česká slavnost kolébková vánoční)**. Cf. Věstník Č. A. 1898 p. 660. In operculo eodem extrinsecus notatum est: »Mag. Wenceslai liber.« Veteris signat. bibl. Clement. vestigia tantum in dorso supersunt.

741 *IV. G. 9.* (*Y. III. 5. n. 40.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 74, 22×14·5 cm. d. m.

Macri De virtutibus herbarum poema initio commentario interlineari instructum.

f. 1ª »Herbarum quasdam dicturus carmine vires« × f. 74ª »sic apta solucio fiet. Explicit Macer etc.« (Linea sequens cultro excisa est.)

Operculo super. adligatum est fragmentum cuiusdam protocolli iudiciarii saec. XIV. Vetus sign. S, 61.

742 *IV. G. 10.*

chart. saec. XV ex. ff. 31, 22×16 cm. d. m.

f. 1ª—19ª (anepigr.) **Canones astrolabii practici** (collecti a quodam mag. Cracoviensi). »Pro introduccione generali eorum que in astrolabio practico continentur« × »sicut superius ostensum est. Et sic est finis canonum.«

f. 19ᵇ—20ª **Johannis de Monte Regio Ephemerides.** »Usum ephemeridis cuiuslibet breviter exponemus« × »commentario abunde explicabitur.«

f. 20ᵇ »Canon tabularum quantitatis dierum ascendentis et domorum.« f. 21ª »Tabella horarum inequalium.«

f. 21ᵇ—22ᵇ »Prognostica in tacuinos ex prolixis in compendium redacta.«

f. 22ᵇ »De aëris mutacione.« f. 23ª—24ᵇ »Elecciones in iniciis operum.« f. 24ᵇ »Pro deieccionis sanguinis eleccio. Eleccio pro farmacia.«

f. 25ª—31ª **Tabula aequationis domorum ad 7 climata.**

f. 31ᵇ »Elecciones in seminum iactu, arborum et vinearum cultu.«

743 *IV. G. 11.*

chart. saec. XVI ff. 35, 21×16 cm. 1 m.

Astrologica varia praesertim ad annos 1576—1578 spectantia et operibus Cypriani Leovitii (Lvovský) et Joh. Schoneri innixa.

f. 1ª Forma constructionis figurae coelestis.

f. 2ª—7ᵇ Exempla deductionum.

f. 8ª—10ᵇ Figura coelestis secundum tabulas domorum.

f. 11ª—30ª Revolutiones menstruae.

f. 31ª—32ᵇ »**Compendium libri Ephemeridum** (Augustae a. 1557 typis editi) **Cypriani Leovitii a Leonicia Bohemi.**«

f. 33ª—35ª »De fortitudine et debilitate planetarum in genitura verificata secundum doctrinam Cypriani Leovicii a Leonicia.« (Tractatulus hic non integer esse videtur.)

744 *IV. G. 12.* (*Y. I. 1. n. 6.*)

chart. saec. XV—XVI ff. 252 num., 21×15 cm. d. m.

f. 1ª—135ᵇ **Johannis Capistrani Tractatus de cupiditate (seu de usuris).** »Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra« × »Explicit 3ª pars de cupiditate secundum fratrem Joh. de Capistrano.«

f. 136a—140a Quaestio, »utrum monachus possit sibi vendicare hereditatem iure propinquitatis ad eum devolutam.«

f. 140b—142a **Martini papae V Bulla super contractibus reemptionum.** »Romae VI nonas Jul. pont. anno VIII.« (1425.)

f. 143a—152b **(Jacobi Erfordiensis ord. Carth.) Tractatus de contractibus reemptionis seu ad vitam.** »Post multiplicia insignium doctorum florida scripta« × »errare non dubitatur, quod ab omnibus avertere dignetur« etc. (Cf. cod. 641 Berolin.)

f. 153a—154b Notae de conscientia.

f. 155a—251b **Concordantiae bibliae cum iure canonico.** »In principio creavit deus« × »Expliciunt conc. biblie c. iure can. iuxta ordinem librorum biblie. Et sunt cum magna diligencia correcte in allegacionibus iuris canonici.«

f. 252 Nota quaedam incipiens: »Nemo mundus est a peccatis.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis cuiusdam saec. XIII—XIV, quo continetur expositio Cantici canticorum. Codicem omisso capite recens. Schulte Canon. Handsch. p. 48.

745 *IV. G. 13.* (*Y. III. 3. n. 25.*)

chart. a. 1415 ff. 214 num., 21 × 15 cm. 2 m.

f. 1a—81a **(Johannis Hildesheimensis) Historia trium regum.** »Cum reverendissimorum trigum (sic) magorum ymmo verius trium regum« × »in reddenda racione. Expl. hist. tr. reg. beatorum per manus fratris **Conradi de Rueburch ord. fratrum servorum s. Marie** sub a. d. **1415.**«

f. 81a—85a Registrum operis praecedentis.

f. 85a—89a **Historia de fide Sarracenorum.** »Nam ecclesia Possitanorum vel Possitana Constantino« × »veneno sibi dato interiit. Explicit heresis Mahometi.«

f. 89a—92a **Bernhardi de Sacra Valle (= Claraevallensis) Epistola ad Johannem de Castro Ambrosii de hospitalitate.** »Generoso et famoso militi« × »sue dampnabilis senectutis. Amen. Explicit.«

f. 92b—96b **M. Ann. Senecae Liber de fortuitorum remediis.** »Licet cunctorum poëtarum carmina« × »ista felicitas. Explicit Seneca Amen.«

f. 97a—122a **Stephani Carthusiensis (de Dolan) Epistola ad mag. Stanislaum de Znoyma.** »Venerabili in Chr. almi Prag. studii magistro« × »deo gracias in eternum. Et sic est finis.« (= Tractatus »**Antihus**« dictus, ed. Pez, Thes. IV, 363 sq.)

f. 122a—123b **Instrumentum publ. notar. Michaelis Egidii de Potworovicz conscriptum 3. mart. 1412 super scripto mag. Johannis Hus de tribus dubiis (copiatum)** (cf. IV. G 25 f. 91b).

f. 124a—167a **Guilelmi (Peralti) mag. ord. fratr. praed. Expositio super professionem monachorum.** »Tractatus iste, qui est de professione monachorum« × »dominum animadvertunt omnia. Explicit exposicio super prof. mon. edita a fr. Wilhelmo ord. pred., qui composuit summas virtutum et viciorum . . . per manus fr. **Conradi de Rueburch ord. frat. servorum s. Marie in Viridi.**«

f. 167b—195a (anepigr.) **Epistola anonymi data ad fr. Gallum praedicatorem Pragensem** (Edid. Hardt Concil. Constant. III, 338).

f. 195a—213b (anepigr.) **M. Jacobi Parisiensis Quaestio, utrum clericis liceat aliquid possidere.** »Inter alia disputata ex tempore hec questio versabatur« × »aggregare queso dignare. Amen.« (In cod. 4933 palat. Vindob. quaestio haec Johanni Stokes attribuitur; sed cf. cod. IV. H. 2. f. 110.)

f. 213b—214a **»Mag. Johannis Hyldysen« Argumenta, quod »sacro concilio non est detrahendum.«** (Magister hic in L D vocatur Heningus de Hyldisem; apud Franz, Nic. de Javor p. 40 »Hildessen«.)

Operculo super. adligata est membrana, in qua occurrunt hi versus de fundatione claustri servorum s. Mariae in Viridi (ad rivulum Botič Pragae) a. 1360:

»Anno M sub ter C sexaque geno
Fratres servorum Marie, gloria quorum
In Christi vere cruce splendeat, obtinuere
Hoc claustrum late circumductum pietate
Cesaris Augusti semper Karolique venusti,
Ut Christo gratam vitam ducantque beatam.«

In nudo operculo hoc intrinsecus notatur: »Iste liber vendatur pro XXIV gr. vel modico remissius et ista pecunia distribuatur pauperibus pro anima Georgii ligatoris de Nova Civitate et pro anima uxoris eius.« Vetus sign. libr. Carol. D, 50, K.

746 *IV. G. 14.* (*Y. II. 3. n. 66.*)

chart. saec. XV ff. 276 num. 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1a—107a **Fr. W(ilhelmi) Wodeford ad Thomam Cantuariensem archiepiscopum Causae damnationis articulorum Johannis Wicliff.** »Vener. in Chr. patri ac illustri domino Th. C. arch. tocius Anglie primati« × »Explicit tractatus Anglie contra articulos Wykleff«. (Ed. Orthuinus Gratius-Brown p. 191 sq.)

f. 108a—130a (anepigr.) **(M. Jacobi de Misa) Tractatus de transsubstantiatione** (allegans inter alios etiam Wicliffum et defendens sententiam eius). »In nom. s. et indiv. trin. Utrum ex fundamento scripture« × »et antiquis sanctis esse congestum. Et in hoc sit laus et gloria« etc. (Cf. Balbini Boh. doct. ed. Ungar II, 354.)

f. 130a—156b **Mag. Petri Payne Anglici Adaptationes sensus articulorum Joh. Wiclif adversus deductiones M. Johannis de Příbram.** »Omnipotentis dei magnificencia« × »qui concessit huic operi pro hac vice terminum talem qualem.«

f. 157a, b **Petri Anglici Defensio Joh. Wiclif in materia eucharistiae adversus mag. Joh. Příbram.** »In nom. p. f. et sp. s. Quia nuper contra mag. Joh. Wy. Mag. Joh. Przi.« × »quem sanguinem suum dixit. Hec ille.« (Opus non integrum esse videtur.)

f. 158a—171a »Anno d. 1430 currente« **Munimenta articulorum pridem per magistros Pragenses conclusorum ex scripturis.** »Ut articulorum pridem per magistros sacerdotesque« × »in illorum festivitatibus«

f. 171b—181b **Acta de compactatis.**

f. 171b—173b »Prologus in Compactata Prage facta a. 1433« (Archiv Český III, 398).

f. 173b—176a »Sequuntur ulteriora inter Boëmos et legatos Basilienses Compactata.« »Datum Iglavie a. d. 1436 die XIII mensis Julii.« (Ibidem 406.)

f. 176a—177b »Litera executoria ex parte legatorum.« »Datum in Iglavia V. die mensis Julii a. 1436.« (Ibidem 421.)

f. 177b—178b »Data imperatoris Sigismundi.« »Brunne a. d. 1435.« (Ibidem 428.)

f. 178b—179b Mandatum episcopis Olomucensi et Lithomysslensi a legatis concilii Basiliensis sub hac forma scribi debuit.« »Datum Iglavie XIII. mensis Julii a. 1436.«

f. 179b—180a »Forma quam legati scribere debuerunt universis orbis principibus.« »Iglavie 13/7 1436.«

f. 180a—180b »Executoria, quam fecerunt Bohemi legatis.« (Ibidem 434.)

f. 181a—181b »Summa compactatorum.« »M. Johannes Przibram in pariete ad S. Castulum de symonia ita scribit« ⨯ »A. d. 1432«.

f. 182a—215b **Jordani de Quedlinburg Articuli passionis domini sive Meditationes.** »Inspice et fac secundum exemplar« ⨯ »Expliciunt dicta super passionem Jordanis.«

f. 217a—236a **S. Augustini ad Petrum liber de fide.** »Epistolam, fili Petre« ⨯ »Explicit liber de fide ad Petrum Augustini Yponensis episcopi in vigilia Stanislai.«

f. 236a—237a Expositio Proverbiorum 21 et 22 bohemice interpolata.

f. 237b Impressa est **imago s. Mariae Jesulum tenentis, ligno incisa.** (Holztafeldruck.)

f. 238a—242a Sermones varii bohemice interpolati.

f. 242b—244b Notae de sepultura et aliae.

f. 244b—250b **Mag. Jacobelli Positio de suffocatis comedendis.** »Marc. 15 dicitur« ⨯ »Et tantum de ista materia. Expliciunt per quendam hominem peccatorem.«

f. 250b—251b Notae de denariis chrismalibus, fumalibus, de bello spiritualium, de communione parvulorum.

f. 253a—254a »De mulieribus, quod ecclesias post partum intrare non prohibeantur.«

f. 254b—262b **Mag. Jacobelli de Miza Positio de imaginibus.** »Utrum secundum legem evangelicam« ⨯ »Factum est hoc opus et hec questio per mag. Jacubellum in Praga in ecclesia ante letam curiam **a. d. 1417** die dominico ante purific.«

f. 263a—276a (saec. XIV ex. binis columnis) **Berengarii episc. Tusculanensis Summa confessionalis.** »Quoniam circa confessionem« ⨯ »Expl. summa confessionalis composita per . . . seu domini pape penitenciarium.«

In fol. praeligato non num. occurrunt »Articuli erronei in Anglia Johannis Wyglef ut dicitur conscripti« 1—18 »et alia multa«. Cod. recens. Balbinus Boh. d. III, 111. Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam grammatici (Donati?) saec. XIV.

747 *IV. G. 15.* (Y. I. 1. n. 4.)

chart. a. 1417 ff. 249 num., 22 × 15·5 cm. 2 m.

f. 1a—43b (anepigr.) **Tractatus varii doctrinam haereticam (Waldensium?) redolentes** (de fide, adoratione, oblationibus, decimis, ortu religiosorum, Constantini donatione, beneficiis, apparatu papae, avaritia cleri, vasis preciosis; item de oblationibus et decimis, de correctione cleri per principes, de simonia, de sacramentis, de monachis nigris, de abusionibus seculi, de fletu pro mortuis et suffragiis, de confessione, de potestate ligandi, de clavibus Petri). Incip.: »Pax fratribus et caritas cum fide« ⨯ »ligatum esse vel absolutum ut XV q. 1. nec hiis etc.« (Iidem tractatus occurrunt in codice III. G. 28 et attribuuntur **Nicolao de Drážďan.**)

f. 44a—81b (anepigr.) **Expositio orationis dominicae.** »Pater noster etc. Prima peticio est« ⨯ »quod nobis concedat trinus et unus in s. s. deus benedictus Amen.«

f. 82a—85b (anepigr.) **Tractatus de chorea.** »Corea est circulus« ⨯ »iudicio condempnati sunt.«

f. 85b—96b (anepigr.) **Tractatus de missione quadruplici.** »Viri etiam perfecti et iusti« ⨯ »qui preesse desiderat, non prodesse. Hec ille.«

f. 96b—99a (anepigr.) **Johannis Hus Tractatus de matrimonio.** »Petis, karissime, ut reputo« ⨯ »plenarie cogitare. A. d. **1417.**«

f. 100a—141a (anepigr.) **Tractatus de vera beatitudine.** »Querite primum regnum dei« ⨯ »cuncta consona, cuncta conveniencia, que nobis prestare« etc.

f. 142a—157a (anepigr.) **Tractatus de communione sub utraque.** »Nisi manducaveritis« ⨯ »in premio et mercede, quam prestare dignetur« etc.

f. 157b—165b (anepigr.) **M. Johannis Hus Tractatus de sex erroribus** (ordine perturbato). »Augustinus ad Anxilium episcopum« ⨯ »a superiore coronam.«

f. 166a—192b **Responsiones nec non sanctorum auctoritates contra concilium Constantiense collectae (a Nicolao de Drážďan** (cf. III. G. 9. f. 71.) seu potius a **M. Jacobo de Misa** (Hardt III, 591 sq.). (rubr.:) »Sequitur prima conclusio de communione utriusque speciei. (Atram.:) Prima conclusio: Chr. post cenam« ⨯ »illic et minister meus erit. Expl. responsiones (etc. ut supra), in quibus respondetur doctoribus evangelicam veritatem sub pretextu pietatis condempnantibus.«

f. 192b—198b **(Jacobi de Misa) Tractatus »de communione spirituali in sacramentali integra sub duplici forma panis et vini communitatem plebium concernente.«** »Salvator noster dom. Jesus« ⨯ »sanguinem sub forma vini etc. Amen.« (De auctore cf. cod. I. E. 29. f. 31.)

f. 198b—232a (anepigr.) **Sermo de communione sub utraque.** »Nisi manducaveritis« ⨯ »de excellencia huius venerabilis sacramenti etc. Amen« **(Nicolai de Drážďan?** cf. III. G. 28 f. 165.)

f. 232b—240a (anepigr.) **Tabulae novi et antiqui coloris.** »Prima tabula. Primus. Novissimus virorum« ⨯ »Ambros. in libro de offic. Finis est novi et antiqui coloris.« **(Johanni Hus** attribuit Flajšhans Osvěta 1904 p. 53.)

f. 240ª—249ª **Consuetudo et ritus primitivae ecclesiae et modernae.** »Et cum compierentur dies« × »ut sitis dominantes in clero. Amen a. d. **1417.**«

Cum maxima pars opusculorum supra recensitorum egeat inscriptione, detur mihi venia, si passim titulum falsum indiderim. Item commemoro occurrere in operculo super. inscriptionem saec. XV valde attritam hanc: »Tract. . . Drazdanensis«. Qua declaratur auctor quorundam opusculorum contentorum **Nicolaus Draždanensis.** (Cf. Věstník Č. A. 1898 p. 662.) Utrique operculo adligata sunt fragmenta membran. instrumenti publ. notarii Nicolai olim Pelrzymonis de Olkerzyow a. 1410 conscripti, quo bona in Kobylis Gregorio Hudera adiudicantur. In operculo infer. intrinsecus occurrit nota: »Knyez Zacharz«, et quidem manu saec. XV scripta. Vetus sign. concors cum cat. Rudnic. P, 9.

748 *IV. G. 16.* (Y. I. 1. n. 41.)

chart. saec. XIV—XV ff. 260 num., 22×15 cm. d. m.

f. 1ª—9ᵇ **Libellus de instructione animae** (seu **Dialogus inter rationem et animam**). »Secretis interrogacionibus pulsabo animam meam« × »ut nec ei, qui de hiis verius et profusius dicere voluerit, aut materia« . . . (cetera putredine vitiata.)

f. 10ª—241ª **Excerpta theologica ex diversis auctoribus duplicia** (quorum registra vide in f. 135ᵇ et 136ª) **secundum ordinem alphabeti.**

f. 242ª—253ª Tabula sermonum Jacobi de Voragine.

f. 253ª Tabula sermonum Guidonis.

f. 254ª—260ᵇ Excerpta et notae theologicae variae.

Operculo super. adligata est membran. epistola Nicolai prioris conventus praedic. in Halle, qua vidua quaedam in fraternitatem ordinis assumitur a. (13)92.

749 *IV. G. 17.* (Y. I. 1. n. 68.)

chart. saec. XV ff. 179, 22×16 cm. 2 m.

Nicolai de Lira Commentarius super XII minores prophetas cum moralitatibus.

f. 1ª (rubr.:) »Incipit prologus in XII prophetas. (Atram.:) Duodecim prophetarum ossa pululant« × f. 179ª »a dei societate et electorum.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam saec. XIV, quo vitae sanctorum continebantur. Vetus sig. A, 30.

750 *IV. G. 18.* (Y. I. 2. n. 42.)

chart. saec. XV ff. 323 num. (recte 346), 21·5×15 cm. d. m. cum init. pict.

Quaestiones super Aristotelis libros:

f. 1ª—116ᵇ I—VIII **Physicorum** (expl. »sabbato ante Georgii«),

f. 117ª—163ᵇ I. II. IV. **De coelo et mundo,**

f. 164ª—191ᵇ I et II **De generatione et corruptione** (expl. »fer. II ante festum Reliquiarum«.),

f. 192ᵇ—264ª I—III **de anima,**

f. 265ª—295ᵇ I—III **Meteororum,**

f. 296ª—323ª **Parvorum Naturalium** (de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, de sommo et vigilia, de longitudine et brevitate vitae).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam saec. XIII u. a. XIV argum. iurid.-can. In super. nota: »Fer. II ante Johannis Bapt. incep. M. Gregorius Pragensis librum physicorum a. 1479.«

751 *IV. G. 19.* (Y. I. 1. n. 35.)

chart. a. 1417 ff. 233 num., 21·5×15·5 cm. 1 m.

f. 1ª—218ᵇ **Rosarium sive Floretus minor.** (Dictionarium theologicum.) »Absolucio dicitur tripliciter« × »Explicit liber Rosarii sive Minoris Floreti pronuncciatus per rev. **Mag. Mathiam licenciatum in collegio Caroli** in lectuario theologorum a. d. **1417.**«

f. 219ᵇ—231ᵇ **M. Johannis Hus Sermo synodalis.** »State succincti lumbos« × »Hic ewangelicus sermo in synodo Pragensi per rev. Mag. Johannem dictum Hus s. pagine baccalaureum tunc temporis Sententiarium vocatum est predicatus a. d. **1407** in die s. Luce ewangeliste.« (Edit. in Oper. Norimb. II, 32.)

f. 231ᵇ—232ª Notae theologicae variae.

f. 232ᵇ—233ª (alia manu) **M. Johannis Hus Tractatulus de peccato mortali.** (Edit. ibidem I, 32.)

Operculis adligatum est fragmentum membr. instrumenti publ. notar. Andreae Nicolai de Lompnicz super quadam causa in iudicio archiepiscopali Pragae a. 1388 vergente. Vetus sign. B, 19.

752 *IV. G. 20.* (Y. I. 1. n. 26.)

chart. saec. XV ff. 158, 22×15 cm. 1 m.

Armandi de Bello Visu Tractatus de declaratione difficilium dictorum et dictionum in theologia.

f. 1ª (rubr.:) »Incipit epistola prohemialis . . . (atram.) Reverendissimo in Chr. patri . . Johanni episc. Babenbergensi« × f. 146ᵇ »revelat ut lux, cui honor et gloria in s. s. Amen.«

f. 147ª—158ª Registrum operis.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. cuiusdam libri liturgici neumis instructi saec. XIII. Ut demonstrant inscriptiones initiales valde laesae, codex olim erat collegii Nazareth.

753 *IV. G. 21.* (Y. I. 1. n. 31.)

chart. saec. XV ff. 236 num., 21×15 cm. 1 m.

Johannis Erfordiensis ord. fratr. min. Quaestiones secundi libri Sententiarum.

f. 1ª (rubr.) »Incipiunt questiones sec. l. s. (atram.) Queritur utrum sint plura principia prima« × f. 228ª »Expliciunt questiones super secundum librum sentenciarum« (rubr.:) »Fratris Johannis Erfordiensis ord. fratr. minorum.«

f. 228ᵇ—235ª Registrum.

f. 235ᵇ—236ᵇ (alia manu) Additamenta quaedam supra omissa.

754 *IV. G. 22.* (*Y. I. 1. n. 15.*)

chart. a. 1456 ff. 246, 21·5×16 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—5ᵇ (anepigr.) **Petri Lombardi librorum sententiarum versus memoriales cum expositione interlineari.** »Ardua primus habet« × »penis cruciandi.« Sequitur commendatio versuum discendorum metrica.

f. 6ᵃ—15ᵇ (anepigr.) **Versus memoriales iuris canonici.** »Aspice ius binum« × »omagia pro spiritu det« (cetera desunt).

f. 16ᵃ—203ᵃ (anepigr.) **Petri Lombardi libri sententiarum versibus redditi cum commentario.** »A res et signa doctrine sunt duo membra« (comment.:) »Quoniam secundum philosophum sciencie secantur« × »nil in ipsis compacientes« — »Sabbato in vigilia Thome **1456.**«

f. 203ᵇ—207ᵇ (anepigr.) Expositio arboris consanguinitatis.

f. 208ᵃ—210ᵇ (anepigr.) Expositio figurae affinitatis et de impedimentis matrimonii.

f. 211ᵃ—240ᵃ (anepigr.) Argumenta librorum sententiarum schematice digesta.

f. 241ᵇ—246ᵃ (anepigr.) Theses de sacramento altaris.

In membrana codicem cooperiente exarata est bulla papalis data ad abbatem Wilemowiensem et officialem Litomyšlensem initio saec. XV in causa quadam praebendali.

755 *IV. G. 23.* (*Y. I. 1. n. 22.*)

chart. saec. XV ff. 239 num. (recte 240), 21·5×15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—39ᵇ **Aegidii (de Columna) Romani Tractatus de praedestinatione et praescientia et de paradiso et inferno.** »Nobili militi in Chr. sibi quam plurimum dilecto dom. Thanone de Thalome« (sic) × »adeptos fore tantam gloriam, cuius glorie« etc.

f. 40ᵃ—65ᵇ **Eiusdem Tractatus de laudibus divinae sapientiae.** »Eructavit cor meum« × »Expl. tract. de l. d. s. editus a fr. Egidio de Roma ord. fratr. heremitarum s. August. in Grecz Regine finitus per manus **Johannis Krussynka.**«

f. 66ᵃ—77ᵃ **Eiusdem Tractatus de peccato originali.** »Ego cum sim pulvis et cinis« × »ut facie ad faciem te videre possimus, qui es bened. in s. s. Amen.«

f. 77ᵇ—105ᵇ **Eiusdem Tractatus de resurrectione mortuorum cum quaestionibus.** »Questio est, utrum possibilis resurreccio« × »Expliciunt questiones de resurr. fr. Egidii de Roma« etc.

f. 106ᵇ—181ᵇ **Mag. Stanislai de Znojma Tractatus de peccato et gratia.** »Cum sit necessarium deplangere« × »Hec pro presenti sint collecta de peccato et gracia in generali. Compilatus per ven. mag. Stanislaum de Znoyma.«

f. 182ᵃ—194ᵇ **S. Augustini Liber de vita christiana.** »Ego Augustinus primus peccator« × »Expl. liber de vita cristiana b. Augustini.«

f. 195ᵃ—201ᵃ **Eiusdem Liber de disciplina christiana.** »Locutus ad nos sermo dei« × »Expl. l. b. Aug. d. d. ch.«

f. 201ᵃ—220ᵇ **Liber aureus de tribulatione.** »Da nobis domine auxilium« × »Expl. lib. aur. de tribulacione.«

f. 222ᵃ—239ᵇ (anepigr.) **Admonitio matris ad virtutes.** »Tue non immemor peticionis« × »et perficere pro bona voluntate, cui est honor« etc. (Opusculum hoc s. Augustino falso attribuitur; auctor est quidam episcopus **Adelherus.**)

In fol. chartaceo praeligato est nota de festis Judaeorum septem comparatis virtutibus septem. Operculo infer. adligatum est membran. fol. cuiusdam libri liturgici saec. XIV. Vetus sign. B, 12.

756 *IV. G. 24.* (*Y. I. 1. n. 30.*)

chart. saec. XV ff. 90, 21·5×15·5 cm. 1 m.

(Johannis Hus) Commentarius in IV. librum Sententiarum Petri Lombardi insertis versibus super eodem.

f. 1ᵃ »Samaritanus enim wlnerato appropians« × f. 82ᵃ »et mihi in leccione prestare auxilium, quo ad finem leccionis potui pervenire.« Infer. particula huius folii, in qua notabatur »explicit«, abscissa est.

f. 82ᵇ—83ᵇ Registrum materiarum alphabeticum.

f. 83ᵇ—84ᵃ Excerpta quaedam ex Origene.

f. 85ᵃ—90ᵇ Notae de matrimonio, de bona muliere, de elemosyna sacra, de confessione, de adulatione (caret fine fol. ultimo exciso). Haec folia in medio lacunas habent cultro factas.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici saec. XIII.

757 *IV. G. 25.* (*Y. I. 1. n. 50.*)

chart. saec. XV ff. 111 num., 22×15 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—40ᵇ (anepigr.) **Expositio Geneseos et Exodi excerpta de expositione Nicolai de Lyra et aliis glossis.** »In principio deus creavit celum et terram« × »Et sic est finis exodi. Et hec excerpta, que videbantur michi difficiliora de exposicione Nicolay de Lyra et aliis glosis doctorum.« (Opus hoc in veteri catalogo nostro attribuitur Thomae de Aquino.)

f. 41 perperam ligatum referendum est post 37.

f. 42ᵃ—79ᵇ **Hugonis de S. Victore librorum de sacramentis, de incarnatione verbi et exhibitione gratiae dei et de sacramento novi testamenti excerpta.** »In superiori parte operis huius« × »Expliciunt excerpta de libro de sacramentis ven. Hugonis.«

f. 80ᵃ—91ᵃ **S. Augustini Epistola de fide ad Petrum.** »Epistolam, fili Petre,« × »Expl. liber b. Augustini de fide ad Petrum.«

f. 91ᵇ—92ᵇ **Instrumentum publ. notar. Michaelis nati quondam Aegidii de Potworowicz conscriptum 3. mart. 1412, exhibens scriptum Johannis Hus de tribus dubiis.** (Scriptum ipsum v. in edit. Norimberg. f. 167ᵇ.)

f. 92ᵇ—93ᵃ **Stephani de Dolan Epistola ad M. Stanislaum de Znojma spectans ad instrumentum superius.**

f. 93ᵃ **Johannis Hus Epistola ad fratres monasterii Dolanensis** (Edid. Palacký Docum. p. 31).

f. 93ᵃ—111ᵇ **Stephani de Dolan Epistola ad M. Johannem Hus, scriptum eius de tribus dubiis refutans.** »Indignus Chr. servus S. M.

Johanni Huss« × »iterum atque iterum deo gracias in eternum Amen.« (Epistolae a f. 92b—111b efficiunt tractatum Stephani de Dolan, cui inscribitur »Antihus« ed. Pez, Thes. IV, 2, 365 sq.)

In fol. chart. praeligato non num. occurrit: »**M. Petri Anglici Payne Notabile de trinitate increata.**« Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam liturgici saec. XIII—XIV. Vetus sign. D, 5.

758 *IV. G. 26.* (*Y. I. 1. n. 40.*)

chart. a. 1428—35 ff. 238, 22×15·5 cm. d. m.

f. 1a—20b **Fr. Nicolai de Lyra Quaestio de probatione per scripturas a Judaeis receptas, quod mysterium Christi praedictum a lege et prophetis sit impletum.** »Queritur, utrum per scripturas« × »Expl. questio (etc. ut supra) determinata Parysius in Quolibet a fr. Nicolao de Lyra ord. min.«

f. 20b—44b et 192a—198b **Eiusdem Probationes contra Judaeos.** »Potens sit exhortari in doctrina sacra« × »Expl. probaciones . . . finite a. d. **1429** in Hradecz super Albiam.« Sequitur »registrum collectum a. 1430 sabbato ante septuagesimam per quendam scolarem Petrum regentem protunc scolas in Hradecz super Albia.«

f. 45a—67a **M. Stanislai de Znoyma Tractatus de corpore Christi.** »Visum est non esse inutile« × »Expl. tract. de corp. Chr. . . . in quo probat materialem panem non remanere . . Scriptus a. d. **1428** et finitus sabato in festo s. Briccii in Hradecz regine per **Petrum** quendam scolarem **de Chrudym, protunc rectorem scolarum in Hradecz.**«

f. 69a—139b (anepigr.) **Aegidii de Columna Romani Tractatus de eucharistiae sacramento per theoreumata** (sic) **distinctus.** »Quia inter cetera sacramenta« × »tui corporis et sanguinis sacramentum, qui cum patre« etc.

f. 140a—142a Registrum tractatus praecedentis.

f. 142b—171b **Eiusdem Tractatus de praedestinatione et praescientia, de paradiso et inferno.** »Nobili militi . . . Thanene« × »adeptos fore tantam gloriam, cuius glorie« etc. (Titulus huius operis est in schedula inligata.)

f. 172a—182a **Eiusdem Tractatus de peccato originali.** »Ego cum sim pulvis et cinis« × »Expl. tractatus M. Egidii de peccato originali.«

f. 182b—191b (anepigr.) **Honorii Augustodunensis Inevitabile seu Dialogus discipuli et magistri de praedestinatione et libero arbitrio.** »Incipit inevitabilis legacio fratrum. Fratres in domo dei cum consensu ambulantes« × »ut te ultima dies in consorcio illorum inveniat.«

f. 192a—198b vide supra.

f. 199a—221a **Aegidii Romani Quaestiones de resurrectione mortuorum.** »Questio est, utrum sit possibilis« × »Expliciunt questiones de resurreccione fratris Egidii de Roma rescripte et finite a. d. **1435** fer. V in octava corporis Chr. per **Petrum** (de Dwekaczowicz, cf. cod. V. E. 4(a) f. 157a) quendam dictum **Bibat** in domo Nacionis Boemorum, quo tempore ambasiata regni Boemie sollempnis directa fuit ad cesarem Sigismundum Brunam pro tractanda veritate sanctissimi sacramenti utriusque speciei quoad laicos utriusque sexus porrigenda« (sic).

f. 221a—238a **Eiusdem Tractatus de laudibus divinae sapientiae.** (Post registrum:) »Eructavit cor meum« × »Expl. tract. de l. d. s. editus a fratr. Egidio de Roma ord. fratr. herem. s. Augustini.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis liturg. saec. XIV.

759 *IV. G. 27.* (*Y. I. 1. n. 39.*)

chart. a. 1446—1461 ff. 146 num., 21·5×16 cm. 2 m.

Johannis Wiclif Operum de civili dominio et decalogi registra (a M. Petro Payne Anglico composita).

f. 1a—35b Registrum locorum ab auctore citatorum secundum ordinem librorum sacrae scripturae. In fine rubr.: »A. d. **1461**. Nomen scriptoris si tu cognoscere vellis (sic), Jo tibi prima sit, han sequens nes-què suprema« **(Johannes quidam).**

f. 36a—124b Registrum alphabeticum operis »de civili dominio«. In fine: »A. d. **1446** fer. III post conductum pasce.«

f. 125a—146b Registrum alphabeticum »Decalogi«.

Codex fragmento originalis bullae Eugenii IV ad quendam Johannem coopertus est.

760 *IV. G. 28.* (*Y. I. 1. n. 47.*)

chart. saec. XV ff. 332, 21·5×15·5 cm. 2 m.

S. Johannis Apocalypsis cum (Guilelmi de Militona) commentario (cuius vero initium deest).

f. 1a »Premissis causis principalibus huius doctrine« × f. 312b »confirmacionis et optacionis dicentis: Gracia d. J. Chr. cum omnibus vobis Amen. Et nos igitur deo gracias referamus, quod nos decussis tantis plagis scripturarum deduxit et perduxit ad portum salutis. Oro autem, ut si minus bene alicubi dixi, mihi benignus indulgeat delinquenti et veniam humiliter postulanti, et lector non malicie sed ignorancie ascribat et corrigat« . . . (Commentarius hic in veteri catalogo nostro falso attribuitur Alberto Magno.)

f. 313a—330b »Materia in librum Job« (opus mancum).

f. 331b—332a »Materia aliqualis super Proverbia« (fragmentum).

Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam liturgici saec. XIV. Vetus sign. B, 20.

761 *IV. G. 29.* (*Y. III. 4. n. 8.*)

chart. saec. XV in., ff. 168, 21·5×15 cm. d. m.

Sermones de sanctis per circulum anni cum vitis eorundem. (Insunt etiam vitae patronorum Bohemiae et passim notae bohemicae inter lineas et in margine.) »Ambulans Jesus . . . Gorra exponens« × »et maxime simplicibus.«

Ut Hanuš bibliothecarius in catalogo vetere adnotavit, huius codicis operculis olim adligata erant membran. fragmenta vetustissimi Dalemili bohemici, quae nunc separatim asservantur (nescio ubi, cum diversa sint ab illis, quae de cod. X. F. 6 deprompta Čas. Mus. 1861 edita sunt). Item notandum oper-

culo super. adglutinatum esse Vocabularium latino-bohemicum (**Slovníček lat.-český**) cum hac nota ad calcem: »A. d. 1435 currente«; operculo vero infer. Recepta quaedam bohemica (**Léky proti dně**). In fronte operculi super. intrinsecus notatur: »Pro vicario in Žebrak opido.« Vetus sign. A, 12.

762 *IV. G. 30.* (*Y. I. 1. n. 36.*)

chart. saec. XIV ff. 305 num., 21 × 14 cm. d. m.

f. 1ª—21ª **Commentarius in epistolam s. Hieronymi ad Paulinum et in Geneseos cap. I—XX.**

f. 21ᵇ—22ᵇ Expositio orationis dominicae.

f. 22ᵇ—35ª Notae et excerpta varia theologica.

f. 35ᵇ—59ª **Commentarius in evangelium s. Mathaei.** »Queritur primo, quare dicitur liber generacionis« × »non sine voce disceptacionis generalis.«

f. 59ª—59ᵇ Nota de fato.

f. 60ª—86ª et 91ª **Commentarius in evangelii s. Johannis capita I—XIII.** (sub titulo: Notabilia super evangelium Johannis).

f. 86ᵇ—87ᵇ **Sermo in honorem s. Thomae de Aquino.**

f. 87ᵇ—89ª Quaestiones de peccato veniali.

f. 89ᵇ—91ª **»Sermo ad clerum contra perversos prelatos in cena domini.«** »In finem dilexit eos. Verbum propositum.«

f. 92ª—94ᵇ **Sermones duo.**

f. 95ª—149ª (anepigr.) **Auctoritates theologicae ordine alphabeti digestae** (Avaritia — Zelus).

f. 149ᵇ—154ª (anepigr.) **Catalogus librorum b. Dionysii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii, Isidori, Hilarii, Bernhardi, Chrysostomi, nec non Rabani, Prosperi, Richardi et Hugonis de S. Victore, Boethii, Senecae, Tullii, Alcuini, Alani, diversorum.**

f. 154ª—167ᵇ **Vita et miracula b. Mariae virginis.**

f. 167ᵇ **Léky proti zimici a »mast na ciestu«.**

f. 168ª—184ᵇ (anepigr.) **Tractatus tripartitus 1) de decimis et de voto, 2) de 7 sacramentis, 3) de symonia, usuris et rapinis.** »Hoc opusculum in tres partes dividitur« × »nisi ubi timetur exemplum malum. Explicit penitencia.«

f. 184ᵇ—185ª »Sequitur questio circa illum librum.«

f. 185ᵇ—203ª Notae variae, imprimis de dignitate sacerdotum et de officio missae. (In his notis atque in tractatu praecedenti passim occurrunt iocosae rubricae bohem., quas edidi in »Rozpravy filolog. Gebauerovi věnované«).

f. 203ᵇ—213ª (anepigr.) **Tractatus de sacramentis.** »Septem sunt sacramenta« × »tercia ad celestes animas.«

f. 213ᵇ—216ᵇ (anepigr.) **Tractatus de arborum cultura.** »Mense Novembri locis calidis« × »serenda est ergo caleis vel cacuminibus« (cetera desunt).

f. 217ª—225ᵇ **Regula s. Francisci.** »Incipit prologus in constituciones generales. Quoniam, ut ait sapiens« × »Iste sunt constituciones et statuta ordinata Lugduni . . . a. d. 1351. Expliciunt constituciones generales.«

f. 226ª—226ᵇ **Ordinationes capituli Franciscanorum celebrati in Olomucz a. 1353** (nescio an integrae).

f. 227ª—264ᵇ (anepigr.) **Tractatus** (initio mancus, incipit enim a cap. II, sed secundum initium tertiae partis in f. 254ª pertractans) **de tribus donis scil. timoris, pietatis, scientiae.**

f. 266ª—279ᵇ Notae variae theologicae (de confessione, peccatis etc. — in fine mancae).

f. 280ª—287ᵇ **Sermo super Hagg. 2 Movebo celum.** In fine: »Primum membrum istius sermonis predicare poteris in prima dominica adventus, secundum in dedicacione, tercium de confessoribus, quartum . . in secunda dom. adventus« . . . .

f. 287ᵇ—305ᵇ **Sermones varii.**

Operculis adligata sunt fragmenta membr. instrumenti publ. notar. Georgii nati olim Frowini de Tusta a. 1402 conscripti, quo Martinus Thomae de Dobrzano clericus Prag. dioec. plebanus ecclesiae Omnium Sanctorum in . . . (?) declaratur. Vetus sign. C, 6.

763 *IV. G. 31.* (*Y. I. 1. n. 77.*)

chart. saec. XV ff. 116 num., 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—77ª **Roberti Lincolniensis episcopi Epistolae 61.** »Epist. prima . . . Dilecto sibi in Chr. mag. Ade Ruffo« × »Et sic est finis epistolarum in spe beati R. ep. L.« (Enumerantur Balbini Boh. docta III, 86.)

f. 77ᵇ—79ª **Epistola Luciperi** (sic) **ad filios superbiae, praecipue modernae ecclesiae principes.** »Rex superbie scribit suis filiis.« **(Henrici de Hassia?)**

f. 79ᵇ—87ª **Roberti Lincolniensis episcopi Scriptum Innocentio papae IV a. 1250 apud Lugdunum traditum praecedente nota historica.**

f. 87ᵇ—90ª **S. Augustini Liber de contemptu mundi.** »Audite fratres karissimi« × »unus deus in s. s. A.«

f. 90ᵇ—91ᵇ **Eiusdem** Admonitio »quantum ad inhesionem continuam leccionis et dei precepti« (= **Sermo 56 ad fratres in eremo).** × »Hoc Augustini scriptum tu clerice lege, Dic quoque ceteris, quoniam est utile.«

f. 92ª **Vita b. virginis.** »Didicit dei genitrix« × »Hoc de operibus b. virginis M. in hac vita Innocencius et secundum aliquos Leo papa.«

f. 92ᵇ—96ᵇ **B. Ambrosii Pastorale.** »Non iam ad subditum locor wlgus« × »Finitur pastorale Ambrosii et incipit pastorale Bernhardi.« Hoc vero desideratur multis fol. sequentibus evulsis.

f. 97ª—114ª **Quaestiones de novissimo iudicio.** »Ideo non resurgunt impii in iudicio« × »ut nos custodiat a tali separacione Amen« (Auctor f. 103ᵇ invehitur in quendam praedicantem Pragae et Viennae, et se ipsum olim Pragae praedicasse confitetur).

f. 114ª—115ª Notae variae (ex. gr. de 7 filiabus diaboli).

f. 115ᵇ—116ª **B. Isidori Hispalensis Norma vivendi.** »Age fili ut oportet« × »nec martirio expiatur« (finis deesse videtur).

Vetus sign. libr. Carol. A, 6, K.

764 *IV. G. 32.* (*Y. I. 1. n. 44.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 302 num., 21 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—36ᵇ (anepigr.) **Expositio symboli apostolorum.** »Credo in deum patrem« × »ad sedes sidereas transferentur.«

f. 36ᵇ—48ª **Expositio decalogi (Henrici de Firmaria).** »Secuntur decem precepta levitici. Audi Israel precepta domini« × »quem sponsus libenter visitat.«

f. 49ª—109ª **Compendium salutis.** »Dudum carissime mi Petre« × »perpetuo valeamus laudare, quod nobis etc.«

f. 109ᵇ—110ª **Martini papae V. Bulla de minoribus poenitentiariis** data »Geben (= Genevae) XII. kal. Aug. pontificatus anno primo«. (1418).

f. 110ᵇ—111ᵇ »In die pasche introductorium« (sermonis).

f. 112ª—117ᵇ **Informatio pro confessoribus.** »Nota primo, quod confessio debet esse simplex« × »Explicit utilis pro confessoribus informacio.«

f. 117ᵇ—118ᵇ Anshelmi et Augustini »Consilia circa hominem moriturum.«

f. 118ᵇ—120ᵇ Expositio orationis dominicae. »In scripturis sacris invenitur« × »presenti preterito et futuro. Inde eripiat nos dom. noster J. Chr. qui etc.«

f. 120ᵇ »**Dies periculosi in quolibet anno** sunt 32« etc.

f. 121ª—132ᵇ et 186ª—194ª (anepigr.) Evangelia dominicalia et festivalia per circulum anni succincte perstricta. »Notulis inscriptis omnium evangeliorum« × »ementes et vendentes, ut dicitur in evangelio«.

f. 133ª—142ª **Richardi doctoris (Praemonstratensis) Tractatus super Canonem.** »In virtute sancte crucis« × »Expl. tract. R. doctoris reverendi super canonem finitus a. d. **1425** in octava Dorothee virginis per manus **Nicolai iudicis** circa meridiem.«

f. 142ª—146ᵇ »Incipit **Sacer Canon.** Quoniam sacer canon quo in consecracione« × »Explicit . . (lacuna evulsione facta) Dy feygen seyn den gebawern« . . . Versus sequentes eundem **Nicolaum** scribam indicant.

f. 147ª—160ª **Richardi (de S. Victore) Liber de clavibus ecclesiae.** »Quodcunque ligaveris« × »cui non imputavit dominus peccatum.«

f. 160ª—185ᵇ »**Tractatus super canonem** bonus.« »Studiose fratrum dileccioni« × »in regno celorum Amen.« Folia aliquot, quae olim sequebantur, evulsa sunt.

f. 186ª—194ª vide supra.

f. 195ª—221ᵇ **(Thomae de Aquino) Expositio Cantici canticorum.** »Salomon inspiratus« × »sumus deo in omni loco. Expliciunt cantica canticorum satis bona.«

f. 222ª—268ᵇ (anepigr.) **Sermones varii.**

f. 269ª—294ᵇ **(Matthaei de Cracovia) Tractatus de confessione.** »Quoniam fundamentum« × »amplius noli peccare. Explicit generalis confessio.«

f. 294ᵇ—299ª »**Glossa super Magnificat.**«

f. 299ª—302ᵇ »**Glossa super Benedictus**« in fine manca.

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum actorum quorundam iudicialium saec. XIV—XV.

765 *IV. H. 1.*

chart. a. 1715 ff. 171 (pag. 343), 20×17 cm. 1 m.

Petri Canisii S. J. Catechismus catholicus opera et studio P. Jacobi des Hayes Leodii apud Guil. Henr. Streel **a. 1682 editus, nunc vero** (cf. pag. 5) **Pragae a. 1715 exscriptis Commentariis P. Stephani Menochii** (Antwerpiae 1679 editis) **illustratus.**

Indicem operis vide in operculo super. verso. In fronte fol. 1ª haec nota occurrit: »Bibliothecae coll. S. J. ad S. Clementem maioris.«

766 *IV. H. 2.* (*Y. I. 1. n. 49.*)

chart. saec. XV ff. 161 num., 21×15·5 cm. d. m.

f. 1ª—50ᵇ **B. Hieronymi Expositio super Ecclesiasten.** »Verba Ecclesiastes filii David« × »laudetur excelsus deus. Finitum est hoc a. d. 14 . . (lacuna ex scissura) octavum tribus diebus in illa syllaba me etc.«

f. 51ª—64ᵇ (anepigr.) **Dialogus de vanitate mundi.** »O munde immunde« × »interrogaciones tue inicium sumant etc. Finis est libelli fer. II post invoca.« (Opus hoc in veteri catalogo Hugoni attribuitur.)

f. 64ᵇ—67ª **L. Annaei Senecae Liber de moribus.** »Omne peccatum accio voluntaria est« × »quam que aspera.«

f. 68ª—95ª **Anselmi Cantuariensis** »**Pustilla super psalmum Miserere.**« »Fortissime deus« × »Explicit pustilla super psalmum Miserere Anselmi Cantuariensis scripta per manus cuiusdam a. d. **1412.**«

f. 95ᵇ—101ª **Expositio orationis dominicae.** »Pater noster etc. O immensa clemencia« × »Expl. expos. Pat. nost.«

f. 101ᵇ—106ª **Expositio orationis »Salve regina«.**

f. 106ª—109ᵇ »**Bernardus (Claraevall.) super Ave Maria.**« »Tibi domine deus gracias« × »que fuit matris et filii« (Opus mancum, nam rubricator addit: O utinam finivisses.)

f. 110ª—124ª **Mag. Jacobi Parisiensis Solutio quaestionis, utrum viris ecclesiasticis liceat aliquid possidere.** (Inscriptio:) »Mag. Jacobus (sequentia rubricator addidit) Parisiensis postquam venit Pragam ambasiator regis Francie, invitatus est per Hus et alios Wiclefistas, cui subscriptam questionem proposuerunt. (atram.) Inter alia disputata ex tempore« × »aggregare queso dignare Amen.« (Quaestio haec in cod. Vindobon. 4933 Johanni Stokes attribuitur.)

f. 125ª—136ª (anepigr.) **Quaestio, »utrum de necessitate salutis sit hominem confiteri solis presbyteris«, soluta adversus doctrinam Waldensium.** »Utrum etc. (ut supra) omnia sua peccata tam mortalia quam venialia« × »si in hoc mundo non fuerit deletum. Ista sufficiant.« (Opus videtur esse autographum; sed discrepat ab homonyma quaestione, quae in cod. IV. H. 7 et VIII. F. 2 attribuitur M. Stephano Palecz.)

f. 137ª—161ᵇ (anepigr.) **Quaestiones theologicae variae** (utrum omnes creaturae ad sui permanentiam immediate indigeant a deo conservari; de fato; utrum deus mundum hunc potest vel potuit aliter ordinare; an deus sit unicus creator; de peccatis etc. etc.) (Etiam hae quaestiones autographae esse videntur.)

767 *IV. H. 3.* (*Y. III. 4. n. 66.*)

chart. saec. XIV in. ff. 59, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1a—51b **Sermones dominicales ab adventu usque ad quadragesimam.** (Collectio in fine manca.)

f. 52a—59b Excerpta de sermonibus s. Augustini, Bernardi, Bedae, Anselmi.

Titulus in fol. praeligato evulsione mutilatus hic est: »**Subcappa super ewangelia** et . . . ginis pulchra« (cf. collectionem sermonum, quae vocatur Cappa aurea). Literae gratiarum papales codicem cooperientes concernunt »Nicolaum Wissemiri de Czrnicz clericum Prag. dioc. magistrum in artibus.« In operculo super. haec nota saec. XV occurrit radendo paululum laesa: »Istum librum . . . lego Jeronimo presbitero in Mylyczyn« (?) Vetus sign. F. 22.

768 *IV. H. 4.* (*Y. I. 1. n. 90.*)

chart. saec. XV ex. ff. 239 num., 21 × 15·5 cm. 1 m.

f. 1a—52a **Prosperi (Aquitani) De contemplativa vita libri tres** (Opus supposititium, cuius auctor est **Julianus Pomerius**).

f. 52b—239a **Anselmi Cantuariensis opuscula: Monologion** (52a—81a), **Prosologion** (81a—89b), **de libertate arbitrii** (90a—97b), **de casu angeli** (97b—114a), **de concordia praescientiae et praedestinationis et gratiae dei cum libero arbitrio** (114b—130a), **de incarnatione verbi** (130a—140b), **Cur deus homo** (140b—172a), **de conceptu virginali** (172a—185a), **de similitudinibus** (185b—228b), **de mensuratione crucis** (229a—234a), **de reparatione lapsi** (234a—239a).

In fine opusculi de similitudinibus scriba annotavit: »Finit fr. A. feliciter.«

769 *IV. H. 5.* (*Y. II. 4. n. 66.*)

chart. a. 1384 ff. 119, 21·5 × 14 cm., 1 m.

f. 1a—101a **Mag. Conradi Soltow Argumenta veteris artis** (= super Porphyrium, Aristotelis Praedicamenta, Perihermenias libros). »Circa inicium veteris artis primo potest queri« × »Expliciunt argumenta veteris artis rever. mag. Soltonis finita a. d. **1384** sabbato ante carnisprivium **in castro Seberg** in lucerna per manus **Johannis Swidnicz** Amen.« Sequuntur versus iocosi et lamentationes bibuli scribae.

f. 101b—119b **Positiones philosophicae.** »Utrum ad inpossibile sequatur quodlibet« × »Expliciunt posiciones finite in die cinerum a. d. **1384** in vigilia b. Mathie.«

In fol. ultimo non num. inter lusus calami haec nota atramento illita occurrit: »Domińus Ptaczko . . . mortuus est a. d. 1472 ista septimana post Andree, Andree vero fuit secunda feria.« Intrinsecus operculi super. notatur manu saec. XV possessor: »Mri Sy. Rokycana.« Vetus sign. G, 27.

770 *IV. H. 6.* (*Y. I. 2. n. 36.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 164 num. (recte 166), 21·5 × 15·5 cm. 2 m.

f. 1a—39a (anepigr.) **Tractatus ad libros Aristotelis introductorius cum commentario interlineari et marginali.** (Incip. tract.:) »Natura est principium et causa« (incip. comment.:) »Ex quam pluribus temporum decursibus« × »deo autem nihil est simplicius.«

f. 39b—43a **Tractatus de terminis naturalibus.** »Natura est principium motus et quietis« × »Et sic est finis terminorum naturalium.«

f. 44a—80a **Expositiones tractatus s. Thomae de Aquino de esse et essentia sive de ente et essentia.** »Dilectis in Cristo fratribus et consociis B M frater N salutem . . . Quia parvs error« × »Expliciunt exposiciones« (etc. ut supra).

f. 80a—80b/b »Tituli eorum, que tanguntur in hoc (scil. s. Thomae) libro.«

f. 81a—95a (initium deest aliquot foliis evulsis.) **Dicta (vel Lectura, ut habet index) super Physiognomiam Aristotelis.** »Quoniam et anime sequuntur« × »Expliciunt dicta« (etc. ut supra).

f. 95b—113a **Quaestiones super Physiognomiam Aristotelis.** »Sicut dicit philosophus primo rethorice« × »Expliciunt questiones super physionomiam.«

f. 113a—115b **Quaestiones super Aristotelis librum de longitudine et brevitate vitae.** »Queritur, utrum vita principaliter sit in corde« × »Expl. quest.« etc. u. s. f. 116 vacuum est.

f. 117a—123b (anepigr.) **Tractatus de principiis scientiarum.** »Sicut scribitur in secundo libro Ecclesiastes« × »semper regeret eundem casum, quod falsum est ergo etc.«

f. 124a—164a (anepigr.) **Quaestiones grammaticae.** »Quoniam oracio est congrua ordinacio« × »concomitancia in cursu vel in aliquibus. Amen.«

Has quaestiones praecedit in 2 ff. non num. »registrum super tractatulo sequenti non terminato«, ordine alphabetico digestum. In operculo super. intrinsecus annotatus est index opusculorum, quem secuti sumus, quoad legi potest.

771 *IV. H. 7.* (*Y. I. 1. n. 52.*)

chart. saec. XV ff. 212 num., 21 × 15·5 cm. d. m.

f. 1a—8a **M. Johannis Hus Tractatus de corpore Christi.** »Impugnantibus verba« × »Et sic est finis huius sermonis (sic) editi per vener. M. Joh. Huss.« (edit. Norimberg. f. 163—167.)

f. 8b—10a **(Stephani) Palecz Quaestio, »utrum potestas clavium ecclesiae extendit se ad remissionem poenae et culpae.** Arguitur sic« × »questio . . . est vera.«

f. 10a—12b **(Eiusdem) Quaestio, »utrum de necessitate salutis sit hominem confiteri solis presbyteris sua peccata tam mortalia quam venialia«** — carens fine.

f. 13a—30a **(Johannis Wiclif) Tractatus de quatuor sectis novellis.** (W. Streitschriften ed. Buddensieg, S. 241.)

f. 31a—42a **(Eiusdem) Tractatus de triplici vinculo amoris.** (Ibidem p. 161.)

f. 42a—43b (anepigr.) Epistola ad Paulinum. »Obsecro te, Pauline carissime« × »laus non bonorum.«

f. 43b—48b **(Johannis Wiclif) Scriptum de concordatione fratrum cum secta simplici Christi** (edid. Buddensieg l. c. p. 88 sub titulo: de ordinatione fratrum).

f. 49a—55b **(Eiusdem) Tractatus de fide catholica** inicio carens. »Papa Johannes XXII« × »Christi et dyaboli stabilire.«

f. 55b—56b (anepigr.) Epistola ad Paulinum (eadem atque f. 42a).

f. 57a—57b Excerpta synodicarum Gregorii papae.

f. 58a—80a **(Johannis Wiclif) Expositio super XXIII cap. Matthaei.** »Cum sapiencia dei patris« × »pena in istis perfidis sine fine.«

f. 81a—92b **(Eiusdem) Tractatus de perfectione statuum.** (Edid. Buddensieg l. c. p. 449.)

f. 93a—98a **(Eiusdem) Tractatus de confessione sive eucharistia et poenitentia.** »Duo sunt sacramenta« × »constancius confiteri. Expl. tr. de confessione.« (Ed. Loserth in J. W. tract. de eucharistia, London 1892 p. 327.)

f. 98b—102b **(Eiusdem) Tractatus de condempnatione 19 conclusionum.** »Cum secundum apostolum« × »in evangelica paupertate.«

f. 103a - 116a **(Eiusdem) Expositio super XXIV cap. Matthaei** (pars Operis evangelici). »Quia evangelium istud« × »melius intellecta. Expl. exposicio textus etc.«

f. 117a—156b (anepigr.) **Tractatus de peccatis** (carens initio). »Similiter et hii, qui carnem suam« × »pluribus amiculis indigere.«

f. 157a—171b **S. Augustini Sermones aliquot.**

f. 172a—176b **Johannis Hus Tractatus de adoratione imaginum.** »Utrum pura creatura« × »Hec honor. vir M. Johannes Hus magister arcium nec non baccalaureus sacre theologie formatus de adoracione ymaginum scripsit.« (Edit. Norimb. II, 340.)

f. 177a—178b (anepigr.) **(Eiusdem) Quaestio, »utrum in transsubstantiatione panis in corpus Christi incipiat esse corpus Christi.«** × quia non convenit hoc iusticie dei. Et sic est finis.«

f. 178b—179a (anepigr.) **Quaestio »utrum pollucio nocturnalis impediat eukaristie sumpcionem«** × »nisi necessitas urget.«

f. 179b—194a (anepigr.) **Sermo synodalis** super »Renovamini spiritu mentis vestre«. »In hac venerabili sanctaque synodo evangelisaturus« × »immarcescibilis glorie, cuius glorie participes nos efficiat J. Chr.« etc

f. 194b—212b (anepigr.) **Bernardi Claraevallensis Tractatus de conscientia.** »Domus hec, in qua habitamus« × »quando, quomodo vel ubi nescire etc. Et sic est finis Alleluia.«

Utrique operculo adligata sunt fragmenta chart. actorum iudicii ecclesiastici archiepiscop. Prag. (ed. Tadra, Soudní akta VII, 224). Vetus sign. B, 4°

772 *IV. H. 8.* (*Y. I. 1. n. 51.*)

chart. a. 1410 ff. 190 num., 21×15·5 cm. 1 m.

Rabani Mauri Commentarius in Ecclesiasticum. Excerptum ex eodem per fr. Martinum.

f. 1a (rubr.:) »Excerpta Rabani super ecclesiasticum (Atram.:) Omnis sapiencia a domino deo est« × f. 190a »que erant mundicia virtutum. Explicit excerptum ex dictis Rabani super ecclesiasticum a. d. **1410** in vigilia assumpcionis s. Marie per **F. Martinum.**« Opus hoc praecedit registrum alphabeticum in 6 fol. non num.

Utrique operculo adligata sunt fol. membr. codicis liturgici saec. XIV.

773 *IV. H. 9.* (*Y. II. 5. n. 33.*)

chart. saec. XV ff. 262 num., 21×16 cm. d. m.

f. 1a—52b (anepigr.) **Johannis Wiclif Tractatus de universalibus.** »Libellus de universalibus continet 15 capitula . . . cap. I. Impugnando errores« × »aperit aggressurus . . . et finis est istius tractatus«. (Cf. Shirley p. 3.)

f. 52b—73b (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de materia et forma.** »Cum materia et forma« × »aliquam essenciam preter deum, qui sit bened. in s. s.«

f. 73b—93a **(Eiusdem) Tractatus de compositione hominis.** »Tria movent me tractare« × »et alibi satis sepe. Finis hic est.«

f. 93b—94b Notae philosophicae (logicales).

f. 94a (sic)—113b **(Eiusdem) Tractatus de tempore.** »Cap. primum. Supponendo tempus esse« × »oracionis sufragium etc.« Sequuntur 4 ff. non num., in quibus sunt variae notae philosophicae (»ad probandum univers. realia«).

f. 114a—130b **(Eiusdem) Tractatus de ideis.** »Tractando de ydeis« × »ydeam propriam in deo. Et sic est finis huius tractatuli, ut videtur.«

f. 130b—137a **Thomae (de Aquino) Tractatus de entium quiditate.** »Cum parvus error« × »Explicit tractatus Thome de encium quiditate.«

f. 137b—137Ba (n. n.) Saec. XV. (anepigr.) **Mhd. Gebet nach der Communion.** Anfang: »Heliger gotes leichnam, ich sag dier lob vnd genad.«

f. 138a—192b **Tractatus »contra universalia realia in termino et intencione.«** »Probleuma correspondens libello Porphyrii« × »finalis responsio. O piissima entitas et increata, que omnibus das vivere, miserere mihi peccatori.« (Ut docent notae marginales, contra Occam et Wiclif scriptus.)

f. 192b + 7 ff. n. n. Index alphabeticus operis praecedentis, in cuius fine: »Scriptorem lauda, dabitur tibi a bove cauda.«

f. 193b - 258b (anepigr.) **(Johannis Wiclif?) Tractatus de universalibus.** »Cum multis in philosophia« × »subiacet sue regie maiestatis (sic). Et sic est finis huius operis.« (Cf. Shirley p. 4, sed in cod. VIII. E. 11 f. 145a opus hoc **M. Stanislao de Znojma** attribuitur.)

f. 258b—259a De tribus modis respondendi.

f. 259b—262b **Modus solvendi insolubilia secundum M. Joh. Wiclif.** »Insolubilia pulchra. Quia inter casus loycales« × »Explicit quidam modus s. ins. s. M. J. Wyclyff doctorem veritatis evangelice, cuius anime propicietur deus Amen. Sic inveni explicit in exemplari in antiquo« (sic).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis grammat. saec. XIV., quorum in altero haec est nota: »Wenceslaus sacerdos noster mortuus est sexta fer. post octavam horam noctis post festum s. Egidii a. d. 1437.« Item in fol chart. praeligato annotata est formula »Posicio auri super pergamenum«. Vetus sign. E, VIII.

774 *IV. H. 10.*

chart. saec. XIV—XV ff. 201, 20·5 × 14·5 cm. 1 m.

f. 1a—175b **Revelationum b. Brigidae libri III et IV.**

f. 176a—201b (immixtis fol. membran.) »Sermo angelicus de excellencia b. virginis, quem angelus dictavit b. Byrgitte ex precepto dei et ipsa ex eodem precepto devote conscripsit, qui debet legi in matutinis divisim per ferias ebdomade per totum anni circulum« × »Expliciunt lecciones gloriose virginis Marie dictate per angelum sponse Christi b. Byrgitte.« (Haec rubric. subscriptio evellendo laesa est.)

775 *IV. H. 11.* (*Y. II. 4. n. 58.*)

chart. a. 1405 et 1397 ff. 187 num., 21 × 15 cm. 2 m.

f. 1a—115b **(Humberti ord. praed.) Liber eruditionis religiosorum.** »Incipit prologus . . Erudire Jerusalem« × »Explicit l. e. r. finitus a. d. **1405** in vigil. s. Anthonii conf.«

f. 116a—117a **S. Augustini Sermo de continentia.**

f. 117b—118a Nota de yle (= hyle, materia primordialis).

f. 118b—122a **B. Bernardi Claraevallensis Tractatus de exercitio spirituali.** »Cum quadam die« × »Explicit tractatus de ex. spir. b. Bernardi.«

f. 123a—141b **Eiusdem Meditationes.** »Multi multa sciunt« × Expliciunt med. b. B.«

f. 142a—184a **Fr. David (de Augusta) Candidatus de profectione religiosorum.** »Profectus religiosi septem distingwtur« × »Explicit candidatus de profeccione fratribus datus a fratre quodam David nomine compilatus. Finitus quarta feria in octava s. Procopii ante festum s. Margarethe sub a. d. **1397.**«

f. 185a—187b **(Hugonis de S. Victore) Soliloquium de arra animae.** »Loquar de secreto anime mee« × »et diuturnior facta es iterum« (cetera desiderantur). (Manus recentior inscripsit auctorem S. Augustinum).

Operculo super. adligatum est fol. membr. codicis grammatici saec. XIV, inferiori fragmentum cuiusdam libri liturgici saec. XIII—XIV neumis instr. Vetus sign. K, 1°.

776 *IV. H. 12.* (*Y. III. 1. n. 2.*)

chart. saec. XVI ff. 198, 20·5 × 14·5 cm. d. m.

Antiphonarium notis musicis instructum.

F. 28a et 88b—90a etiam cantiones bohemicae occurrunt. Inter ff. 148 et 149 maior lacuna est aliquot foliis evulsis, in quibus — absolutis cantionibus de s. Procopio — cantiones de Johanne Hus fuisse videntur. In operculo infer. occurrit nomen: »Georgius Sorgnis«.

777 *IV. H. 13.* (*Y. II. 6. n. 8.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 196 num., 19·5 × 14·5 cm. 1 m.

f. 1a—172b **Raymundi de Pennaforti, fr. ord. praed., Summa de poenitentia.** »Quoniam ut ait Yeronymus« × »venite benedicti patris mei etc.«

f. 173a—196b **Eiusdem Summa matrimonii.** »Quoniam in foro penitenciali« × »perdit, sicut ibi dicitur. Explicit summa matrimonii fr. Reimondi de ord. fr. pred.«

Toti codici insunt frequentes notae marginales aevi paululum recentioris. Index rerum alphabeticus exaratus est in fol. operculis adligatis nec non in membrana operculo super. adglutinata. Codicem recens. Schulte, Canon. Hndsch. p. 50.

778 *IV. H. 14.* (*Y. I. 1. n. 19.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 189 num., 20·5 × 15 cm. d. m.

f. 0b + 1—176b **Quaestiones super IV. libro Sententiarum in fine mancae.** »Unguentarius faciet pigmentaria suavitatis« × »indivisibilem unionem« (cetera desiderabantur iam saec. XV, ut titulus operculo adglutinatus docet).

f. 178a—189b **Fr. Burchardi de Monte Syon Descriptio terrae sanctae.** »Dilectissimo . . . Fr. Burgk. lectori . . in Meydeburk« × »ubi dominus in sepulcrum positus est.«

In operc. super. haec nota saec. XV occurrit: »Rever. patri fratri Theoderico custodi Lythomyrycensy dandum.« Vetus sign. M, 66.

779 *IV. H. 15.* (*Y. I. 1. n. 59.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 172 num., 21 × 15 cm. 1 m.

Psalterium cum notis interlinearibus latinis et glossis bohemicis, carens initio et fine.

Libro huic (sign. B 3—8) et alii bibliorum loci consimiliter notis et glossis instructi sunt inserti; item f. B 8 versio bohemica partis passionis, quae legitur in die palmarum (Matth. 26) (= **Část pašijí čítaných v neděli květnou**). Vetus sign. S, 25.

780 *IV. H. 16.* (*Y. I. 1 n. 81.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1387) ff. 188 num. 21 × 15 cm. d. m.

f. 1a—8a **Quaestiones theologicae variae** (Prima **Thomae de Aquino** »**Quomodo et in quibus homo deo potest adherere**«).

f. 8a—17a **S. Augustini Meditationes.** »Vigili cura« × »Expliciunt meditaciones sive contemplaciones b. Aug. finite a. d. **1387.**«

f. 17a—21a **S. Bernardi (Claraevallensis) Liber de templo spirituali** qualiter debeat aedificari. »Domus hec, in qua habitamus« × »Explicit tractatus b. Bernhardi de templo spirituali finitus a. prescripto in die s. Ypoliti mart.«

f. 21b—42a **S. Augustini Soliloquia.** »Cognoscam te domine« × »Expl. solliloquiorum Augustini.« Sequitur registrum eorundem.

f. 42a—48b **S. Augustini Libellus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamavit« × »Explicit libellus etc. finitus fer. IV ante octavam assumpcionis b. virginis.«

f. 49a—51a **B. Bernardi (Claraevall.) Scala (claustralium).** »Cum quadam die« × »trahebar invitus. Explicit iste libellus b. Bernhardi.«

f. 51a—52a **B. Augustini Expositio symboli.**

f. 52a—53a **Eiusdem Homilia de symbolo et de omnipotentia patris.**

f. 53a—58a (rubr.:) »De fide summe trinitatis incipit **liber Augustini de ecclesiasticis dogmatibus.** Alii dicunt, quod est Gymnasii.« (atram.) »Credimus unum deum esse« × »in moribus invenire.«

f. 58a—66b **B. Augustini Manuale.** »Quoniam in medio laqueorum« × »occupacione delectari.«

f. 66b—84b **Odonis Tractatus de poenitentia.** »Penitenciam agite« × »perpetue gaudebunt. Quod nobis etc.«

f. 85a—112a **B. Eusebii ad b. Damasum . . . Epistola de morte gloriosissimi Hieronymi doctoris.**

f. 112a—132b »**Diverse auctoritates doctorum ad diversas materias applicabiles.**« (Insunt excerpta ex libris Augustini, Cyrilli, Chrysostomi.)

f. 133a—175a **Richardi de S. Victore Liber** »**de contemplacione** Benyamyn et Aaron« (sic). »Benyamyn adolescentulus in mentis excessu« × »Et hec dicta de contemplacione sufficiant.«

f. 175a—188b **Eiusdem Liber super visione Danielis prophetae de quatuor bestiis marinis.** (Post registrum:) »Videbam in visione mea« × »regnum peccati destituitur.«

Vetus sign. libr. Carol. R, 26, K.

781 *IV. H. 17.* (*Y. II. 4. n. 41.*)

chart. saec. XV ff. 213 num., quorum ff. 122—144 evulsa sunt, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1a—52b **Stephani Palecz Tractatus Antihus nominatus.** »Jesu Christi servus et sue legis discipulus« × »ut exponit Gracianus et habetur I q. 1 ubi supra Notum« (cetera desiderantur). Arengam edid. Ungar in Balbini Boh. docta III, 94.

f. 53a—57b **M. Henrici Token** »**Intencio super communione,** quam submittit correccioni et emendacioni s. synodi Basiliensis«. »I. n. d. n. J. Chr. Amen. Salva semper determinacione« × »non ad sumentem laicum.«

f. 57b—60a »Sequitur alterius cuiusdam **intencio de eadem materia dom. Nicolai** de Cosa (= **Cusani**) decretorum doctoris decani s. Floreni in Confluencia. Quod autem sumere corpus Christi« × »quod dicitur per mag. Johannem . . . Rokyczana, non est aliquo modo persuasibile nec credibile nec verum« (hic finis cultro laesus est).

f. 61—64 vacua sunt.

f. 65a—67a (rubrica avulsa) **Articuli quatuor Pragenses.** »Primo quod verbum dei« × »parati sumus exibere. Datum a. d. 1420. Finis articulorum Wicleffistarum et Hussitarum heresiarcharum.« (Exemplar notis marginalibus polemicis instructum.)

f. 67a—89b (rubrica laesa) **Tractatus de portis inferi (Stephani Páleč).** »Porte inferi non prevalebunt« × »Isti articuli supra scripti Wikleffistarum et Hussitarum sunt presentati . . . regi Polonie et magno duci Litwanie, contra quos iste tractatulus est compilatus.« Sequitur subscriptio et notificatio articulorum per capitaneos etc. Pragenses. (Cf. Bidlo ČČM. 1895 p. 450.)

f. 90a—117a (anepigr.) **Tractatus adversus communionem sub utraque specie.** »De sumpcione venerabilis« × »contrario more subverti etc.«

f. 117b—121a (anepigr.) **Determinatio quaestionis contra utriusque speciei communionem.** »Ante omnia quicquid dicam« × »et omnia inveniet etc.«

f. 122—144 evulsa sunt. Ut docet tabula, hic erat »Tractatulus conscriptus per quendam Wylhelmum Torp anglicum incarcerati (sic), in quo continentur responsiones sue ad interrogata per presulem et doctores facta.«

f. 145a—146b »**Friderici (II.) imper. Querimonia super deposicione sua** contra papam et cardinales.« »Collegerunt pontifices« × »destruens cornua superborum.«

f. 147a—148b »Reversalis a papa ad imperatorem.« »Convenerunt adversus papam« × »divinitus cantilenas.«

f. 149a—150a »**Fridericus (II.) regibus et principibus mundi, ut non obediant pape** et cardinalibus, eoquod sunt christianorum elemosinis inpingwati.«

f. 150a—150b »**Fridericus magistro iusticiario regni Sicilie, ut procedat contra clericos non celebrantes tempore interdicti.**«

f. 150b—151b »**Fridericus. Invectiva ad cardinales cum increpacione, quia non creant summum pontificem.**«

f. 151b—153a (anepigr.) »**Alia epistola contra cardinales**«. »In exordio nascentis mundi« × »cesareas inferat ulciones.«

f. 153b—155b (anepigr.) **Petri Blesensis Epistola ad quendam cardinalem,** incipiens: »O curas hominum.«

f. 157a—162b **Tractatus de modo habendi imagines sive de modo eas venerandi.** »Cum nonnulli impii« × »ipsum deum honoramus, qui est benedictus i. s. s. A.«

f. 169ᵃ—175ᵇ (anepigr.) »Auctoritates sanctorum pro imaginibus habendis.«

f. 178ᵃ—179ᵇ »Auctoritates sanctorum pro oblacionibus.«

f. 181ᵃ—183ᵇ et 188ᵃ—189ᵇ (anepigr.) **Tractatus de officio sacerdotali.** »Sapiencia verbi incarnati« × »misterii magnitudo.«

f. 192ᵃ—204ᵇ **Petri dicti Czendat Auctoritates contra parvulorum communionem.** »Opusculo in presenti« × »Auctoritates hee contra p. c. collecte sunt per Petrum presbyterum capellanumque nobilis dom. Czenkonis de Wessele alias de Wartemberg, qui quidem pro cognomento dicitur Czendat.« (Subscriptio haec cultro laesa est; cf. Tomek Děj. Prahy IV. 275).

f. 205ᵃ—213ᵇ **Forma inquisitionis concilii Constantiensis cum responsionibus.** »Primo qui est infamatus« × »hic propter brevitatem obmissis.«

In operculo super. intrinsecus annotata est tabula contentorum, quam et nos, ubi inscriptio deerat, secuti sumus. Folia in describendo a nobis omissa vacua sunt. Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. instrumenti publici notarii, qui cuidam plenam et liberam potestatem contra Conradum archiepiscopum Pragensem datam esse recognoscit. Codex hic olim erat collegii nationis bohemicae signatus P 22 (Loserth, Aelt. Kat. in Mitth. d. Inst. f. ö. G. XI, 313).

782 *IV. H. 18.* (*Y. II. 4. n. 48.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 199 num., 21×15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—41ᵃ (anepigr.) **Martini minoritae Flores temporum sive Chronicon imperatorum et pontificum usque ad imperium Caroli IV.** »Prima etas duravit ab Adam« × »diebusque ebulit.« (In veteri catalogo nostro opus perperam attribuitur Martino Polono. Auctor, ut docent verba f. 39ᵇ, paulo post mortem Clementis papae VI (1352) opus suum compilasse videtur. Cf. Pertz Archiv X, 663.)

f. 42ᵃ—158ᵃ **Gregorii papae I Homiliae XL.** »Rever. et sanct. fratri Solerino coepiscopo« × »Expl. omelie b. Gregorii« (Rubrica homiliarum nunc evulsa est, in veteri catalogo sic describitur: »Homiliae Domini P. quondam capellani D. Pichlonis quae praesentatae sunt per M. Georgium«).

f. 158ᵇ—161ᵇ **S. Augustini Liber de essentia divinitatis.** »Omnipotens deus p. et f. et sp. s. unus atque trinus« × f. 158ᵃ: »manifestum demonstrare. Sermo b. Augustini.«

f. 162ᵃ—169ᵇ (anepigr.) **Conflictus vitiorum et virtutum.** »O quam durus, o quam amarus« × »sepius apparet.«

f. 170ᵃ—178ᵇ **Tractatus de observatione sabbati.** »Quia ex divinorum implecione preceptorum« × »augmentum sue glorie, ad quam« etc.

f. 178ᵇ—179ᵃ Auctoritates super eadem materia.

f. 180ᵃ—199ᵇ (anepigr. cum desit initium et finis) **Exorcismi varii** (Quid significet librarii nota in f. 192 »Explicit liber Karoli imperatoris«, ignoramus.)

Operculo super. adligatum est fragmentum instrumenti bohemici de venditione villae Zahorzye saec. XIV—XV (**Zlomek listiny kupní na ves Zahořie**, v níž se jmenují Václav z Mašěva, Jindřich z Wartmberka seděním na Wal(šteině) a Pešík z Činova).

783 *IV. H. 19.* (*Y. I. 1. n. 29.*)

chart. a. 1413 et 1414 ff. 251 num., 21·5×16 cm. 3 m.

f. 1—95ᵃ **M. Johannis Hus Tractatus de ecclesia.** »Cum quilibet viator« × »Expl. tract. de eccles. Mgri Johannis Huss sacre theologie professoris (qua voce deleta alia manus superscripsit: baccalaurei formati) a. d. **1414** proxima fer. VI ante Fabiani.« (Edit. Norimb. f. 196).

f. 96ᵃ—249ᵇ **Eiusdem Commentarius seu lectura super quarto Sententiarum.** »Samaritanus enim« × »potui pervenire. A. d. **1413** currente III fer. post concepcionem b. virginis.«

f. 249ᵇ—251ᵇ Tabula rerum alphabetica, sed iustis numeris carens.

Tractatum de ecclesia praecedit eiusdem registrum in 5 ff. non num. In fol. operculo infer. adligato sunt quaedam formulae medicinales. Vetus sign. E, 9.

784 *IV. H. 20.* (*Y. I. 1. n. 27.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 114 num., 22×15 cm. 1 m.

f. 1—103ᵇ **M. Henrici de Oyta Conclusiones Sententiarum.** »Quoniam velud quatuor flumina« × »compassione moneantur. Et sic est finis huius operis. (rubr.:) Finitus est hic libellus in kathedra Petri et in Krzakow.«

f. 103ᵇ—104ᵇ (anepigr.) **(Eiusdem?) Quaestio, »an concepcio b. virginis debeat celebrari,** et videtur quod non.«

f. 104ᵇ—106ᵃ »Notabile de sacramentis.«

f. 106ᵇ—114ᵃ »Incipit **Tabula Magni Alberti de anima et potenciis eius.** Honorius papa dicit« × »Finita est hec tabula sabbato ante dominicam Oculi.«

f. 114ᵃ—114ᵇ »Nota de decem fructibus alias utilitatibus misse.«

Opus Henrici de Oyta praecedunt 5 ff. non num., in quibus exaratum est registrum. Quorum fol. in quarto haec marginalis nota occurrit: »Iste liber est fratrum Cartusiensium prope Pragam datus per dom. Nicolaum archidiaconum et canonicum ecclesie Pragensis«. In charta operculo infer. adglutinata subscriptus est: »Jeronymus Clarycz a. 1475 dominico ipso die post divisionem apostolorum.«

785 *IV. H. 21.* (*Y. I. 1. n. 28.*)

chart. saec. XV ff. 190, 21·5×16 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—180ᵇ **Petri Lombardi Sententiarum liber I et II dist. 1—31 cum notis marginalibus.**

f. 181ᵇ—190ᵃ Quaestiones super iisdem abscissis particulis foliorum mutilatae.

Operculis adligata sunt fragmenta cuiusdam membran. codicis liturgici saec. XIV. Vetus sign. A, 5.

786 *IV. H. 22.* (*Y. I. 2. n. 68.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 193 num., 22 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—51ª (rubr.) »Incipit **Summa Mgri Bene de octo partibus oracionis.** (atram.) Gerundia dicuntur quasi duo gerencia« × »dieresisque secat.«

f. 51ᵇ—54ª Registrum operis praecedentis.

f. 54ᵇ—65ᵇ **Remigii grammatici Expositio super Donatum minorem.** »Partes oracionis quot sunt« × »Expl. expos. Remigii gloriosi doctoris super Donatum minorem.«

f. 65ᵇ—68ª Registrum operis praecedentis.

f. 68ᵇ—113ª **Hugonis de S. Victore Didascalicon liber.** »Multi sunt quos ipsa natura« × »ydromancia primum a Persis venit. Expl. liber didascalicon mgri Hugonis de S. Victore continens VI libros parciales.«

f. 114ª—193ᵇ (anepigr.) **Tractatus de ortu et partibus philosophiae.** (Rubr.:) »Divisio sciencie, ut accipiatur ista pars, que dicitur philosophia. (atram.:) Scienciarum alia« × »Hec de magicis artibus dicta sufficiant. (Litera init. S huius tractatus picta est; in eadem sedet magister in cathedra docens).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. homiliarii cuiusdam saec. X—XI. Vetus sign. H, 14.

787 *IV. H. 23.* (*Y. I. 1. n. 23.*)

chart. a. 1460 ff. 302 num., 21·5 × 16 cm. 2 m.

Petri Lombardi Sententiarum libri I et II.

f. 146ᵇ »Explicit liber primus a. d. **1460** fer. IV ante Letare.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam grammatici saec. XIV.

788 *IV. H. 24.* (*Y. I. 1. n. 18.*)

chart. saec. XV ff. 90 num., 21 × 15 cm. 1 m.

Miscellanea theologica, quorum haec videntur esse maioris momenti:

f. 1ª—13ᵇ **Liber de praedestinatione et libro vitae** »Parisius reportatus.« »Circa predestinacionem queruntur VIII« × »de quibus est premissum.«

f. 23ª—58ᵇ **Quaestiones de sacramentis veteris et novae legis.**

f. 90ª »Explicit pars theologie«. Ibidem incipit tractatus de Antichristo sic: »De antichristo scire cupientibus«, sed hic non est integer, cum post hoc folium sequentia sint evulsa.

Vetus sign. L, 24.

789 *IV. H. 25.* (*Y. I. 2. n. 20.*)

chart. saec. XIV ff. 70 num., 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—39ᵇ **(Johannis Friburgensis) Chronicon Romanorum ab urbe condita usque ad a. 1261 post Chr. n.** »De cronicis Romanorum. In nom. d. n. J. Chr. in hac compilacione, que de diversis excerpta est

videlicet de iure canonico, de ecclesiastica hystoria, de cronicis Eusebii et Jeronimi et aliorum, de libro qui dicitur gemma anime, de opusculo, quod vocatur ordo romanus« × »resistatur inimicis ccclesie. In nomine dom. J. Chr.« Cf. Pertz Archiv X p. 663. Opus hoc praecedunt 9 ff. non num., quorum in 8 prioribus est registrum chronici alphabeticum initio carens, in 8ᵇ manu paulo recentiori inscripta est Expositio alphabeti.

f. 40ª—46ª (anepigr.) **Moralitates rerum naturalium.** »Tempestas. Homines qui sunt in tempestate« × (de angelis) »iam iam ut sanctos venerantur.«

f. 46ᵇ—61ᵇ (anepigr.) **Allegoriae sacrae scripturae.** »Legitur in libro iudicum« × »deus miserebitur nostri.«

f. 61ᵇ—70ᵇ (anepigr.) **(Anselmi Cantuariensis seu potius Johannis de S. Geminiano) Similitudines rerum naturalium et moralium.** »Excommunicati assimilantur morsui canis rabidi« × »Secundo si quis in coriandro« (cetera desunt opusculo non integro). Post sequentia aliquod folia vacua pars codicis ultima evulsa esse videtur.

In operculo infer. notati sunt **Versus de clade Misensibus a monachis Cladrubiensibus illata a. 1386** (quos edid. Höfler in Script. rer. husit. II, 61). In fronte eiusdem operculi rubricatum est: »Iste est liber Jacobi plebani de Mutyna, qui fuit anus et bene canus.«

790 *IV. H. 26.* (*Y. I. 1. n. 20.*)

chart. saec. XV ff. 217, 21·5 × 15 cm. 1 m.

Fr. Johannis Erfordiensis Quaestiones primi libri Sententiarum.

f. 1ª—8ª Rubrica quaestionum.

f. 10ᵇ »Primo queritur, utrum theologia sit sciencia« × f. 217ᵇ »non amore iusticie. Explicit. Deo gracias.«

791 *IV. H. 27.*

chart. a. 1531 ff. 257, 20 × 16 cm. 1 m.

Liber sententiarum civilium pro republica per varios casus expressarum (= Sententiae Brunenses Johannis notarii).

f. 1ª »Incipit registrum super cursum civilium sententiarum« × f. 244ᵇ Explicit liber (etc. ut supra) . . A. d. **1531** fer. V. ante vigil. Joh. Bapt.« Librum hunc ex aliis codicibus edidit H. Jireček Cod. iuris bohem. II, 4 (1898) p. 26—287 (Cf. Věstník král. spol. 1898 čís. VIII).

f. 246ª—248ª (alia manu:) **Nálezy »o narczych a hanienij, o wzdani obapolnim mezy manžely, Zwod dokud trwa, Ktož bezporzizeni vmrze«.** (Saec. XVI).

f. 251ª—254ᵇ (tertia manu:) Manuale sive consignatio actuum forensium ab a. 1664—1668 (bohem. et german.).

Totus hic codex olim adligatus erat operi bohemico impresso »Práva a zřízení zemská Ferdinanda I.« sign. 54. C. 40.

792 *V. A. 1.* (*Y. III. 2. n. 1.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 105, 29×20 cm. 1 m.

(Jacobi de Voragine) Sermones quadragesimales et paschales.

f. 1ª »Filia populi mei induere cilicio . . . Quamvis solempnitas quadragesimalis« × f. 105ª »ad secundam resurreccionem in gloria, ad quam« etc.

Haec collectio sermonum initio mutila esse videtur, quod etiam demonstrat inscriptio in operculo superiore: »Postilla ab adventu ad pascha«. Sermones codicis huius incipiunt a die cinerum. Vetus sign. libr. Carol. M, 31, K.

793 *V. A. 2.* (*Y. III. 2. n. 2.*)

chart. a. 1385—1386 ff. 189, 29·5×21 cm. 1 m.

f. 1ª—168ª **Psalterium de laudibus s. Mariae (quod praeter rem dicitur Mariale Arnesti** archiep. Pragensis). »Prologus. Exordium salutis nostre« × »Explicit psalterium de l. s. M. completum fer. V post festum s. Luce ewang. a. d. **1385.**« (Typis excusum Pragae 1651; cf. ČČH VII, 451).

f. 168ª—170ª Tabula eiusdem Psalterii.

f. 170ª—172ª B. Hieronymi Sermo de assumptione.

f. 172ª—173ª **Anselmi Cantuariensis archiepiscopi ad Angliae episcopos epistola de colenda die conceptionis s. Mariae.**

f. 173ª—173ᵇ Officium eiusdem festivitatis.

f. 174ª—177ª Sermones tres de nativitate b. Mariae.

f. 12a—36a XV saec. **Fr. Henrici (de Bitterfeld?) ord. praed. Tractatus de sacra communione et argumenta fidei adversus Hussitas.** »Cum animadverterem« × »Expl. tr. de s. c. secundum usum alme

matris ecclesie editus per fr. Henricum . . . (unde erasum) predicatorum predicatorem in conventu Budewicensi a. d. **1419 completus** est.« (S. J. bibliothecarius additamentis in fronte et fine et in fol. praeligato — cf. notam infer. — lectoribus falso voluit persuadere tractatum conscriptum esse iussu Albici archiep.).

f. 36ª—71ᵇ Auctoritates super diversis materiis et notae theologica variae.

f. 71ᵇ—77ᵇ »Concordancie Novi Testamenti.«

f. 78ª—122ª **Auctoritates seu Tabulae ecclesiae Pragensis.** »Desperacio dicit, que et qualia commisisti« × »Expl. auctor. seu tab. eccl. Prag.«

f. 122ᵇ—164ᵇ (anepigr.) **Argumenta IV librorum Sententiarum Petri Lombardi.**

Secundum indicem contentorum in fol. praeligato sequebantur 2 sermones, prior ad sacerdotes (synodalis?), posterior de visitatione b. virginis, sed hi evulsi sunt. Ibidem in fronte legitur: »Liber Mag. Albici Prag. archiepiscopi«, cui notae alius quis addidit: »de argumentis fidei« . . . Hoc additamento fretus S. J. bibliothecarius subscriptione vitiata conatus est persuadere lectoribus tractatum superiorem conscriptum esse »ordinante Albico,« qui tamen erat tantum primus possessor libri. Cf. Balbini Boh. d. III, 116. Vetus sign. P, 3.

838 *V. B. 21.* (*Y. II. 5. n. 47.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 144 num., 29 × 20·5 cm. d. m.

f. 1ª—78ᵇ **Thomae de Aquino De eruditione principum libri VII.** »Prohemium. Cum pars illustris ecclesie sit cetus principum« × »fuerit associata. Amen. Et sic est finis libri erud. princ.« (f. 23ᵇ falso rubricatur: »Incipit liber terc. Ysidori.«)

f. 79ª—95ᵇ (anepigr.) **Dialogus magistri et virginis de excellentia virginitatis.** »Semper quidem, frater dulcissime, ut nosti« × »Vale frater carissime mi in dom. J. Chr. Amen dicant omnia.«

f. 96ª—144ᵇ **S. Bonaventurae Breviloquium** in fine mancum. »Flecto genua mea« × »precellenter perfectum et pulcrum et spirituali for« (cetera desiderantur).

Operculis adglutinata sunt fragmenta chart. Formularii cuiusdam actorum iudiciariorum archiepiscopatus Pragensis saec. XIV ex. Vetus sign. I, 44.

839 *V. B. 22.* (*Y. II. 5. n. 48.*)

mixtus saec. XIII—XIV et XV ff. 106 num., 29 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—7ᵇ (membr., saec. XIII—XIV, anepigr.) **Petri de Signa Secretarius de signis aegritudinum.** »Principiorum principium sublime« × (nomina experimentorum) »Scafifagina«(?) (Opus mancum, cuius auctorem et titulum ex prooemio hausimus, cum manus quaedam recentior in fronte fol. primi titulum »Summa Mirandini« inscripserit.)

f. 8ª—34ᵇ (chart. saec. XV, anepigr.) **Herbarius medicinalis** carens initio et fine.

f. 35ª—73ª saec. XV **Jesse filii Haly Liber de aegritudinibus oculorum.** »Plura (?) Jesu fily Haly respondendo ad hoc, quod quesivit unus

ex discipulis suis« × »Expl. liber de egrit. ocul. **translatus per Mag. Dominicum fratrum predicat.** rogatu mag. Ruffini de Allexandria scolari (sic) eius in arabico et sociorum gracias deo alto et vero **a. d. 1270** compilatus.«

f. 73ª—74ᵇ De ponderibus a medicis usitatis.

f. 74ᵇ—76ᵇ »Distinccio ponderum et mensurarum ex Breviario Alasyr« × »Jam ego debite adimplevi, quod postulasti. Dominus autem . . . in omnibus que facies.«

f. 77ª—78ᵇ »Modus adustionis lapidum.«

f. 78ᵇ—90ᵇ **Lanfranci Mediolanensis Chirurgia minor.** »Intendens, venerabilis amice Bernarde« × »Expl. compendium de cyrugia mag. Lantfrancii de Mediolano.«

f. 91ª—94ª **Johannis Damasceni filii Serapionis Aphorismi** »sub compendio breviter compilati.« »Libenter te deus, fili amantissime« × »sine molestia purgat. Finito libro« etc.

f. 94ª—94ᵇ Recepta medica contra dolores oculorum.

f. 95ª—103ᵇ »**Rhasis filii Zacharie Liber de proprietatibus membrorum animalium,** de utilitatibus et nocumentis eorum . . . intitulatur: **liber sexaginta animalium.**« »Verbum Aristotelis et Diascoridis est« × »ad corroborandam ereccionem virge. **Finis 1404.** Dominus Zul suspensus cum sociis 37 fer. IV post divisionem apostolorum per cives Pragenses.« Sequuntur notae historicae de diluvio a. 1405 et de tempestate a. 1407 in f. 104ᵇ.

f. 104ª—106ᵇ Varia recepta medica.

In operculo super. intrinsecus haec nota est: »Liber medicinalis Mag. Jacobi de Sobieslavia circa s. Crucem maiorem Prage.« Cod. falso sign. rec. Sternberg, Pflanzenkunde I, 22.

840 *V. B. 23.* (*Y. II. 5. n. 49.*)

chart. saec. XV ff. 205 num., 29 × 21 cm. 1 m.

Jacobi de Voragine Sermones dominicales per circulum anni.

f. 1ª »Humane labilis vite decursus . . . Preparare in occursum dei tui« × f. 193ª »qui est principium et finis, qui sine fine etc. Et sic est finis.« Manu paulo recentiori additur: »Explicit correctura sermonum horum per **Jemnicz** a. d. **1458** sabbato in festo s. Jeronimi, quo anno generosus dom. Georgius de Cunstat fer. V ante translacionem s. Wenceslai ellectus est in regem Boemie et coronatus inmediato die ante Stanislai et regina ipso die Stanislai.«

f. 193ᵇ—202ª Tabula super sermones alphabetica.

f. 202ᵇ—205ª Sermones duo super »Respice in faciem Christi« et »Attendite a falsis prophetis.« (M. Mauricii?)

In operculo infer. adnotatae sunt »Reliquie in cruce domini«. Eidem operculo adligatum est fragmentum membr. **literarum Johannis regis Bohemiae, quibus falconariis regiis pro villa Sokolčí villa Suchá »iuxta castrum Vroburch« confertur a. 1332 in exaltatione s. crucis** (14. sept.).

841 *V. B. 24.* (*Y. II. 2. n. 50.*)

chart. a. 1393 ff. 218 num., 29·5×22 cm. 1 m.

(Johannis) Buridani (seu Biridani) Quaestiones super Aristotelis X libris Ethicorum longae.

f. 1ª »Bonitatis et nobilitatis excellenciam philozophie moralis extollit Aristoteles« × f. 218ª »sensus vel appetitus sensitivi . . . Expliciunt questiones super decem libris Ethicorum longe Biridani Prage reportatas (sic) finitas fer. V post festum s. Mauricii mart. preciosi.« (Annum **1393** in f. 170ᵇ legimus.)

Vetus sign. C. 8 (Nationis?).

842 *V. B. 25.* (*Y. II. 2. n. 51.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 288 num., 29·5×22 cm. d. m.

Henrici de Oyta Quaestiones Sententiarum.

f. 1ª »Circa primum sentenciarum primo queritur« × f. 285ᵇ »Et sic est finis per eum, qui est alpha et o, principium et finis J. Chr. dei fllius, qui cum patre« etc.

f. 286—288ᵇ »Tabula questionum sentenciarum rev. Mag. Haynrici de Oyta.«

Vetus sign. libr. Carol. K, 57, K.

843 *V. C. 1.* (*Y. II. 2. n. 52.*)

chart. cca. a. 1399 ff. 213 num., 30×22 cm. d. m.

f. 1ª—43ª **S. Remigii Expositio super epistolas b. Pauli.** »Hora est iam nos da sompno surgere« × »Expl. exp. s. Remigii episc. super ep. b. P. scripta a. **1399**.«

f. 43ª—73ª **Sermones (seu Praedicationes) de adventu domini super canticum Benedictus.** »Benedictus dominus deus Israhel. De magnis factis« × »Expliciunt predicaciones (super rubricatum: Sermones boni) de adv. d. s. c. B.«

f. 73ª—213ᵇ **Fratr. Bartholomaei Postilla.** »Induamur induamini (sic) dom. Jesum Chr.« × »Expl. postilla fratris Bartholomei comparata per Mag. Laurencium baccalarium in Harawicz.« (Subscriptio haec cultro vitiata est.)

Operculo super. adligata est membr. syngrapha Zachariae de Paczyeyow debitoris de a. 1388, inferiori vero »privilegium« locationis curiae in Trzyebomyslicz per Johannem de Trzyebomyslicz iure emphyteutico (Kaufrecht, zákup) Swachoni ruricolae ibidem factae a. 1391. In utroque instrumento occurrit civitas Harawicz, unde ortus est possessor libri supra nominatus.

844 *V. C. 2.* (*Y. II. 5. n. 53.*)

chart. saec. XV ff. 94 num., 30×22 cm. 1 m.

f. 1ª—64ᵇ **Epistolae dominicales per circulum anni et quadragesimales** (Textus purus).

f. 64ᵇ—65ᵇ Initium evangelii s. Matthaei.

f. 66ª—94ª **Passiones secundum IV evangelistas** (Textus). Finis »Expl. passiones cum epistolis per circulum anni et totam quadragesimam.«

Vetus sign. A, 15.

845 *V. C. 3.* (*Y. II. 2. n. 54.*)

chart. a. 1411 ff. 211, 30×21 cm. 1 m.

f. 1ᵇ »Alphabetum iuris« (= Abbreviaturae in Summa Pisana occurrentes).

f. 2ª—19ᵇ (anepigr.) **S. Bonaventurae Expositio missae.** »Christus assistens pontifex futurorum bonorum« × »huic opusculo, sicut romana ecclesia tenet et docet, inseratur. Et sic est finis«.

f. 20ª—211ᵇ **(Bartholomaei de S. Concordio) Summa Pisana,** initio carens. × »Expl. summa Pyzana finita per manus **Symonis de Dubrawka** sub a. d. **1411** die sabbati post Briccii, et comparata per dom. Petrum plebanum tunc in Chotykow natum quondam Cunssonis de Zyehel.« A rubricatore voces latinae passim bohemice expressae sunt (ex. gr. f. 121ª matrimonium »manhalstwye« — sic!).

Asseri super. adligatum est fragmentum membr. syngraphae bohemicae **(Úpis dlužní z r. 1404)**, quae tamen literis elutis difficulter legi potest. In eodem operculo occurrit nomen possessoris: »Jordani de Tachowia«, item nota: »Dabo 15 albis hunc librum ad minus 10 albis.«

846 *V. C. 4.* (*Y. II. 2. n. 55.*)

chart. saec. XV ff. 171 num., 31×22 cm. 1 m.

(Mag. Johannis Hus) Postilla de sanctis cum glossis bohemicis interlinearibus.

In schedula operculo super. adglutinata tantum legitur: »Sermones de sanctis«; sed si contuleris cod. I. E. 45, in quo tamen alius ordo sermonum est, auctorem Joh. Hus certo agnosces. Notatu etiam dignum est in utroque codice easdem occurrere glossas bohemicas. (Cf. Věstník Č. A. 1899 p. 180.)

847 *V. C. 5.* (*Y. II. 2. n. 56.*)

chart. saec. XV (1470?) ff. 84 num., 32×22 cm. 1 m.

Petri Lombardi Sententiarum liber IV. cum notis marginalibus et quaestione prooemiali (Petri de Tarento?).

f. 1ª (inscriptio putredine friata est) »Sacramentum quatuor modis definitum invenitur« (ad calcem rubrica: »Petri questio de Tharento utputo, qui eciam fuit late consciencie ut Thomas«) × f. 84ᵇ (rubr.: »de chaos inter bonos et malos«) »nulla pro eis a sanctis fiat« (cetera desunt codice mutilato).

F. 5ª rubricata est nota historica spectans ad a. 1470. Operculo super. adligatum est fragm. membran. codicis cuiusdam liturgici saec. XIV.

848 *V. C. 6.* (*Y. II. 2. n. 57.*)

chart. saec. XV (partes 1412 et 1415) ff. 322 num., 31 × 21 cm. 3 m.

f. 1ª—190ª **Nicolai de Lira Postilla super epistolas s. Pauli.** »Incipit collacio sive introitus. Ecce descripsi tibi eam« × »et in futuro per gloriam prestante etc. Explic. postilla super epistolam ad Hebreos.«

f. 190ᵇ—240ª (anepigr.) **Eiusdem Postilla super Actus apostolorum.** »Repleti sunt omnes spiritu sancto« × »transiret ad gloriam, ad quam« etc.

f. 240ª—274ª (anepigr.) **Eiusdem Postilla super epistolas canonicas Jacobi, Petri, Johannis, Judae.** »Quatuor sunt minima terre« × »est eterna.«

f. 275ª—321ᵇ **S. Bonaventurae Breviloquium.** »Flecto genua mea« × »Explicit breviloquium Mag. Boneventure sub a. d. **1412.**«

f. 321ᵇ Opiniones, de quibus magister sententiarum a modernis reprehenditur.

f. 321ᵇ—322ª **S. Augustini »Libellus de onustate (sic pro honestate) mulierum«** (= de vitandis mulieribus). »Nemo dicat fratres« × »Explicit libellus b. Augustini de onustate mulierum finitus in Pianicz a. d. **1415** per me solum.«

f. 322ᵇ Notae de articulis fidei.

Operculo super. adligatum est fragm. membr. codicis saec. XIV argum. grammatici. Vetus sign. A, 20.

849 *V. C. 7.* (*Y. II. 5. n. 58.*)

chart. saec. XV ff. 494 num., 30 × 21·5 cm. d. m. cum init. pict.

Commentarius in epistolas s. Pauli ad Romanos et Corinthios.

f. 1ª (inscriptio friata) »Sicut in veteri testamento« × f. 494ᵇ »sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.«

In operculo super. hae notae occurrunt: I. »Post mortem Mag. Martini liber iste cum secundo convertatur in pauperes, sic voluntas fiet Striczkonis, qui legavit a. d. 1468, qui post Dionysii defunctus requiescat igitur dilectus in pace.« II. »Hic codex cum mihi forte obvenisset post mortem Nicolai, pastoris in Lacu, et parum lucri alioqui allaturus videretur, si veniret in foro scrutatorio, commendatus est per me solenni bibliothecae Domus Caesareae a. d. 1541. M. Joannes Hortensius.«

850 *V. C. 8.* (*Y. II. 1. n. 59.*)

chart. a. 1413—1414 ff. 235 num., 31 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—192ª **Humberti mag. ord. praed. Expositio regulae b. Augustini.** »Prologus. Cogitanti michi de sermone« × »Explicit exposicio regule b. Augustini, quam Fr. Humbertus magister ordinis ad utilitatem ac peticionem fratrum predicatorum compilavit, finita sub a. d. **1413** in vigilia b. Katherine per manus fratris **Conradi Derneburch ord. fratr. servorum s. Marie.** Na Pragi w Prazie.«

f. 192ª—194ᵇ Registrum operis praecedentis, in cuius fine iterum subscribitur scriba idem frater monast. »ad b. virginem **in Viridi** in civit. regali Prag.«

f. 195ª—235ᵇ **(Nicolai de) Javor Tractatus de tribus essentialibus votis monachorum.** »Amice commoda mihi tres panes« × »Explicit tractatus vener. Mag. Jawer doctoris sacre theoloye de tribus essencialibus votis monachorum per manus fr. **Conradi Derneborch de Halberstat ord. fr. serv. s. Marie in Viridi** sub a. d. **1414** in vigil. nativ. virg. glor. w Prazie.« Sequitur nota de monachis bonis et malis (Cf. Franz, Nicolaus Magni de Javor, p. 204).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. Formularii epistolarum fori ecclesiastici saec. XIV in., in quo occurrit »episcopus Pragensis«. Vetus sign. J, 74.

851 *V. C. 9.* (*Y. I. 4. n. 60.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 109 num., 29 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—23ᵇ (anepigr.) **Thomae de Aquino Expositio cantici canticorum.** »Salomon inspiratus spiritu divino« × »supernam mercedem consequantur.« (In schedula operculo super. adglutinata opusculum hoc falso attribuitur Bedae.) Finis deest.

f. 23ᵇ—24ᵇ (anepigr.) **S. Augustini Tractatus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Clamat vox apostolica per orbem« × »si cottidiano labore te conficis ad opus« (cetera desiderantur).

f. 25ª—108ᵇ **Gregorii papae I Homiliae XL.** (rubrica:) »Incipit omelia leccionis eiusdem habita ad populum in basilica.« (atram.:) »Dominus ac redemptor noster« × »quia nescitis diem neque horam. Explicit quadragenarius.«

f. 109ª »Registrum omeliarum Gregorii.« (Alterum registrum occurrit in fol. codici praeligato).

Vetus sign. C, 6.

852 *V. C. 10.* (*Y. III. 2. n. 61.*)

chart. saec. XIV ex. (pars 1383) ff. 217 num., 29 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—10ª **Floriger ex operibus s. Augustini.** »Quorundam librorum gloriosi et incomparabilis doctoris Augustini« × »sic invenietur te prestante, qui vivis« etc.

f. 10ª—13ª **Origenis Homilia super »Maria stabat ad monumentum.«**

f. 13ª—13ᵇ »Difiniciones viciorum et virtutum« (absolutae in fol. codici praeligato).

f. 14ª—78ª (anepigr.) **Thomae de Aquino Expositio in Isaiam prophetam.** »Scribe visum et explana« × »ab istis penis nos liberet, qui incipere et consumare dedit Amen.«

f. 78ᵇ—83ª »Exempla sive similitudines de diversis materiis et primo de paciencia.«

f. 83ª—84ª Nota de quadruplici differentia sanctorum novi testamenti.

f. 85ª—133ᵇ **Honorii Augustodunensis Commentarius in Cantica canticorum.** »Donum sapiencie cum Salomone« × »compositori et expositori utriusque operis gracias agamus. Amen. Expl. exposicio super cantica canticorum.«

f. 134 Sermones duo (quorum inscriptio evulsa est).

f. 135a—141b **S. Augustini Liber de vita christiana.** »Et ego peccator et ultimus« × »conferamus absentes. Finitur liber Augustini de vita christ.«

f. 141b—146a (anepigr.) **Expositio orationis dominicae.** »Orantes nolite multum loqui« × »delicta vestra.«

f. 146a—153a **S. Augustini Liber de agone christiano.** »Fratribus in eloquio latino ineruditis humili sermone conscriptus est . . . Corona victorie« × »Explicit Augustini de agone cristiano.«

f. 153a—154a Catalogus haereticorum.

f. 155a—161a (anepigr.) **S. Augustini Tractatus de poenitentia.** »Quam appetenda sit gracia penitencie« × »odorem suavitatis.«

f. 161b—166a (anepigr.) **Dialogus magistri et fratrum de essentia divinitatis.** »Sapiencia dei, que os muti aperuit« × »spiritus s. corpus condidit.«

f. 166a—170a **»Excitacio mentis ad contemplandum deum.** Ya nunc homuncio, fuge paululum« × »donec intrem in gaudium domini mei, qui« etc.

f. 170b—180b **Richardi de S. Victore Tractatus de s. trinitate.** »Rerum utique noticiam, ni fallor« × »Expl. Richardus de S. Victore de s. trinitate finitus a. d. **1383** in die convers. s. Pauli.«

f. 181a—209b **(Petri de Cyperia) Tractatus de oculo morali.** »Si diligenter voluerimus in lege domini meditari« × »et illuc eriguntur. Ad illud regnum nos perducat« etc. »Expl. tract. de oculo morali.« Cf. cod. I. B. 15 f. 55.

f. 209b—213b **Sermo de corpore Christi.** »Accedite ad eum« × »et sanguine cibat.«

f. 213b—217b Sermo de b. virgine.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. cuiusdam libri liturgici notis instructi saec. XIV.

853 *V. C. 11.* (*Y. I. 4. n. 62.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 138 num., 30 × 21 cm. d. m.

f. 1a—38a **Commentarius in canonicas Jacobi, Petri, Johannis.** »Omne datum optimum« × »et non exaudietur. Finis huius operis.«

f. 39a—77b **Expositio super Cantica canticorum.** »Cantabo dilecto meo« × »i. e. sanctorum collegium, ad quos nos« etc. »Expl. expos. s. c. c.«

f. 77b—80a Canticum canticorum (Textus).

f. 80b—86b **Expositio ultimi cap. Proverbiorum.** »Mulierem fortem quis inveniet« × »collaudare serviciis Amen.«

f. 87b—91b Sermo de b. virgine (= Expositio super »Ave Maria«).

f. 92a—138b **Sermones de sanctis.** (De s. Martino) »Homo quidam nobilis abiit . . . Homo ille nobilis« × »ut gaudium meum in vobis sit.«

In operculo super. intrinsecus haec nota paululum mutilata occurrit: »Hunc librum domina Dorothea smigmatrix dedit ad librariam Mathie . . . (Laudae) de Chlumczan.«

854 *V. C. 12.* (*Y. II. 5. n. 62.*)

chart. saec. XV in. (pars a. 1417) ff. 156 num., 30 × 22 cm. d. m.

f. 1a—29b **S. Augustini Expositio super epistolas s. Johannis evang.** X tractatus comprehendens. »Meminit Sanctitas Vestra ewangelium« × »quam tu credas Christo predicanti. Expl. tract. X. Aug.«

f. 29b—31b **Eiusdem Sermones de regula monachorum et de igne purgatorio.**

f. 31b—33a Caesarii episc. Homilia: »Modo cum divina leccio legeretur« × »per penitencie lacrimas restituit.«

f. 33a—35a Johannis Chrysostomi Homiliae duae, altera incipiens »Provida mente«, altera de poenitentia.

f. 35a—53a **B. Hieronymi Liber de viris illustribus a Gennadio continuatus.** »Incipit prologus. Romano Dextero« × »et ad tempus declamare.«

f. 53a—62a **Leonis papae IX Epistola ad Michaelem Constantinopolit. et Leonem Acrid. episcopos, cui insertum est Privilegium s. Romanae ecclesiae.**

f. 62a—67a **Bernaldi presbyteri** ad Bernhardum sacerdotem **Tractatus de sacramentis excommunicatorum iuxta assertionem ss. patrum** (cum »apologetico super excommunicacionem Gregorii VII. pape«). »Religiosissimo sacerdoti ac prudentissimo preceptori B. iam cubiculum ipsius regis ingresso« × »Expl. tract. de sacram. excomm.«

f. 67a—67b **Urbani papae Decretum de quadrifaria professorum distantia.** »Due leges sunt« × »iste pacietur in anima.«

f. 67b—76a **Brunonis Signiensis episcopi Tractatus de simoniacis et de quibusdam sacramentis, quae iterari non licet.** »Bruno Signiensis ecclesie episc.« × »Hec autem de vestibus sacerdotalibus dicta sufficiant.«

f. 76a—78a **S. Bernardi Claraevallensis Sermo ad episcopos in concilio Remensi habitus.**

f. 78a—84b **S. Augustini Liber de vita christiana.** »Ego Augustinus« × »plena est terra.«

f. 85a—112a (anepigr.) **Thomae de Aquino Expositio in Cantica canticorum.** »Salomon inspiratus« × »mercedem consequantur.«

f. 112b—115a (anepigr.) De attributis dei.

f. 115a—115b S. Ambrosii Epistola de norma vivendi.

f. 115b—118b **S. Augustini Liber de ecclesiasticis dogmatibus** (de fide summae trinitatis). »Credimus unum deum« × »in moribus invenire. Expl. Aug. de eccles. dogm.«

f. 119a—156b **(Gualteri Burlaei) Tractatus de vita et moribus philosophorum veterum.** (F. 144b haec rubrica occurrit: »A. d. **1417** finitus est liber iste.« Sed revera non finitus est, sed post aliquot fol. vacua porro tractatur et f. 156b absolvitur sic: »Expliciunt vite philosophorum.«)

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam grammatici saec. XIV. Vetus sign. A, 48.

855 *V. C. 13.* (*Y. II. 5. n. 64.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 180 num., 29·5 × 20·5 cm. d. m.

f. 1ª—6ᵇ »Prothemata super evangelia de sanctis.«

f. 7ª—9ᵇ Sermo de assumptione b. virginis.

f. 10ª—180ᵇ **Sermones de sanctis.** »Ambulans Jesus . . . S. Andreas in cruce suspenditur« × »qui se humiliat, exaltabitur. Rogemus.«

In fronte f. 10ª est quaedam nota manus recentioris, rasura evanida, concernens a. 1435, quo liber a Vito plebano alteri plebano concessus est. Prior pars sermonum a scriba quodam germanico exarata est, ut docent suspiria »hilf got, hilf Maria« passim occurrentia.

856 *V. C. 14.* (*Y. III. 1. n. 66.*)

chart. a. 1443 ff. 275 num., 30·5 × 22 cm. 1 m.

Nicolai de Lira Postilla super Pentateuchum, libros Josue, Judicum, Machabaeorum.

f. 1ª »Hec omnia liber vite« × f. 275ᵇ »Explicit postilla super secundum librum Machabeorum fr. Nicolai de Lira ord. frat. min. finita a. d. **1443** in vigil. nativ. dom.«

857 *V. C. 15.* (*Y. III. 1. n. 67.*)

Codex membran. saec. XIII—XIV ff. 167 num., 31·5 × 21·5 cm., quinis col. una manu nitidissime exaratus et rubricatus, lit. init. pictis et deauratis, in f. 1ª etiam figuris animal. exornatus, sed quia diu ligatura carebat, paululum laesus.

Concordantiae bibliorum.

Ad calcem f. 167ª est nota opus hoc concernens, sed liquore quodam ita illita, ut nisi initium »explicit« nil legi possit. Hic praestans codex sine dubio in Italia aut Gallia exaratus est.

858 *V. C. 16.* (*Y. I. 3. n. 68.*)

chart. a. 1434 ff. 161 num., 31 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—132ᵇ (anepigr.) **Nicolai de Dinkelspuel Quaestiones in evangelium s. Matthaei.** »Circa illum textum Math. primo Cum esset desponsata« × »consummacio mundi. Et sic est finis **1434** mens. Marcii 12 in Basilea per G. B.«

f. 133ᵇ—161ᵇ **(Eiusdem) Tractatus de dilectione dei et proximi.** »Scribitur Math. 22« × »frequencius quanto cor« (cetera desunt codice mutilato).

Titulus adglut. operc. super.: »Questiones Dunckilspuel super ewang. Math.« In fol. praeligato alia manus adnotavit titulos quaestionum. In fol. praelig. altero occurrit nota: »Oybinensis«. Ex hoc igitur monasterio codex bibl. S. J. obtigit.

859 *V. C. 17.* (*Y. I. 4. n. 69.*)

chart. saec. XV in. ff. 229 num., 31 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—193ᵇ **Mag. Matthiae de Legnicz Postilla super epistolas dominicales per circulum anni.** »Videte quoniam non mihi soli laboravi« × »Explicit collectum super epistolas per Mag. Mathiam de Legnicz.«

f. 194ª—222ᵇ **Pseudo-Dionysii Areopagitae Liber de ecclesiastica hierarchia novae translationis cum commentario** (Johannis Scoti?). »Incipit prologus . . . Post translacionem angelice ierarchie« × »Expl. liber b. D. de ecc. ier.«

f. 222ᵇ—227ª **Eiusdem Liber de mystica theologia cum commentario.** »Prologus. Ante misticam theologiam simbolica theologia esset transferenda« × »et super omnia absolutus. Explicit.«

f. 228ª—229ᵇ Eiusdem Epistola (anepigrapha). »Saluto te divini discipulum« × »Expl. epist. b. Dyonisii.«

In operculo super. intrinsecus haec nota occurrit: »Duchkoni in collegio Reczkonis. Sed emptus a dom. Duchkone per Vacham pro 35 gr. a. d. 1449 in festo s. Marci.« Vetus sign. M, 17.

860 *V. C. 18.* (*Y. I. 4. n. 70.*)

chart. saec. XV ff. 307 num., 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—9ᵇ **Theobaldi subprioris ord. praed. Paris. Excerpta de erroribus Judaeorum in Talmut translata.** »In disputacionibus contra Judeos« × »cunctis gentibus sit Cristus domini« (sic).

f. 10ª—175ᵇ **Zachariae Chrysopolitani Unum de quatuor** (= Commentarius in Concordiam evangelicam **Ammonii Alexandrini**).» Prefacio. De excellencia ewangelii et differencia« × »Explicit exposicio in Unum de quatuor excepta de Zacharia Crisopolita.« (Commentarius hic ab aliis Petro cantori Parisiensi attribuitur.)

f. 176ª—306ª **Wilhelmi Altisiodorensis Summa theologica.** (Post registrum quaestionum:) »Primum principium omnium rerum« × »ministrabit illis in patria celesti, ad quam« etc. »Plchta«.

f. 306ᵇ—307ᵇ **Determinatio de indulgentiis.** »Rogasti ut de indulgenciis« × »apud eum redempcio, cuius nos participes ipse faciat in s. s. Amen.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam liturgici saec. XI—XII. Vetus sign. J, 44.

861 *V. C. 19.* (*Y. I. 4. n. 72.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 145 num., 29 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—30ª (anepigr.) **Thomae de Aquino Commentarius in Cantica canticorum.** »Salomon inspiratus« × »supernam mercedem consequantur.«

f. 30ª—32ª (anepigr.) **S. Augustini Tractatus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Clamat vox apostolica« × »te conficis ad opus« (finis deest).

f. 33a—130a **Gregorii I papae Homiliae quadraginta.** »Dominus ac redemptor noster« × »nescitis diem neque horam . . . Explicit quadragenarius.«

f. 131a—143b **»Liber de corpore Christi, qui dicitur Victoria fidei christiane.** Ezechiel in visione dei« × »in speculo eternitatis, quod ipse prestare dignetur, qui« etc.

f. 144a—144b (anepigr.) **Versus rythmici de redemptione humana** (Colloquuntur clementia, iustitia, pietas, gratia coram deo). Incipiunt: »Post peccatum hominis facta iam ruina« (finis deesse videtur).

f. 144b—145b Nota de peccatis alienis et initium homiliae cuiusdam Bedae Venerabilis.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. codicis liturgici saec. XIV. In super. haec nota est: »Iste liber est inobligatus in XV gr. ab Andrea scriptore.« Veteres sign. S, 5 et J, 14.

862 *V. C. 20.* (*Y. I 3. n. 73.*)

chart. saec. XV ff. 140, 29·5 × 21 cm. 1 m. cum init. pict.

Mag. Stephani Arnoldi, »expertissimi medicorum Montis Pessolani,« **Viridarium (= Expositio Antidotarii Nicolai Salernitani).**

f. 1a (Prologus Stephani:) »Sicut Ruth paupercula« . . . (Prologus Nicolai:) »Ego Nicolaus rogatus a quibusdam« × f. 135a »et amicorum plenitudine glorietur.«

f. 135b—139a Registrum operis praecedentis.

f. 139a—140b »Tractatus brevis et utilis de diversis medicinis conferentibus corpori« × »Explicit tabula Tollosana.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici saec. XIV. Vetus sign. A, 13.

863 *V. C. 21.* (*Y. I. 4. n. 74.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 161 num., 29·5 × 21 cm. 2 m.

f. 1a—39b (anepigr.) **Dicta philosophorum veterum.** »Sedechias primus fuit« × »de quo confidendum non est.«

f. 40a—42b Officium de Visitatione b. virginis.

f. 42b—43b De horribilibus in die iudicii.

Sequitur registrum operis subsequentis in 5 ff. non num.

f. 44a—153a (anepigr.) **Hugonis Argentoratensis Compendium theologicae veritatis.** »Veritas theoloyce sublimitatis« (sic!) × »recipiet sine fine.«

f. 153a—161b Sermones de trinitate, de corpore Chr., de animabus (duo).

In operculo super. intrinsecus est tabula contentorum, quam et nos secuti sumus excepto auctore Compendii, qui ibi vocatur Thomas de Argentina. Vetus sign. B, 62.

864 *V. C. 22.* (*Y. I. 4. n. 76.*)

chart. saec. XV in. ff. 243, 31 × 22 cm. 1 m.

Testamenti Veteris libri V Moysis, Josue, Judicum, Ruth.

In membrana praeligata haec nota occurrit: »Ista pars correcta est a. d. 1410, nota diligenter, in die Symonis et Jude apost. per Johannem B. et Symonem.« Vetus sign. A, 16.

865 *V. C. 23.* (*Y. I. 3. n. 78.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 282, 29·5 × 22 cm. 1 m.

Huguicii Pisani Vocabulorum distinctiones secundum derivationem seu Etymologicon.

f. 1a »Cum nostri prothoplasti suggestiva prevaricacione« × f. 282a »Explicit Huguicius per m . . . . **Mauricii Yetyn (?)** fer. . . . Bartholomei« . . (Finis hic particula fol. excisa mutilatus est.) Huic fini praecedit haec nota: »Explicit carta finita fer. IV proxima post festum Bartholomey hora quasi XXI.«

Vetus sign. D, 50.

866 *V. C. 24.* (*Y. I. 3. n. 79.*)

chart. saec. XIV med. ff. 203, 30 × 23 cm. d. m.

Fr. Bartholomaei de S. Concordio Summa Pisana.

f. 1a—4a Registrum operis manu recentiori ternis col. exar.

f. 5a »Quoniam ut ait Gregorius super Ezechielem« × f. 203a »Consumatum est hoc opus per fr. Bartholomeum de S. Concordio ord. frat. pred. in civitate Pisana a. d. 1338 octavo ydus mensis Decembris . . . . et emptus est presens codex ad monasterium b. virginis Marie per quendam fratrem eiusdem ordinis scilicet s. Augustini in Arena suburbii civitatis Wratislaviensis, cuius nomen erat Johannes P. . . . « Sequuntur »declaraciones de abbreviaturis positis in hac summa« et quaedam nota de interdicto et excommunicatione.

F. 4b haec nota radendo valde laesa occurrit: »Iste liber est monasterii b. virginis Marie in Arena Wratislaviensis. Post mortem saltem meam propter deum peto eum restituere, quia mihi a fratribus eiusdem monasterii concessus est Cristophoro Sfyk confidenter.« Cui notae alia manus addidit suam, cuius reliquiae hae sunt: . . . . »so hastu es vnwissend wege getragn, gedenck vnd gib wider, was dein nicht ist, oder du pist des Teuffels. Cristofor Sfyk.« Codicem recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 36. Vetus sign. A, 25.

867 *V. C. 25.* (*Y. I. 4. n. 80.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 165 num., 29 × 21 cm. d. m.

f. 1a—6b **S. Bernardi Claraevallensis Meditationes.** »Incipit libellus Soliloquiorum (sic) s. Bernhardi. Multi multa sciunt« × »meridianum solem iusticie dom. n. J. Chr., qui« etc.

f. 7a—27a **S. Augustini Soliloquium.** »Cognoscam te domine« × »Expl. solliloquium Aug. per manus« (sic).

f. 27b—30b Fragmentum sermonum quadragesimalium.

f. 31ª—42ª **S. Augustini Liber ad Petrum de 40 articulis fidei christianae.** »Epistolam, fili Petre, tue caritatis accepi« × »deus revelavit. Expl.«

f. 42ª—57ª Excerpta ex variis operibus theologicis (Gregorii, Augustini, Bernardi, Bonaventurae etc.).

f. 57ᵇ—67ᵇ **S. Augustini** »Liber catholice fidei, qui vocatur **Speculum vel Manuale.**« »Adesto michi verum lumen« × »vivis et regnas deus i. s. s.«

f. 67ᵇ—114ᵇ **Gesta Romanorum.** »Incipit Romanorum hystoria mistice designata de milite, qui ad peregrinandum profectus est« × »vitam eternam obtinebimus, quod nobis etc. Expliciunt historie romane.«

f. 115ª—122ᵇ (anepigr.) Sermo in nativitate Christi. »Liber generacionis« × »gloriam in futuro, ad quam« etc.

f. 122ᵇ—126ᵇ Auctoritates ss. patrum de virtutibus et vitiis.

f. 126ᵇ—131ᵇ (anepigr.) **Expositio orationis dominicae.** »Nota. Primo volo dicere, unde« × »sancta ergo et salubris est cogitacio.«

f. 132ª—161ᵇ **(Thomae de Aquino) Commentarius super Cantica canticorum.** »Salomon inspiratus« × »sumus deo in omni loco.«

f. 161ᵇ—165ª (anepigr.) **Expositio dominicae orationis alia.** »Pater dicit non dominus, quia« × »utilior omnium oracionum. Et sic est finis.«

In operculo super. intrinsecus haec nota est: »Iste liber est obligatus in una sexagena cum aliis.« Vetus sign. Q, 22.

868 *V. C. 26.* (*Y. I. 4. n. 81.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 335, 29×21 cm. d. m.

f. 7ª—309ᵇ **Jacobi de Voragine Sermones de sanctis.** (**Pars II** a festo s. Jacobi usque ad festum s. Catharinae). »Cor mundum crea in me« × »et sollicita semper fuit.« Sequitur prologus: »Rogatus, ut post compilatas legendas« × »specialiter annotavit.«

Hos sermones praecedunt

f. 1—6ᵇ Sermones duo de assumtione b. Mariae, quos rubricator etiam attribuit Jacobino; item subsequuntur

f. 310ª—315ᵇ Sermones diversi.

f. 316ª—335ᵇ in 4⁰ Registrum et index alphab. sermonum Jacobi de Voragine.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. duorum instrumentorum publ. a. 1391 et 1396 conscriptorum, quibus litt. grat. Bonifacii IX datae quibusdam clericis Bohemis recognoscuntur. Utrique fragmento verso nec non operculis inscripti sunt sermones alii, item fragmento super. precium: »pro 2 sex. gr.«

869 *V. D. 1.* (*Y. I. 4. n. 82.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 255, 30×22 cm. d. m.

f. 1ª—3ª Tabula alphabetica rerum in sermonibus sequentibus occurrentium.

f. 3ᵇ—6ª Notae quaedam de Christi resurrectione et ascensione.

f. 6ª (sic) —255ᵇ **Soccii Sermones de tempore; pars II.**

In operculo super. intrinsecus notatur: »Mag. Petrus Stupna dedit nacioni.« Eadem nota occurit in codice III. C. 16, quo continetur Soccii serm. pars I. Vetus sign. K, 10.

870 *V. D. 2.* (*Y. I. 4. n. 83.*)

chart. saec. XIV ex. (ultima pars a. 1389) ff. 150 num., 29·5×21·5 cm. d. m.

f. 1ª—14ª **(S. Augustini) Soliloquia.** »Cognoscam te domine« × »omnis clemencia sit deo« etc.

f. 14ª—24ª Preces variae.

f. 24ª—34ª **S. Augustini Meditationes.** »Domine deus meus« × nisi in cruce dom. mei J. Chr.«

f. 34ª—48ª **(Gregorii I papae?) Meditationes.** »Domine deus omnipotens« × »benedicant te deum deorum in Syon . . Expl. meditaciones b. Gregorii p.«

f. 49ª—88ª **S. Bonaventurae Stimulus amoris.** Prologus. »Liber iste, qui stimulus amoris in dulcissimum« . . . »Currite gentes« × »concurrunt indicia.« (In margine alia manu: »Expl. stimulus amoris b. Bernhardi abbatis Clarevallensis« (sic).

f. 88ª—98ᵇ (anepigr.) **S. Bernardi Claraevallensis Tractatus de conscientia.** »Domus hec, in qua habitamus« × »quando quomodo vel ubi scire.«

f. 99ª—103ª (anepigr.) Notae de anima ad imaginem dei reformanda et de verbi dei dulcedine.

f. 103ª—105ᵇ **Expositio dominicae orationis.** »Hec est oracio dominica« × »fidelem quoad affectum. Explicit expos. b. Thome de Aquino dom. orac.« (Opus non est Thomae Aquin., qui inibi tantum citatur.)

f. 106ª—117ᵇ **Raby Samuelis Israelitae Tractatus probans adventum Messiae dudum praeteritum ab Alphonso Bonihominis Hispano translatus.** »Reverend. in Chr. patri fratri Hugoni« × »ut corruptus homo penitus et ignorans et seraptor (sic) rursum erat.«

f. 117ᵇ—119ᵇ (anepigr.) **Isidori Hispalensis Norma vivendi.** »Age, fili mi, ut oportet« × »quod cepisti despicias.«

f. 119ᵇ—120ᵇ **Bernardi Claraevallensis Epistola ad Johannem Castri Ambrosii dominum de hospitalitate.**

f. 120ᵇ—122ª **»Aristotelis epistola ad Alexandrum« de cura corporis.** »Cum sit corpus corruptibile« × »hec omnia corpus debilitant et siccant.«

f. 122ª—123ᵇ Preces variae.

f. 123ᵇ—125ᵇ »Tituli psalmorum, quos quando et quare David composuit.«

f. 125ᵇ—135ᵇ **Prothemata sermonum.**

f. 135ᵇ—139ᵇ **S. Augustini Tractatus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamat« × »fidem prebeto. Finis adest tractatus.«

f. 139ᵇ—140ª **Historia de origine Hospitalensium.** »Incipit qualiter ordo et religio hospitalensium incepit. Hospitale s. Johannis elemosinarii« × »dicioni sue subiecerunt.«

f. 140a—146b **S. Augustini Liber de vera et falsa poenitentia.** »Quantum sit appetenda gracia« × »odore et suavitatis. Finitur de penitencia vera et falsa.«

f. 146b—149a **Eiusdem Speculum peccatoris.** »Quoniam, fratres karissimi, in via huius seculi« × »quod tibi concedat ille, qui in sec. sec. est deus benedictus.«

f. 149a—150a **B. Anselmi Cantuariensis »Tractatus, quomodo vita presens fere tota est in peccato.«** »Ferret (sic) me vita mea« × »Et sic est finis tractatus b. Anzhelmi in principio eiusdem intitulati. Finitus est autem liber iste sub a. d. **1389** die XVI mensis Octobris per manus **Martini nati quondam Henrici de Mnychow.**« Sequitur nota alius manus radendo laesa: »Helmoldus rector universitatis a. d. 1398 in festo s. Martini, sub quo 65 s. intitulati sumus.«

In operculo super. intrinsecus et in fol. praeligato occurrunt Formae absolutionis et notae variae indulgentias anni iubilaei 1393 concernentes. Item manu recentiori additur: »Iste est liber dom. Wenceslai plebani in Michalowycz«, et specificantur contenta. In operculo infer. intrinsecus exarata est epistola invectiva in quendam sacerdotem mendacem, plebanum ecclesiae in Juniori Boleslavia. Vetus sign. ?, 49.

871 *V. D. 3.* (*Y. I. 3. n. 84.*)

chart. a. 1407 ff. 263, 31 × 22 cm. 1 m.

Bartholomaei de S. Concordio Summa Pisana.

f. 1a »Quoniam, ut ait Gregorius super Ezechielem« × f. 259b »Consummatum fuit hoc opus in civitate Pysana per fr. B. de S. C. . . a. d. 1338 die 7. mensis Decembris . . . Bartol. obiit a. 1347 die 2 mensis Julii.«

f. 259b—263a Registrum operis, in cuius fine haec nota est: »Finita est hec Summa proxima fer. III ante Gregorii pape a. d. **1407** per manus **Philippi Sneph de Tulna.**«

f. 263b Testatur quidam Johannes de Lythomyerzycz se librum vendidisse dom. Jacobo a. 1422 in domo habitationis Mag. Cristanni rectoris eccles. s. Michaelis.

872 *V. D. 4.* (*Y. I. 3. n. 85.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 121 num., 30·5 × 21 cm. 1 m.

Psalterium cum glossa (Richardi cuiusdam).

f. 1a »Magna spiritualis iocunditatis novitas« × f. 121a »Explicit psalterium cum glosa.« Sequuntur Augustini verba de laude psalmorum.

Registrum adglutinatum est operculo inferiori. In operculo super. hic titulus est: »Psalterium cum Richardi glosa«; sed quis hic R. fuerit, nusquam reperio. Vetus sign. B, 40.

873 *V. D. 5.* (*Y. I. 4. n. 86.*)

chart. saec. XIV et XV ff. 155 num., 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1a—15b **S. Johannis Chrysostomi libri duo de cordis compunctione.** »Cum te intueor, b. Demetri« × »mortalibus flammis.«

f. 15b—27a **Eiusdem Liber de reparatione lapsi.** »Quis dabit capiti meo aquam« × »archangelicis collocandam.«

f. 27a—36a **Eiusdem Liber de conversione vitae.** »Noli ergo queso te amice« × »cursum nostrum in salutem.«

f. 36a—46b **Eiusdem »Liber de hoc, quod nemo possit ledi ab alio nisi a semet ipso«.** »Scio quod crassioribus« × »qui a semet ipso non leditur.«

f. 46b—124b **Eiusdem Sermones,** quorum registrum vide in fine.

f. 125a—126a (anepigr.) »Regule quinque, per quas scire possumus, quando aliquod peccatum est mortale vel veniale.« Item de oratione.

f. 126a—141a (anepigr.) **Tractatus de confessione.** »Circa confessionem primo queritur« × »nichil inde habebit.«

f. 141a—144a »Incipit **Summula brevis edicionis ostendens, que in tempore interdicti prohibentur vel conceduntur**« × »concessa Chr. ecclesie a Christo . . . Et sic et finis istius tractatus de ecclesiastico interdicto.« (Auctor est **Johannes Calderinus**, cf. cod. V. A. 9. f. 187.)

f. 144b—146b **Johannis Calderini Distinctio de irregularitate.** »Irregularitas fit definitive« × »iuribus preallegatis. Et sic est finis distincciones Joh. Cald.«

f. 147a—154b (anepigr.) **Acta varia de compactatis inter Bohemos et concilium Basiliense** (parum discrepantia ab editis Archiv Český III, 398 sq.) His insertum est f. 152b—153a Edictum bohemicum deputatorum ad eligendum gubernatorem a. 1433. (**Výrok volitelů správce zemského z usnesení sněmu Svatomartinského r. 1433**, netištěný, ale srovn. Archiv Český III, 412.)

f. 155a—155b **»Articuli propositi in sacro concilio dominis Bohemis XVIII Januarii 1424«** (sic).

In fol. membran. operculo infer. adligato copiata est **»Epistola missa a concilio Basiliensi Boemiam a. 1434** circa Judica in quadragesima« (Epistolam hanc datam **V. kal. Mart.** 1434 ed. Martene & Durand VIII, 705.) Codicem nostrum quoad materias juridicas recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 39. De Actis f. 147a—154b cf. Archiv Český III, 398—418. In fol. membr. praeligato annotatum est registrum contentorum mancum, in fol. operc. infer. adligato verso hic possessor saec. XV: »Bonus liber Mag. Cristanni« (de Prachaticz).

874 *V. D. 6.* (*Y. I. 3. n. 87.*)

chart. a. 1412 ff. 323, 30·5 × 21 cm. 1 m.

Johannis (Sarisberiensis) Policraticus de curialium nugis et vestigiis philosophorum.

f. 1a »Incipit encheticus (?) Johannis in Policraticum. Si mihi credideris« . . . f. 4a »Incipit prologus. Jocundissimus cum in multis« × f. 321b »Explicit Policraticon liber sollempnis scriptus a. d. **1412** infra octavam s. Jacobi.«

f. 321b—323b Registrum operis.

Vetus sign. A, 8.

875 *V. D. 7.* (*Y. I. 3. n. 88.*)

chart. saec. XV in. ff. 182 num., 31×22 cm. 3 m.

f. 1ª—82ᵇ **Hugonis (de S. Victore) Tractatus de praeparatione cordis (Liber spiritualis disciplinae).** »Preparate corda vestra« × »que in eo et per eum habebuntur.« Sequuntur versus rubricati: »Caracter animo study propinatur optanti In codice dulci« etc.

f. 83ª—129ᵇ **(Nicolai Magni de Javor) Liber de tribus votis religiosorum.** »Amice, commoda michi tres panes« × »pax perpetua et salus infinita, quam nobis concedere dignetur« etc.

f. 130ª—133ᵇ »**Regulacio prelatorum et correccio eorum.** Venerandus doctor Egidius in scripto suo« × »Correccio de modo vivendi prelatorum et eorum substitutorum compescens enormitates suas explicit.«

f. 134ª—147ª **Fr. Adae Soliloquium de instructione animae.** »Dominis suis venerandis . . . Walthero priori« × »Expl. soliloq. fratris Ade de anime instruccione.« (Cf. Fabricium I, 10, qui auctorem vocat abbatem Loci regii in Anglia.)

f. 147ᵇ—161ª (anepigr.) **Anonymi Epistola ad quendam praedicatorem Pragensem data** (ed. Hardt, Conc. Const. III, 338. — Hic in fronte manu saec. XVII attribuitur Stephano Palecz).

f. 162ª—182ᵇ **(Nicolai de Dinkelspühl) Tractatus de communione sub utraque specie contra Hussitas editus in concilio Constantiensi.** »Barones regni Bohemie serenissimo . . . Sigismundo . . . miserunt libellum« × »Expl. tract. de utraque specie contra Hussitas editus per Mag. ac doctorem utriusque iuris N. in Constancia tempore concilii.«

Operculo adglutinata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam liturgici, notis musicis instructi, saec. XIV. Vetus sign. J, 63.

876 *V. D. 8.* (*Y. I. 3. n. 89.*)

chart. a. 1462—63 ff. 365 num., 31×22 cm. d. m.

f. 1ª—24ᵇ **Testamenta XII patriarcharum (a Roberto Lincolniensi translata).** »Et primo testamentum Ruben. Transcriptum testamenti Ruben« × »scilicet per manus Moysi. Benedictus deus in sec.«

f. 25ª—34ᵇ »Ad honorem dei et dom. n. J. Chr. incipit **Historia Joseph translata de arabico per fr. Alphonsum de Hispania,** quam scripsit in Egypto existens in carcere Zoldani a. d. 1336. Jacob autem habuit« × »in quo solus Joseph vehebatur. Cetera patent in biblia.«

f. 34ª (sic)—38ᵇ **B. Bernardi Tractatus admonitorius ad quandam abbatissam.** »Tue non immemor peticionis« × »infra paucos dies potuit promereri. Ba mily brachaczku. Sic finis habetur huius tractatuli, qui scriptus est per me **Johannem (sacerdotem) indignum de Lucawecz plebanum . . . in Ssiebierzow** et est finitus fer. VI ante purificacionem b. M. a. d. **1462.**«

f. 39ª—52ᵇ **Jacobi de Cessolis Liber de ludo scacchorum.** »Ego fr. Jacobus de Cessolis« × »vitam mutat et mores. Ba buopomozy mily batiku, źies tak mudry byl. Expl. tractatus scacorum editus per quendam fr. Jacobum, scriptus autem per me **Johannem de Lucawecz, filium Wenceslai de Krzywsaudow,** sacerdotem indignum, **plebanum tunc temporis in Ssiebierzow** a. d. **1462** et hoc fer. III in die invencionis s. Stephani hora diei XXII.«

f. 53ª—148ª (anepigr.) **Guilelmi Peraldi Tractatus de vitiis.** »Dicturi de singulis viciis« × »tacuisse vero nunquam.«

f. 149ª—192ª **Cyrilli episcopi Quadripartitus apologeticus.** »Secundum Aristotilis sentenciam« × »Expl. liber quadripartiti editus a Cirillo episc. . . . (lacuna excisione facta) finitus a. d. **1462** fer. IV ante Gregorii.«

f. 193ª—205ª **Hugonis (de S. Victore) Tractatus de bona conscientia.** »Sicut precepta legis humane« × »Expl. tract. Hugonis de bona consciencia.«

f. 205ᵇ—207ᵇ **S. Bernardi Tractatus de spirituali exercitio.** »Cum die quadam« × »Expl. b. B. de spir. ex.«

f. 208ª—209ᵇ **Eiusdem Tractatus de conscientia.** »Consciencia, in qua anima« × »Expl. tr. de consc. b. Bernardi.«

f. 210ª—211ª **S. Augustini De honestate mulierum ad clericos.** »Nemo dicat fratres« × »Expl. liber A. de h. m. a. cl.«

f. 211ª—223ᵇ **S. Bernardi Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »Expl. liber med. s. Bernardi.«

f. 223ᵇ—239ᵇ **S. Augustini Soliloquia.** »Cognoscam te domine« × »Expl. soliloquia Augustini.«

f. 240ª—259ᵇ **Eiusdem Enchiridion.** »Dici non potest« × »Et sic est finis enchyrydyon.«

f. 260ª—266ᵇ **Eiusdem Manuale.** »Quoniam in medio laqueorum« × »Et sic est finis libri Aug. Manuale verbum, quod eciam vocatur Speculum.«

f. 267ª—281ª **Eiusdem Liber exhortationis ad quendam militem.** »O mi frater, si cupias« × »imper. et potestas.«

f. 281ᵇ—288ª **Eiusdem Liber de vita christiana.** »Ego Aug. primus peccator« × »Expl. liber b. A. de v. chr.«

f. 290ª—321ª **Hugonis (de S. Victore) Tractatus de praeparatione cordis.** »Preparate corda vestra« × »Expl. liber Hugonis de p. c. finitus a. d. **1463** sabbato ante kathedram s. Petri . . . per manus **Georgii in Ssemberk** tunc temporis.«

f. 322ª—365ª **S. Augustini (?) Sermones 35.** »Multos enim audio dicentes« × »sed tamen corporeo eget alimento« (cetera desunt. Etiam initium videtur deesse aliquot foliis praecedentibus excisis).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis liturgici saec. XIII u. ad XIV. De librario Johanne de Lukavec cf. Věstník Č. A. 1899 p. 181. Vetus sign. A, 50.

877 *V. D. 9.* (*Y. I. 4. n. 90.*)

chart. saec. XV ff. 242, 30·5×22 cm. d. m.

Nicolai de Lyra Glossa in psalterium.

f. 1ª »Propheta magnus surrexit« × f. 242ᵇ »in sec. sec. laudabunt te. Ad quam laudem« etc.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis grammatici saec. XIV In operculo super. intrinsecus possessor quidam libri saec. XV »proventus bra.

seorum et pecunias de patellis« per singulas dominicas sibi adnotavit. Reliquiis inscriptionis externae librum fuisse collegii nationis bohem. edocemur. Vetus sign. A, 16.

878 *V. D. 10.* (*Y. I. 4. n. 93.*)

chart. saec. XV (pars a. 1458) ff. 379 num., 31 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—2ª (anepigr.) Declaratio super extravagantem »Provide« de interdicto pro pecuniis.

f. 2ª—2ᵇ Constitutio contra illos, qui contracto matrimonio accipiunt sacros ordines.

f. 2ᵇ—5ᵇ Ne fratres minores sub nomine Romanae ecclesiae aliqua bona mobilia petant ad eam spectantia sine sedis apostolicae licentia.

f. 5ᵇ—6ª Determinatur hic Christum et apostolos proprium in communi habuisse.

f. 6ª—10ª Declaratio dubiorum circa praemissum articulum.

f. 10ª Prohibetur ars alchimiae.

f. 10ª—10ᵇ Ut quaelibet ecclesia mendicantium una campana sit contenta.

f. 10ᵇ—13ª **Clementis papae IV Privilegium fratribus minoribus concessum, quod dicitur »Mare magnum.«** Quae praecedunt, omnia Schulte (Canon. Hdsch. p. 39) colligit sub titulo: **Decretales octo extravagantes Clementis V et Johannis XXII.**

f. 13ª—15ᵇ **Instrumentum publici notarii in causa articulorum a Michaele de Broda Teutonicali (= de Causis) contra fr. Bernhardinum Senensem Johanni card. S. Sixti datorum a. 1432** (copiatum).

f. 15ᵇ—18ª **Mag. Bartholomaei de Florentia ord. praed. Pronunciatio adversus novum characterem nominis Jesu a fr. Bernhardino adinventum.** In fine: »**Bononie Octob. XXIII a. d. 1431.**«

f. 18ᵇ—140ª **Documenta varia (bullae papales, litterae episcopales etc.) controversiam de ordinibus mendicantium concernentia et illustrantia.** (Quibus f. 77ᵇ—92ª insertus est **Guilelmi de S. Amore Tractatus studentium Parisiensium de periculis ecclesiae imminentibus.**)

f. 140ᵇ—145ᵇ **Petri episc. Urbevetani Tractatus de canonica portione vulgariter dicta quarta.** »Rever. in Chr. patri . . . episcopo Narniensi« × »Vide de hoc plene in Summa huius . . . Explicit tractatus de . . . (lacuna evulsione facta).

f. 147ª—230ᵇ **Tractatus »Pauperis« contra insipientem novellarum haeresum confictorem circa evangelicam perfectionem.** »Quis dabit capiti meo aquam« × »cum quo et triumphamus ipso prestante omnium triumphatore, qui« etc. »Expl. tractatus« etc. ut supra.

f. 231ª—378ᵇ **Mag. Johannis de S. Amore »Sciencia ad cognoscendum pericula ecclesie generalis,** que per ypocritas pseudopredicatores penetrantes domos et ociosos curiososque et girovagos presentes et futuros introduci debet, et de signis eorum et qualiter vitari debent eciam et puniri . . . Sapienciam antiquorum omnium exquiret« × »ut legitur Math. ultimo.« (rubr.:) »A. d. **1458** exaltacionis crucis.« (Fabricius commemorat non Johannem sed **Guilelmum de S. Amore,** qui opus hoc repastinatum ad Clementem IV misit.)

f. 379 (anepigr.) Articuli 50 accusatorii contra fratres minores.

Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 39. Operculo infer. adligatum est fragmentum instrumenti publ. notar. Nicolai Fieron, Basileae conscripti, concernentis excommunicationem quandam per synodum generalem pronunciatam. In operculo super. annotata est tabula contentorum.

879 *V. D. 11.* (*Y. I. 4. n. 94.*)

chart. saec. XV ff. 118, 32 × 22 cm. 1 m.

Commentarius in evangelium s. Matthaei.

f. 1ª (anepigr.) »Quatuor sunt minima de re (sic pro terrae)« × f. 118ᵇ »atque malicie, quam exercuerunt in te. Explicit Matheus.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIII u. ad XIV.

880 *V. D. 12.* (*Y. I. 4. n. 95.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 228, 30·5 × 21·5 cm. 1 m.

Alphabetum aureum. Pars II exhibens lit. L—S.

(Hoc titulo solummodo in schedula operculi super. insignita est quaedam encyclopaedia theologica anonymi.)

f. 1ᵇ (post seriem vocum) »Lux IX modis in bono, uno indifferenter, duobus in malo. Cap. I. Lux multiplex est« × f. 228ᵇ (vox »squame«) »ut Jesum dolo tenerent et occiderent. Deo gracias.«

Partem III eiusdem operis v: IX. D. 7., prima desideratur. Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. codicis astronomici, in quo occurrunt tabulae motus lunae a. 1356 et 1357. In operc. super. intrinsecus annotatum est: »Mykulass dedit«, sed Campanus (Calend.) habet donatorem Paulum de Slavikovic. Sign. librar. Nationis C, 16.

881 *V. D. 13.* (*Y. I. 4. n. 98.*)

chart. a. 1470—71 ff. 61 num., 32 × 22 cm. 3 m.

f. 1ª—22ª **S. Augustini Tractatus de baptismo parvulorum (= de peccatorum meritis).** »Quamvis in mediis et magnis curarum estibus« × »humilitate sanemur.« (rubr.:) »A. d. **1470** . . . omnium sanctorum est terminatum hoc opus Aug. de b. p. Imposuit Mr Stanislaus de Kosten.« (Manu **Johannis de Lukawecz** scriptum esse videtur.)

f. 23ª—50ª **Dialogus ss. Basilii et Johannis Chrysostomi** cum notis grammaticis in margine. »Michi quidem multi fuerunt certi amici« × »tuum recipias habitaculum. Expliciunt libri dyalogorum ss. Basilii et Johannis Crisostomi a. d. **1471** reportati et per Mag. Stanislaum de Kosten tunc temporis hospitem Nacionis Boemice pronuncciati. Et hoc opus videlicet est terminatum f. V ante Pauli apost. Finis nequicie prime.«

f. 51ª—55ª **S. Augustini Liber de agone christiano.** »Corona victorie« × »coronam victorie mereamur.«

f. 55ª—57ª **Eiusdem Liber de divinatione daemonum.** »Quodam die in diebus sanctis« × »adiuvat respondebimus.«

f. 57ª—61ª **Eiusdem Liber contra quinque haereses.** »Debitor fratres sum fateor« × »custodit in s. s. Expl. Aug. contra quinque hereses a. d. 14 . . . (lacuna ex evulsione) decidat pravitas.«

Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici notis mus. instructi saec. XIV. De librario Johanne de Lukavec cf. Věstník Č. A. 1899 p. 181. Vetus sign. B, 14.

882 *V. D. 14.* (*Y. I. 4 n. 99.*)

chart. a. 1481—88 ff. 332, 32×21 cm. 1 m.

Commentarius in canonicas Jacobi, Petri, Johannis, Judae.

f. 1ª (Prologus in can. Jac.) »Predicatoris egregii apost. Pauli« × f. 323ª »in tempora nunquam desitura benedictus.«

f. 1—2 & 324—332 Registra.

Codicem exaratum esse a. 1481—88 notae in f. 3ª, 208ª, 239ᵇ, 323ª demonstrant.

883 *V. D. 15.* (*Y. I. 3. n. 102.*)

chart. a. 1402 ff. 208, 30 × 21 cm. 1 m.

Josephi Flavii Antiquitatum iudaicarum libri I–XIV.

f. 1ª »Historiam scribere disponentibus non unam« × f. 208ª »cognacionis Asmoneorum accepimus. Explicit liber XIV Josephi hystorie antiquitatis iudaice a. d. **1402** XVIII die mensis Aprilis. **Martinus** horum scriptor **de Lhota** dicta **Patrzyn.**«

Vetus sign. Q, 74. Continuationem ab eodem librario scriptam nec non Josephi libros de bello iudaico v: VII. E. 2.

884 *V. D. 16.* (*Y. I. 3. n. 103.*)

chart. a. 1376 ff. 2 n. n. + 139 num., 29·5 × 22 cm. 2 m.

Sicardi episc. Cremonensis Chronicon usque ad a. 1213 cum interpolationibus et continuatione recentioris manus res Bohemicas praecipue concernente usque ad a. 1419.

f. 1ª »Rerum creator omnium et opifex« × f. 138ª »Explicit cronica dom. Sickardi Cremonensis episcopi edita super vetus et novum testamentum, sed scripta a. d. **1376.**«

f. 138ª—139ᵇ Continuatio chronici, quae absolvitur in 2 ff. codici praeligatis non num. (Cf. Höfler Script. rer. huss. II, 69.)

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. codicis grammatici saec. XIII—XIV. Vetus sign. T, 3.

885 *V. D. 17.* (*Y. I. 4. n. 104.*)

chart. a. 1376–1377 ff. 355 num., 30×20 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Glossa (= Catena aurea) super Lucam et Johannem.

f. 1ª »Inter cetera incarnacionis Christi misteria« × f. 179ᵇ »Explicit opus Thome de Aquino super Lucam comparatum per honor. dom.

Wenczeslaum fratrem ordinis Mylocensis sub a. d. **1376** in vigil. sanct. XI milia virginum.« f. 352ᵇ »Explicit opus Thome de Aquino super Johannem compar. (per eundem) finitum sub a. d. **1377** domin. I post epiphan. per manus **Martini de** Tercia feria vel de **Wtery** . . . Myly knyeze pross za mye boha.« (Rubr.:) »Hospodyne wtwu nadyegy klasteru to obyetugy totyz Milewskemu.«

f. 352ᵇ—355ª Registrum utriusque catenae.

Operculis adglutinata erant fragmenta chart. codicis, quo continebantur **Acta iudiciaria episcop. Prag. saec. XIV,** quae nunc separatim asservantur. Iisdem ad numerandum esse puto fol. membr. operculo infer. adligatum. Super. operculo adligatum est fragmentum litterarum quarundam capituli episcopatus Pragensis datarum a. 1325 (ed. Tadra, Soudní akta VII, 217).

886 *V. D. 18.* (*Y. I. 3. n. 106.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 193 num. 30·5 × 21·5 cm. 1 m.

f. 1ª—26ª **Eusebii Pamphili Liber de situ et nominibus locorum hebraicorum s. Hieronymo interprete.** »Eusebius, qui a b. Pamphilo« × »Zorobabel ipse magister Babylonis.«

f. 26ª—34ª »Incipiunt Ermeneumata i. e. Interpretamenta secundum grecam ethimologiam« (s. Hieronymi?). Opus mancum desinens lit. N.

f. 35ª—163ᵇ **Glossarium latinum, hebraicum, graecum.** (In fine primae partis f. 77ᵇ haec rubrica est: »Explicit prima pars glosarum a b. Eusebio Jeronimo hebrayce, grece et latine composita et exposita«). »A littera in omnibus gentibus ideo prima« × »Zoisti interpretator.« (Hoc opus in cod. Amploniano Fol. 56 attribuitur s. Bonaventurae.)

f. 164ª—193ª **Sexti Festi Pompeii Liber de priscorum verborum significatione a Paulo abbreviatus.** »Divine largitatis munere . . . dom. regi Karolo . . Paulus ultimus servulus« × »palatina, exquilina, collina.«

In fol. praeligato codex sic intitulatur: »Interpretaciones vocabulorum Judaicorum Grecorum latinorum Ytalicorum et poetarum et significaciones b. Jeronimi.« Vetus sign. A, 12.

887 *V. D. 19.* (*Y. I. 3. n. 107.*)

chart. saec. XV ff. 313 num., 30×20 cm. d. m.

f. 1ª—80ᵇ **Nicolai de Lira Postilla super Actus apostolorum.** »Repleti sunt omnes spiritu sancto« × »transiret ad gloriam, ad quam« etc. »Expl. postilla fr. N. d. L. s. A. a.«

f. 80ᵇ—100ª **Eiusdem Quaestio de probatione per scripturas a Judaeis receptas, quod mysterium Christi praedictum a lege et prophetis sit impletum.** »Queritur utrum per scripturas« × »ad vomitum revertuntur.«

f. 101ª—313ᵇ **Commentarius in Apocalypsin.** »Apocalipsis Jesu Christi, quam dedit . . . Nota ad intellectum libri« × »Explicit glosa Apokalipsis finita in die s. Felicis et Aucti.«

In operculo super. intrinsecus haec nota est: »Istum librum dedit dom. Dorothea smigmatrix ad librariam Mathie de Chlumpczan.« Vetus sign. C, 12.

888 *V. D. 20.* (*Y. I. 4. n. 108.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 159, 30×21 cm. 1 m.

f. 1ª—5ª **Vita s. Pauli anachoretae auctore s. Hieronymo.**

f. 5ª—34ᵇ **Vita s. Antonii auctore s. Athanasio episcopo cum prologo Euagrii presbyteri.**

f. 35ª—47ª **Vita s. Hilarionis auctore s. Hieronymo.**

f. 47ª—50ᵇ »**De captivo Malcho monacho**« **narratio s. Hieronymi.**

f 50ᵇ—159ª **Vitae patrum.** »Incipit prologus in vitas patrum. Benedictus dominus, qui vult omnes« × »Explicit liber vitas sanctorum patrum. Hic laus scriptoris et grati pignus honoris Larga manus tribue que bona promeruit.«

f. 159ᵇ »Capitula libri istius per totum.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam philosophici saec. XIII, adglutinata vero fragmenta chart. Protocolli iudiciarii in causa quadam hereditaria saec. XIV ex. (ex quo comperimus inter alia regem (Venceslaum) post mortem Augustini testatoris vinum, quod existimabatur ad 500 sex., pro usu suo deduci in castrum Tocznik mandavisse). Vetus sign. C, 35.

889 *V. D. 21.* (*Y. I. 4. n. 109*)

chart. saec. XIV in. ff. 201 num., 30×22 cm. 1 m.

Homiliae veterum patrum (Augustini, Bedae, Leonis p., Remigii, Johannis Chr. et alior.) **quadragesimales.**

f. 201ᵇ »Explicit Omeliarius per quadragesimam. Chwala bud bohu.«

De tempore, quo exaratus sit codex, cf. rubricatas notas in f. 45ª et 75ª, quae communionem sub utraque et communionem parvulorum concernunt. In schedula operculo super. adglutinata hic titulus est: »2ª pars Omeliarii.« Veteres sign. H, 33 et O, 5.

890 *V. D. 22.* (*Y. I. 4. n. 110.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 311, 30×22 cm. d. m.

Thomae de Aquino Summae theologicae pars I.

f. 1ª »Quia catholice veritatis doctor non solum« × f. 305ᵇ »Explicit liber primus fratris Thome de Aquino ord. pred. magistri in theologia.«

f. 305ᵇ—311ª Rubricae libri eiusdem.

Operculis adligata sunt fragmenta duorum codicum membr. liturgicorum, notis musicis instructorum saec. XIII et XIV. Vetus sign. B, 11.

891 *V. D. 23.* (*Y. I. 4. n. 111.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 227 perperam num., 30×21·5 cm. d. m.

f. 1ª—23ᵇ **Tractatus de arte praedicandi.** »Predicacio est manifesta et publica morum et fidei instruccio« × »Explicit ars predicandi valde bona.«

f. 23ᵇ—45ᵇ »**Modi sermocinandi** boni.« »Aperui artificialiter alias tibi modum« × »Expl. modi serm. b.«

f. 45ᵇ—58ª (anepigr.) **Dictionarium theologicum mancum** (incip. ab A »significat gemitum et metum« et desinens voce: »Cena mala que est dyaboli est.«)

f. 59ª—93ᵇ (anepigr.) **Henrici de Frimaria Expositio decalogi.** »Audi Israhel precepta domini« × »ut scribitur Judicum, quod vinum nobis meritis gloriose virginis« etc.

f. 93ᵇ—97ª Tabula »punctorum notabiliorum« tractatus praecedentis.

f. 97ª—116ª (anepigr.) **Passio Christi secundum quatuor evangelistas.** »Jesus ante VI dies pasche« × »secundum spem vite eterne in Chr. J. dom. nostro.« (Ab Hussiana diversa.)

f. 117ª—149ª **(Johannis Hildesheimensis) Historia trium regum.** »Cum reverendissimorum trium magorum« × »in reddenda racione. Et cetera.«

f. 150ª—195ᵇ (anepigr.) **Cassiodori Commentarius in septem psalmos poenitentiales.** »Si ille rex et propheta convenienter David« × »felix suavitas et suavis iocunditas, ubi tu deus cum patre« etc.

f. 195ᵇ—197ᵇ **Hugonis de S. Victore Tractatus de meditatione.** »Meditacio est frequens cogitacio« × »ab ipsa veritate Chr. J. premia pollicentur.«

f. 198ª—205ª (anepigr.) **Henrici de Hassia Apologia s. Bernardi.** »In medio ecclesie aperuit deus« × »auctoritati minime contradicit. Et sic est finis huius opusculi.« (Cf. Pertz Archiv X, 665.)

f. 205ª—219ᵇ **Eiusdem** »**Epistola consilii pacis missa et mittenda Christifidelibus universis pro schismatis deposicione.**« »Universis navicule Petri gubernacula . . . regentibus« × »Et sic est finis epistole consilii pacis, de qua plurimi erubescunt.«

f. 219ᵇ—227ª »Incipit **Provinciale secundum provincias et dioeceses**« **(= Catalogus episcopatuum totius orbis Tancredi Bononiensis)** »In civitate Romana sunt quinque ecclesie patriarchales« × »pro successore suo ut supra.« (De auctore cf. Schulte Gesch. d. Quellen I, 205.)

Vetus sign. O, 16.

892 *V. D. 24.* (*Y. I. 4. n. 112.*)

chart. a. 1450 ff. 374, 30×21 cm. 1 m.

Fr. Philippi de Pergamo Speculum regiminis seu commentarius in ethicam Catonis praecedente parte prooemiali.

f. 2ª »Omne quodcunque facitis verbo aut opere« . . . f. 41ᵇ »Illustris industrie ac grandis benivolencie speculo Francisco novello genito excelsi . . . Francisci de Cararia . . . fr. Philippus de Pargamo« × f. 374ᵇ »Hoc opusculum (!) terminatum est sive finitum in capite ieiunii per **Georgium de Nachod** a. d. **1450**, in quo cessit annus iubileus.« (Ultima verba atramento illita sunt.)

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam philosophici saec. XIII—XIV, adglutinata vero fragmenta chart. libri, quo continebatur catalogus cuiusdam bibliothecae saec. XV. Vetus sign. C, ?.

893 *V. E. 1.* (*Y. III. 1. n. 13.*)

chart. a. 1456 ff. 238 num., 22 × 16 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—193ᵃ **Mag. Petri Lamberti de Reginato castro Summulae quinque cum commentario marginali et interlineari mag. Johannis de Praga.** »Ut novi arcium auditores« × »Expliciunt Sumule Mathei de Hradecz (Reginae) edite per M. (Lambertum de Re)ginato castro (lecte per) M. Johannem de Praga a. d. **(14)56** et hoc in sco(la Hr)adeczensi.« (Verba uncis inclusa e praefatione et fine ultimi huius codicis tractatus supplevimus, quia barbarus quidam librum hic mutilaverat cultro.)

f. 194ᵇ—198ᵃ (anepigr.) **Tractatus de inventione medii cum commentario (Johannis de Praga?).** »De invencione medii nota sex regulas« × »Gerbali medium dabitis dat et baralipton« (sic).

f. 199ᵇ—206ᵃ **Tractatus de potestatibus syllogismorum cum commentario (Johannis de Praga?)** »Potestates sylogismorum sunt sex« × »falsa et impossibilis.«

f. 207ᵃ—238ᵇ **Mag. (Johannis) Holandrini Tractatus de fallaciis cum commentario Mag. Johannis de Praga.** »Fallacia est defectus« × »dicta diffuse. Et sunt finite fallacie Mag. Holandrini, que sunt lecte in Hradecz per Mag. Johannem de Praga.« (Etiam haec subscriptio paululum mutilata est).

In 2 foliis praeligatis non num. adnotata est divisio artium.

894 *V. E. 2.* (*Y. II. 5. n. 16.*)

chart. saec. XV ff. 197 num., 22 × 16 cm. 1 m.

(M. Johannis Hus) Postilla super epistolas et evangelia a resurrectione usque ad festum trinitatis (cum notis et supplementis alia manu adiectis) **praecedente sermone de dedicatione.**

f. 1ᵃ »Hoc ewangelium legitur de dedicacione propter duo« . . .

f. 17ᵃ »Igitur si consurrexistis cum Christo« × f. 195ᵇ »nec tacet laudes tuas universa creatura tua.«

f. 195ᵇ—197ᵃ Sermones alieni de feria VI magna et de sabbato sancto.

Sermones M. Joh. Hus non omnino concordant cum cod. III. A. 6. Vetus sign. B, 5.

895 *V. E. 3.* (*Y. I. 1. n. 73.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 245 num., 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—10ᵃ (anepigr.) **Summa confessionis.** »Confessor circa penitentem taliter se debet regere« × »remedium concupiscencie.«

f. 10ᵃ—12ᵇ Notae variae (de 7 virtutibus, de 7 operibus misericordiae, de 7 donis spiritus s., Versus: »Multi sunt sacerdotes, qui ignorant quare« etc., narratiunculae Gestorum Romanorum).

f. 13ᵃ—166ᵃ (anepigr.) **Commentarius in Apocalypsin compilatus a quodam praedicatore Lollardorum Anglico in carcere a. 1390.** »Opus arduum valde apocalipsim . . . sumpsi explicandum« × »Explicit quoddam opus breve et debile super appokalipsim Johannis inchoatum circa na-

tale domini et aliquando mense interposito aliquando quindena non nunquam epdomada et multis diebus interruptis completum fer. V in epdomada pasce proxime sequentis a. d. 1390 in carcere.« Opus hoc in cod. 4925 bibl. pal. Vindobon. falso attribuitur Joh. Wiclif. (Věstník Č. A. 1899 p. 182.)

f. 166ᵃ—167ᵇ **(Johannis Wiclif) Tractatulus de fratribus Jacobitarum.** »Dubito (sic pro subito) aurugine previa« × »Explicit quoddam scriptum ad scolares Oxonienses de fratribus.«

f. 167ᵇ—170ᵃ »B. Jeronimus de essencia divinitatis.«

f. 170ᵃ—171ᵃ »Bernardus de miseria huius vite.«

f. 171ᵃ—171ᵇ »Ambrosius de moribus ecclesie.«

f. 172ᵃ—232ᵇ **S. Augustini Sermones super canonicam s. Johannis.** »Meminit sanctitas vestra« × »quantum Christo credis predicandi.«

f. 233ᵃ—245ᵃ **Eiusdem Sermones XII.**

In operculo super. intrinsecus et in fol. praeligato non num. occurrunt 1) Sermo b. Augustini super symbolum, 2) Signa salvationis et dampnationis. In fronte eiusdem operculi notatum est nomen »Marcus«.

896 *V. E. 4a.* (*Y. II. 5. n. 21.*)

chart. a. 1446—1457 ff. 307, 21·5 × 16 cm. d. m.

f. 1ᵃ—97ᵇ **(Mag. Matthiae de Pobiezowicz) Lectura super Praedicamenta Aristotelis.** »Materia libri predicamentorum, quem legendum et disputandum suscepi« × »Et sic est finis pred. Arist. a. d. **(14)57** fer. VI ante penthecosten hora 24.«

f. 98ᵃ—138ᵇ **(Eiusdem) Lectura super Aristotelis librum Periermenias** (in fine manca). »In virtute primi et optimi boni librum exordiens peryerm. ipsum duobus perficiam« × »Ethiops est deures (?)«.

f. 139ᵃ—157ᵃ (anepigr.) **Lectura de logica (veteri arte).** »Circa materiam veteris artis« × »sic est proprium«.

f. 157ᵇ—194ᵃ (anepigr.) **Lectura super Aristotelis Praedicamenta.** »Sequitur materia libri predicamentorum« × »Opus complevi fer. IV in vigilia annunciacionis b. virg. . . . a. d. **1451.**«

f. 195ᵃ—196ᵃ Notae philosophicae variae.

f. 197ᵃ—204ᵇ (anepigr.) Introductio in logicam.

f. 205ᵃ—208ᵇ Tractatulus confusionum expositus.

f. 209ᵃ—221ᵇ Tractatulus consequentiarum expositus.

f. 222ᵃ—232ᵃ **»Capellanus super librum Biligam« (= Richardi Billingham).** »Sequitur materia libri Biligam« × »Et sic est finis Capellani super Biligam.«

f. 232ᵃ—234ᵇ **Idem super ampliationes.** »Circa materiam ampliacionum« × »Et sic est finis ipsius Capellani super ampliaciones.«

f. 234ᵇ—239ᵇ (anepigr.) Lectura de appellationibus.

f. 240ᵃ—258ᵃ **Mag. Johannis Hollandrini Tractatus de obligationibus cum lectura Mag. Conradi de Campidona.** »Dubitatur hic circa istum tractatulum« × »Et sic est finis huius operis mag. J. H. Et est finitus iste liber fer. V in die nativit. b. M. nec non lectus per rever. mag. C. de C. in univers. Prag. a. d. **1446.**«

f. 259ª—287ᵇ **»Puncta libri priorum« Aristotelis.** »Incipit materia libri priorum analeticorum« × »Explicit materia priorum a. d. **1449** II. fer. post festum Thome de Aquino.«

f. 288ª—307ᵇ **Capellani »Puncta libri posteriorum«.** »Incipit materia Analeticorum posteriorum« × »Et sic est finis poster. analet. i. e. resolutoriorum per rever. Capellanum dive memorie collectorum per manus **Johannis dicti Pražak de Krzyzanow** a. d. **1449** sabbato ante primam dominicam post Epiphanie.«

In fol. membran. praeligato hae duae notae diversarum manuum occurrunt: 1) »Disputata Pobiezowicz super veteri arte« (nota haec auctorem duorum priorum operum concernere videtur), 2) »Incorporatus sum alme universitati Pragensi in die Hedwigis sub rever. Mag. Wenceslao Pala a. 1466.« Item notatum est in fol. 150ª (illigato): »Hilarius de Litomierzicz sub mag. Petro de Hradecz Regine istam determinavit questionem . . . a. d. 1451 illa fer. V ante reliquiarum.« Vetus sign. R, 62.

897 *V. E. 4b.* (*Y. II. 5. n. 34.*)

chart. a. 1479 ff. 100 num., 21·5 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—69ª (anepigr.) **Aristotelis Liber de causis (dictus etiam Lumen luminum) cum commentario Alpharabii.** Prologus: »Utrum de primis causis possit esse sciencia.« Textus: »Omnis causa primaria« × »cuius unitates faciens.« Finis comment.: »Fer. II ante Kather. **1479.**«

f. 70ª—85ª (anepigr.) **Canones astrolabii ad formam longiorem sed faciliorem redacti.** »Quia plurimi ob nimiam quandoque acurtacionem« × »Finis huius scripture fer. II post Viti in collegio Reiczkonis, et in crastino idem inceptum per Mag. Jacobum ad declarandum hora 18.«

f. 86ª—97ª **(Gerhardi Cremonensis) Theorica planetarum.** »Circulus dicitur excentricus« × »et non corporaliter. **1479** in collegio Reiczkonis.« (In fronte f. 86ª haec nota est: »Theorica planetharum cepit legi per Mag. Wenceslaum de Trzepsko fer. II post Prisce hora 20 **(14)79.**«)

f. 98ª—100ª Figurae astronomicae ad opus praecedens spectantes

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis saec. XIV—XV exhibens regulas vitae versibus expressas inc.: »Linque metum leti, nam stultum est tempore omni.« Vetus sign. D, 38.

898 *V. E. 4c.* (*Y. II. 5. n. 2.*)

chart. saec. XV in. (pars a. 1405) ff. 140 num., 21·5×15·5 cm. d. m.

f. 1ª—76ª (anepigr.) **Quaestiones super Aristotelis Posteriorum analyt. libros.** »Omnis doctrina et omnis disciplina« × »ponit implicitas differencias.«

f. 77ª—108ᵇ **Mag. Petri de Premyslavia Disputata consequentiarum.** »Queritur primo, utrum de consequenciis sit sciencia« × »Expliciunt consequenciarum disputata rev. mag. P. de Pr. finita III fer. post do quasi v.«

f. 109ª—116ª (anepigr.) **Modi probandi propositiones diversas.** »In generali duo sunt facienda« × »Explicit textus philosophorum (?) finitus a. d. **1405** fer. 3 ante letare in vigilia b. virginis Marie.«

f. 116ª—120ᵇ (anepigr.) **Declaratio sophismatum Alberti de Saxonia.** »Omnis homo est omnis homo« × »de aliquibus speciebus« (mancum ?).

f. 121ª—132ᵇ (anepigr.) **»Disputata super Biligam« (= Richardi de Billingham librum de probationibus).** »Nota. Probare est unum minus notum« × »aliqua alia secundum« (cetera desunt).

f. 133ᵇ—135ᵇ **Mhd. (lat.-deutsches) Wörterbuch C–U.** »Cancellatis manibus mit beslossen henden« × »ultro i. e. voluntarie.«

f. 136ª–140ᵇ **Mhd. Beichtspiegel.** »Herre ich bekenne gote vnd seyner muter« × »von gancz moinem herczen. Et sic est finis deus meus.«

In operculo super. intrinsecus notata sunt manu saec. XV contenta, quorum titulos et nos secuti sumus, quoad erat necesse. Vetus sign. R, 31.

899 *V. E. 5.* (*Y. II. 5. n. 23.*)

chart. saec. XV (pars 1458) ff. 344 num., 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—72ª **Johannis Gerson cancell. Paris. Liber de vita spirituali animae.** »Rever. in Chr. p. d. N. episcopo Cameracensi« × »operis dedicamus.«

f. 73ª–80ª (anepigr.) **(Eiusdem?) Tractatus de absolutione sacramentali.** »Gracia tibi et pax, frater karissime« × »cum sanctis omnibus consolemur.«

f. 80ᵇ—90ª **Johannis Gerson Opusculum de modo orandi.** »Oportet semper orare« × »quod precipuum tue motivum oracionis.«

f. 90ᵇ—97ª **Eiusdem Tractatus de attentione orationis.** Prima particula. »Descendam communiter ad particulares casus aliquos« × »a nobis devotissime imploratum.«

f. 97ª—100ª **Eiusdem Tractatulus de arte bene moriendi.** »Si veraces fidelesque amici« × »sicud in domo dei Parisius laudabiliter observatur.«

f. 100ᵇ–122ª **Eiusdem Tractatus de sollicitudine ecclesiasticorum ad fratres Caelestinos.** »Nolite solliciti esse« × »in Chr. J. dom. nostro. Finitur hic tractatus cancellarii Parisiensis. Sequuntur tituli questionum.«

f. 119ᵇ (sic) —120ᵇ **Eiusdem »Dubium quoddam de delectacione in servicio dei.** »Dubitabat nuper aliquis« × »solitarius inhabitet.«

f. 120ᵇ—122ª **»Composicio eciam cancellarii de confessione.«**

f. 122ª—123ᵇ **Eiusdem »Distinccio magistralis de modo excommunicacionium et irregularitatum.«**

f. 124ª—205ᵇ (anepigr.) **Confessionale.** »Conatus sum et utinam non frustra« × »Et tantum de materia confessionis secunde persone . . . A. . . (? annus cultro excisus est) die Martis nona mensis Aprilis.«

f. 206ª—235ᵇ **Johannis Gerson Tractatus de contractibus.** »Qui volunt fieri divites« × »Finitur tercia pars de materia contractuum dom. cancellarii.«

f. 236ᵇ—273ª (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de potestate ecclesiastica.** »Potestas ecclesiastica debet ab ecclesiasticis« × »quia nec ita velle debet.«

f. 273b—274b Arbor potestatis ecclesiasticae.

f. 274a (sic) —344a **Nicolai de Cusa Docta ignorantia.** »Admirabitur et recte maximum tuum reor probatissimum ingenium« × »Explicit docta ignorancia dom. Nicolai de Kussa doct. eximii nec non cardinalis . . . a. **1458** Luce per fr. **Andream S.** (Nomen scribae legendum a dextra!).

f. 344b »Descripcio qualitatis corporis nostri salvatoris« secundum epistolam fictam Lentuli.

Operculis adligata sunt fragmenta instrumenti publ. notarii, quo testamentum quoddam Romae recognoscitur (saec. XV.).

900 *V. E. 6.* (*Y. II. 5. n. 18.*)

chart. saec. XV ff. IV + 250 num., 21 × 15·5 cm. 1 m.

f. Ia—IIIb (recentiori manu) Sermo in vigilia nativitatis domini.

f. IVb (eadem manu) Tabula in codice contentorum.

f. 1a—51b **S. Augustini Sermones 31** (quorum unum »de augurio« ed. Patera, S. Vítský rkp. p. 378).

f. 52a—94b **S. Johannis Chrysostomi Sermones 28.**

f. 95a—153b **Liber de perfectione vitae.** Cap. I. »Si vis perfectus esse« × »Expl. liber de perf. vite.« (Opus praecedit tabula capitum in fol. non numerato).

f. 154a—189b **Tractatus de sanctificatione ieiunii.** »Jesu Chr. fidelis imitator« × »Expl. tract. de sanct. ieiun.«.

f. 190a—213b **Tractatus de via paradisi.** »Est via ducens ad vitam« × »Expl. tract. de via paradisi.«

f. 214a—237a **Tractatus de adventu Christi.** »Legimus in epistola b. Pauli ad Gal.« × »semper gracias agere.«

f. 237b—243a Sermo de novo sacerdote.

f. 243a—248a Sermo de animabus in purgatorio.

f. 248b—249b **Benedicti XII Bulla definiens articulum fidei de visione dei post mortem iustorum, data Avenione kal. Febr. pontif. a. secundo (1336).** (Inscriptio bullae cultro excisa est.)

f. 249b—250b Nota de testamento non integra.

Singula opuscula codicis huius notis marginalibus instructa sunt. In operculo super. nota: »Liber fratrum Coelestinorum in Owin.«

901 *V. E. 7.* (*Y. II. 5. n. 26.*)

chart. a. 1448—1449 ff. 175, 21·5 × 16 cm. 1 m.

Mag. Buzkonis de Kdyna Quaestiones super Aristotelis libro de anima.

f. 117b (completo libro II haec nota occurrit in margine:) »Finitum fer. III in vigil. Philippi et Jacobi a. d. **1448** in domo dom. Mathie de Chlumpczan circa Bethlem Prage.«

f. 118a—124a Index alphabeticus realis super quaestionibus praecedentibus.

f. 175b (nota in margine:) »Tantum et non plus est collectum per Mag. Buzkonen de Gdina, de cuius eciam exemplari scripsi incipiendo in illa questione secundi »Utrum sensus gustus potencialiter etc.«, anteriores vero questiones de reportatis per eundem mag. Stanislai. Circa principium vero multum abbreviavi, ut videbatur. Finitum et inceptum et per totum per manus **Nicolai** scriptum in domo dom. Mathie de Chlumpczan circa Bethleem fer. V post Judica feliciter terminatum a. d. **14(49?)**« (finem ligator delevit).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam liturgici notis musicis instructi saec. XIV. In operculo super. intrinsecus occurrit monogramma M super W et a. 1519. Vetus sign. D, 10.

902 *V. E. 8.* (*Y. II. 5. n. 19.*)

chart. a. 1453—1454 ff. 278 num., 21 × 16 cm. 1 m.

Quaestiones in Aristotelis libros physicorum, de anima, de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de longitudine et brevitate vitae, de caelo et mundo, de generatione et corruptione, meteororum (hae non integrae, cum codex in fine mutilus sit).

Crebris epilogis singulorum librorum edocemur codicem exaratum esse a. 1453—54 in domo Nazareth, sed neque nomen magistri neque suum scriba usquam prodidit.

903 *V. E. 9.* (*Y. II. 5. n. 27.*)

chart. saec. XV (pars a. 1457) ff. 283 num., 21 × 15·5 cm. d. m., cum init. pict.

Quaestiones in Aristotelis libros physicorum V—VIII, de anima, de generatione et corruptione, de caelo et mundo, meteororum, de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de longitudine et brevitate vitae.

f. 65b (Completo libro VIII phys. haec nota resectione valde mutilata occurrit:) »Expliciunt puncta super omnem philosophie naturalis librum physicorum, que siquidem puncta in alma Parisiensi universitate sunt commassata secundum . . . Alberti doctoris . . . ceterorumque« . . . (Huc spectat titulus asseri super. inscriptus: »Puncta Parisiensia super 4 libros phisicorum posteriores, super de anima, de generacione etc., de celo et mundo, meterorum, parva naturalia«).

f. 137a »Et hec de anima dicta sufficiant. Fer. II in die Remigii hora 21 in collegio Regine a. d. **1457** (annus hic calamo inductus est et positus »1459 currente«).

f. 280b—283a (anepigr.) **Tractatus de unitate.** »Unitas est, qua unaqueque res« × »Explicit liber . . . tate in scola s. Stephani« . . . (cetera desunt particula folii resecta.)

Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. libri liturgici saec. XI—XII, init. lit. deauratis exornati. Vetus sign. E, 11.

904 *V. E. 10.* (*Y. III. 4. n. 68.*)

chart. saec. XV ff. 151 num., 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1a—126b (anepigr.) **Commentarius in Pauli epistolam ad Hebraeos.** (Prologus:) »Remissas manus et soluta genua erigite« (in hoc prologo vehementer invehitur in clerum auctor) × »me semper et omnia

scripta mea s. Romane ecclesie ac eius determinacioni humiliter submittendo.«

f. 127ª—151ª **Mag. Henrici de Hassia Sermones duo** (alter de s. trinitate). »Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem« × »Expliciunt sermones rev. mag. H. de Langensteyn dicti de Hassya.«

In operculo super. notatur: »Liber fratrum Celestinorum in Oywin.«

905 *V. E. 11.* (*Y. II. 5. n. 29.*)

chart. a. 1453 ff. 108, 22 × 16·5 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Commentarius super Aristotelis de caelo et mundo libros I et II et Petri de Alvernia super libros III et IV.

f. 1ª »Tunc opinamur cognoscere rem« × f. 108ª »Explicit exposicio s. Thome de Aquino super duos libros primos celi et mundi et super residuos duos (Petri de Alvernia — hoc nomen cultro excisum est) cum s. Thomas morte preventus non complevit exposicionem duorum librorum scilicet 3 et quarti, Petrus autem dictus complevit, per manus **Stanislai de Gnezna magistri arcium a. 1453** sabbato ante Georgii. Et hic liber per me lectus est in universitate Pragensi anno prenominato, quem legere incepi fer. III post Katherine et terminavi eundem sabbato nominato.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. cuiusdam codicis hebraici, in quorum altero haec nota est: »Mag. Gregorius Pragensis fer. II ante Johannis Bapt. incepit legere librum de celo a. 14(72)«. In operculo super. intrinsecus notatur: »Lectura super de celo et mundo per Mag. Stanislaum.« Vetus sign. libr. Carol. Q, 30, K.

906 *V. E. 12.* (*Y. II. 5. n. 30.*)

chart. saec. XV (pars a. 1455) ff. 213 num., 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—9ᵇ (anepigr.) **Aegidii Romani Tractatus de »esse« et essentia.** »Omne esse vel est purum existens« × »Et sic est finis fer. II ante Laurencii, quo die fuit coniunccio lune cum scorpione **1455** et illo die contigit bene in domo nacionis.«

f. 10ª—29ª **»Probleumata secundum doctoris magni sentencias limitata.«** »Presertim in sciencia universalium« × »unde fluit mensuracio« (cetera desunt).

f. 30ª—37ᵇ (anepigr.) **Tractatus de insolubilibus.** »Restat nunc dicere de insolubiiibus« × »Et sic est finis.«

f. 38ª—49ª (anepigr.) **Alter tractatus de insolubilibus.** »Pro superficiali noticia insolubiiium« × »tamen lij falsum.«

f. 50ᵇ—72ᵇ (anepigr.) Notae variae praesertim de Aristotelis physicorum libris.

f. 73ª—103ª **Quaestiones super Aristotelis libris de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, de sommo et vigilia, de longitudine et brevitate vitae.**

f. 104ª—132ª **(Mag. Stanislai de Gnezna?) Quaestiones super libro de esse et essentia.** »Utrum ab ente sumitur nomen essencie« × »et per consequens de toto libro et ipsius resumpcionem per M. Stanislaum fer. V post translacionem s. Wenceslai.«

f. 133ª—202ᵇ **Martini Poloni Sophismata.** »Iste liber est compositus ex diversis sophismatibus . . . a quodam bone memorie Martino Polono in scola s. Egidii me presente ibi a. (14)44« × »Collecta Prage per quendam studentem alme universitatis Prag. . . . finita ista collecta per rev. Martinum.«

f. 203ª—213ᵇ **Thomae de Aquino Quaestiones de principiis naturae, de sensu communi, de 2 potentiis animae, de motu cordis.** »Queritur de sensu communi« × »Expl. liber de principiis nature cum aliis . . . compilate per b. Thomam de Aquino.«

907 *V. E. 13.* (*Y. II. 5. n. 31.*)

chart. a. 1455 ff. 240, 22 × 16 cm. 1 m.

Mag. Stanislai de Gnezna Lectura super Aristotelis Topicorum libris.

f. 1ª »Algazel dicit in logica sua« × f. 240ª »Et in hoc terminatur summa tocius libri thopicorum per manus **Mag. Stanislai de Gnezna a. 1455** fer. III ipso die b. Tiburcii. Hunc eciam librum lectorie protunc terminavit in universitate Pragensi in lectorio theologorum et hoc fer. IV post Tiburcii . . . Hec summa pari parte est fratris angeli ord. s. Aug.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis theologici saec. XII. u. ad XIII. Vetus sign. K, 7.

908 *V. E. 14.* (*Y. II. 5. n. 32.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 220 num., 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—176ᵇ **Johannis Wiclif Tractatus tres logicales: Summae, Suppositiones et Consequentiae** (»Logicae continuatio« apud Shirley). »Iuvenum rogatibus, quibus afficior, superatus« × »quiecius inponendo. Et sic est finis tercii tractatus Mgri Johannis Wikleff doctoris ewangelici, cuius anima habeat eterne visionis iocunditatem, fideliter correctus.« (Ed. Dziewicki sub tit. »Tractatus de logica« London a. 1893.)

f. 177ª—202ᵇ **Quaestiones XIII theologicae et philosophicae.** Prima **Stephani Palecz**: »Utrum deus, qui creavit mundum sensibilem, in primo instanti temporis potuit ipsum prius producere et communicare creanciam alicui pure creature.« Altera Mgri **Petri de Policz**: »Utrum proposiciones ypothetice a veritatibus exemplate, quales et quante sub septem speciebus comprehendantur«, **ceterae Joh. Wiclif** (ut putat R. Beer, qui eas edid. London 1891).

f. 203ª—220ª (anepigr.) **Tractatus de parvis logicalibus.** »In pertractando materiam parvorum logicalium« × »producit et aliam partem.«

Operculo super. adglutinata est schedula, in qua codici manu saec. XV inscribitur: »Wikleph de probandis proposicionibus et de yppoteticis et questiones proposicionum«. Ibidem vetus sign. T, 30.

909 *V. E. 15.* (*Y. II. 4. n. 51.*)

chart. saec. XV ff. 255 num., 21·5 × 15·5 cm. 1 m.

Petri de Crescentiis Ruralium commodorum libri XII.

f. 1ª (rubr.:) »Epistola missa ad mag. ord. predic. . . Vener. in Chr. patri . . . fr. Aymerico de Placencia« (Sequuntur indices).

f. 10ª (rubr.:) »Epistola missa ad regem Karolum« × f. 255ª »Occiduntur porci et, ut conserventur, salsantur. Deo laudes per infinita secula seculorum.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam liturgici notis musicis instructi saec. XIV. In super. haec nota occurrit: »Iste liber est Thome medici commoranti (sic) in Nazareth ante Betleheem Pragensis.« Vetus sign. C, 19.

910 *V. E. 16.* (*Y. III. 1. n. 5.*)

chart. saec. XV ff. 134 num., 22×15·5 cm. 1 m.

f. I—Vª Registrum alphabeticum operis subsequentis.

f. 1—97ª **Johannis Hus Tractatus de ecclesia.** »Cum quilibet viator« × »Et tantum ad presens relictis aliis in posterum disserendis.« (Finis in f. 96ᵇ—97ª recentiori manu — saec. XVI—XVII — adscriptus est).

f. 97ᵇ—98ᵇ **»Articuli Mgro Johanni Hus per concilium Constanciense ad respondendum super eisdem oblati,** qui ex tractatu eius de ecclesia nuncupato multum dissone sunt excepti, prout patet veridico scripta in eodem comportanti.« (Palacký Docum. 185.)

f. 99ᵇ—102ᵇ **S. Augustini Tractatulus de contemptu mundi.** »Audite fratres carissimi« × »J. Chr. dom. nostro.«

f. 102ᵇ—104ᵇ **Eiusdem Tractatus de honestate clericorum** (sic). »Nemo dicat fratres« × »cuius misericordia plena est terra.«

f. 104ᵇ—112ª **(Johannis Hus) Tractatulus de corpore Christi** (= Edit. Norimb. p. CLXIII).

f. 112ª—134ª (anepigr.) **Argumenta pro communione sub utraque specie.** »Quod non solum sacerdotes sed eciam laici« × »totum cibaret hominem.« (Est tractatus **M. Jacobi de Misa**, cf. cod. palat. Vindob. 4524, 1).

911 *V. E. 17.* (*Y. I. 2. n. 45.*)

chart. saec. XV in. ff. 201 num., 21·5×15·5 cm. d. m.

f. 1ª Notae variae theologicae et unum proverbium bohemicum.

f. 2ª—180ª (anepigr.) **Johannis Wiclif Decalogus (= Summae theologicae liber I de mandatis).** »Premissa sentencia de dominio« × »ducitur aliena.«

f. 180ª—183ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de differentia inter peccatum veniale et mortale.** »Restat nunc discutere« × »sine discrimine nesciuntur. Iam est finis. Qui fecit dicta eius lingwa sit benedicta. Amen.«

f. 183ᵇ—185ᵇ Notae de obedientia et excommunicatione.

f. 185ᵇ—192ª **S. Augustini Sermo de essentia divinitatis.** »Omnipotens deus« × »se manifestum demonstrare. Et sic est finis sermonis huius.«

f. 192ᵇ—196ª **Tractatus »de clavibus a deo sacerdotibus collatis.«** »Tu es Petrus« × »ad dampnacionem perpetuam.«

f. 196ª—197ª Notae de symonia et de »credere«.

f. 198ᵇ—201ᵇ **Bedae Venerabilis Homilia super »Liber generacionis J. Chr.«** × »testimoniis declaratur.«

Operculis adglutinatae sunt binae literae bohemicae originales chart. (I. **List [Beneše z Risenburka?] k jakémus příteli,** aby pan Čeněk dosti měl na ubrmanu Mrzákovi z Miletinka, II. **List Matěje Pomazanky ze »Zlywye« k jakémus pánu** o Zásadku, kterou prý pravým trhem koupil. Oba listy bez data, **z konce XIV. neb poč. XV stol.** vyd. ve Věstníku Č. Akad. 1899, str. 286). In operculo super. haec inscriptio est: »Decalogus M. Johannis Wyklef.«

912 *V. E. 18.* (*Y. I. 2. n. 25.*)

chart. a. 1408—1410 ff. 166, 21×15 cm. d. m.

f. 1ª—63ª **Vocabularius latinus dictus Lucianus** (in cod. XI. D. 6 M. Henrico de Ratispona attributus). Initium deest. »sangwinis Et componitur ab achel quod est ager et emach quod est sanguis. Acheron« × »Finis luciani huius libelli in translacione s. Ludmille alias in vigilia s. Martini ep. per manus dom. **Erhardi protunc vicarii in Broda** a. d. **1410** hora 21ª.«

f. 63ª—163ᵇ Vocabularii sex latino-germanici **(Sechs lateinisch-deutsche Vocabulare),** quorum ultimus sic desinit: »Expliciunt vocabula secundum ordinem alphabeti per manus **Erhardi de Tepla«.** Hiis inserta est:

f. 135ᵇ—141ᵇ Brevis declaratio missae et sacramenti poenitentiae.

f. 163ᵇ—166ª **Synonyma latino-germanica (Lat.-deutsche Synonyma)** × »Expliciunt Synonima nec non proverbia finita in vigilia assumpcionis anno octavo **(1408)** vicesima prima hora per manus **Erhardi de Tepla.«**

f. 166ª—166ᵇ **Aenigmata et prognostica tempestatis,** incrementum foetus in utero etc.

Codicem hunc prolixius recensuit Kelle in Serapeum 1860 p. 11—13.

913 *V. E. 19.* (*Y. II. 5. n. 37.*)

chart. saec. XV in. ff. 235 num., 21·5×15·5 cm. d. m.

Lectionarium »epistolarum et evangeliorum super duas dominicas quadragesime videlicet Reminiscere et Oculi« cum expositione latina et glossis bohemicis interlinearibus (Glossy české mezířádkové).

(Verba asteriscis inclusa recepi de mutilato titulo in fronte f. 1ª, ubi etiam notatur: »Secunda pars quadragesimalis.«)

914 *V. E. 20.* (*Y. II. 5. n. 40.*)

chart. circa a. 1456 ff. 165 num., 21·5×16 cm. d. m.

f. 1ᵇ—97ª **Armandi de Bello Visu Tractatus de declaratione difficilium dictorum et dictionum in theologia.** Prooemium: »Rever. in Chr. patri . . . Johanni episc. Balenbergensi (sic)« × »medetur ut salus, revelat ut lux, cui honor« etc.

f. 97ᵇ—XIII Registrum operis praecedentis.

f. 98ª—165ᵇ (anepigr.) **Quaestiones de Aristotelis Problematibus.** »Cum animadverterem modernorum figmenta« × »Et tantum de isto

probleumate et perconsequenter de omnibus aliis in principio huius operis titulariter prenotatis (rubr.:) A. d. **1456** in scola Lete Curie.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam medicalis saec. XIV. In fronte fragmenti super. intitulantur Quaestiones sic: »Probleumatice questiones Parisiensium«. Vetus sign. B, 29.

915 *V. E. 21.* (*Y. II. 5. n. 36.*)

chart. autogr. saec. XIV ex. ff. 271 num., 21×11 cm.

Mag. Johannis Suevi de Monte Leonum Commentarius in Hippocratis Aphorismos in fine mancus.

f. 1ª (anepigr.) »Quia in rerum natura nihil est, cuius causa« . . .

f. 73ª »Et in hoc terminatur summa primi libri aphorismorum per Mag. Johannem Suevum dictum Berncz (?) de Monte Leonum ordinata et propria manu per eum conscripta in studio Pragensi.« × f. 271ª »et auricule, ut dicit Hali 2° regum« (finis deest foliis sequentibus vacuis).

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis canonistici saec. XIII—XIV, inferiori aliud fragmentum membr. codicis saec. eiusdem, quo continebatur regula ord. Praemonstratensis. Vetus sign. T, 20.

916 *V. E. 22.* (*Y. II. 5. n. 39.*)

chart. saec. XV ff. 311, 21·5×16 cm. d. m.

f. 1ª—252ª **Testamentum Novum cum notis marginalibus.**

f. 252ᵇ—267ª **Lectionarium epistolarum quadragesimalium.** »Incipit quadragesimale« × »Explicit testamentum Warhankonis a Media Rotha scriptum per me **sacerdotem Ambrosium.**«

f. 268ª—293ª (anepigr.) **Johannis Rokyczanae Tractatus de communione sub utraque specie adversus doctores** (sc. Hilarium et Křižanovský). »In nomine domini« × »illius communionis duplicis speciei J. Chr., qui« etc. (Cf. Voigt Act. lit. II, 155.)

f. 293ª—297ª **Argumenta pro communione parvulorum.** »Communio parvulorum colligitur ex infrascriptis« × »obmittere sine peccato. Et sic est finis huius operis.«

f. 297ᵇ—311ᵇ »Registrum super Novo Testamento per circulum anni.«

In operculo infer. notatus est possessor huius libri »a. 1565 Wenceslaus Prahenus.«

917 *V. E. 23.* (*Y. II. 5. n. 41.*)

chart. saec. XV ff. 202 num., 22×16 cm. 1 m.

Johannis Chrysostomi Homiliarum super Matthaeum partes duae (de opere imperfecto).

f. 1ª (rubr.:) »Liber b. Crisostomi de opere imperfecto (Cf. cod. I. E. 21.) (atram.:) »Sicut referunt, Matheum« × f. 123ᵇ »Explicit prima pars. Ubi notandum, quod hec prima pars huius voluminis non est integra, deficit enim . . . a cap. VIII ad XX . . . Incipit 2ª pars a cap. XIX« (sic) × f. 202ᵇ »in actibus apostolorum leguntur.« »Et sic est finis huius.«

Ad calcem fol. 1ª haec nota tinctura quadam vitiata occurrit: »Iste liber est monasterii s. Karoli in Praga canonicorum regularium s. Augustini.« Vetus sign. B, 50.

918 *V. E. 24.* (*Y. III. 1. n. 4.*)

chart. a. 1434 ff. 278 num., 21·5×15 cm. d. m.

f. 1ª—227ª (anepigr.) **Liber de arte medica.** »Virtus non est aliud nisi potencia« × »Completus est hic liber per **Nicolaum Můtner in civitate Pyrnis** a. d. **1434** fer. VI in festo natalis s. Brigitte.« (In hoc libro passim citantur formulae M. Albici.)

f. 228ª—239ᵇ (anepigr.) **Nomina morborum cum brevi expositione.** »Cephalea est dolor capitis« × »Hec ut melius potui explicavi, in quibus vestre caritati insudavi.«

f. 240ª—245ᵇ (anepigr.) **Tractatus de urinis.** »De nigra urina. Niger color in urina« × »defectum consequenter.«

f. 246ª—249ª **Tractatus de venenis.**

f. 249ª—263ª Excerpta ex variis libris medicis.

f. 263ᵇ—266ᵇ **Bertrucii (Bononiensis) Tractatus de quartana febri.** »Causatur hec febris« × »sunt ut plurimum salubres. Hec ilie de toto.«

f. 267ª—269ª De difficultate deglutiendi in febri. De timore in sompno. De dolore pulpae crurium. De foetore oris.

f. 269ª—278ᵇ **M. Michaelis de Savonarola Tractatus de foetore oris et morbis linguae.** »Fetor oris est odor horribilis« × »de ulceribus ginginarum. Hec M. Michael.«

In operculo infer. haec nota occurrit: »Doctor Thomas de Marchia fer. II post Judica conspexit Avicenam et voluit eum calere (?) a. (14)46«.

919 *V. E. 25.*

chart. saec. XV (1411?) ff. 238 num., 21×15 cm. 1 m.

f. 1ª—102ᵇ **(Thomae Hibernici) Manipulus florum.** (Excerpta) »Abstinencia« × »Christianus . . . Expliciunt excerpta manipuli florum.«

f. 103ª—104ª Registrum operis praecedentis cum hoc fine valde mutilato: »Finitus est liber iste sub a. . . . XI° in die (concepcionis?) s. Johannis.«

f. 105ª—238ª **Sermones varii de tempore.**

In fronte fol. 1ª haec nota est: »Hunc librum assignavit olym dom. Georgius Anshelmi ecclesie in Waniaw (?) perpetuis temporibus permanendum pro predicatore sive predicatoribus studendum. Orate pro eo.« Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIV.

920 *V. E. 26.* (*Y. III. 1. n. 43.*)

chart. saec. XV ff. 94 num., 22×15 cm. 2 m.

f. 1ª—28ᵇ **Nicolai Salernitani Antidotarius.** »Ego Nycolaus rogatus a quibusdam« × »et libidinem potenter excitat. Et sic est finis. Explicit antidotarius.«

f. 29ª—35ª (anepigr.) **Extracta ex Galeno et Avicenna de decem ingeniis curationis morborum.** »Ingenia curacionis morborum« × »Et

ista omnia extracta sunt ex dictis G. de ingenio et potissime ex septima particula cap. finali et ex dictis Avicenne primo canonis fen quarta cap. I et sic est finis tabule de ingeniis.«

f. 35ª—39ª (anepigr.) **Johannis Parisiensis Tractatus de complexionibus.** »Complexionum varietas sequitur« ╳ »diligens inquisitor concipiat indicando.«

f. 39ª—44ᵇ (anepigr.) **Tractatus de accidentibus.** »Cum accidencia, que ad se convertunt curam« ╳ »ad visum clarificandum et conservandum.«

f. 44ᵇ—56ª (anepigr.) Formulae medicae variae (F. 49ᵇ de reumate. »Quidam quadragenarius conquestus est cuidam doctori Pragensi de reumate« etc.)

f. 56ª—69ª **(Petri) de Lusignano Tractatus de pestilentia.** »Ait enim Galienus primo de ingenio sanitatis« ╳ »Explicit tractatus de pestilencia nuperrime editus ab excellentissimo arcium et medicine doctore Mgro de Tusignano« (sic).

f. 70ª—81ᵇ (anepigr. — ternis col.) Medicamenta varia, quorum nonnullis addita est interpretatio germanica **(Arzneimittel lateinisch-deutsch).**

f. 82ª—91ᵇ **Arnoldi de Villa Nova »Elixe de vinorum confeccionibus«.** »Creatori et semper virtuose regie maiestati« ╳ »et per istum modum habebis vinum nobilissimum.«

f. 91ᵇ—94ᵇ Formulae medicae variae (»Unguentum preciosissimum, cum quo fuit curatus rex Anglie.« »Aqua multe virtutis et potencie et nobilitatis.« »Ad faciendum statim urinare.« »Ad frangendum lapidem vesice.« »Contra pestilenciam.«)

921 *V. E. 27.*

chart. saec. XV ff. 82 num., 22×16 cm. 1 m.

Rutilii Aemiliani Palladii Liber de agricultura.

f. 1ª (rubr.:) »Incipit liber Rutili Thauri Emiliani viri illustris in opus Agriculture Capitulum primum de preceptis rei rustice.« (atram.:) »Pars est prima prudencie« ╳ f. 82ª »et usui reserva. (rubr.:) Explicit liber Palladii Rutili Thauri Emiliani viri illustris.«

922 *V. E. 28.* (*Y. II. 3. n. 44.*)

hart. saec. XV ff. 159 num., 21·5×15·5 cm. d. m.

f. 1 Notae theologicae variae (de peccatis, praeceptis, sacramentis).

f. 2ª—4ª Argumenta decretalium versibus memorialibus expressa.

f. 4ᵇ—9ᵇ Divisio iuris canonici et civilis.

f. 10ª—19ᵇ (anepigr.) **Johannis Andreae (?) Tractatus de processu iudicii.** »Antequam procedatur« ╳ »et sancita est Mat. 8, Marc. 5, Luc. 11.«

f. 19ᵇ—22ᵇ Expositio terminorum iuridicorum.

f. 22ᵇ—24ᵇ Dicta Gregorii et Bonaventurae de missa et versus Aegidii Romani de presbyteris.

f. 25ª—35ª & 47ª—57ᵇ (anepigr.) **Dictionarium theologicum** incip. voce »Accepcio«, desinens voce »virginitas«.

f. 36ª—41ᵇ Excerpta theologica.

f. 41ᵇ—46ª **Hugonis de S. Victore Tractatus de oratione.** »Quo studio et affectu« ╳ »in ara cordis adoletur. Expl. H. de oracione.«

f. 58ª—69ᵇ **M. Johannis de Jesenicz Repetitio pro defensione causae Johannis Hus** (in fine manca, cf. edit. Norimberg. I. f. 324ᵇ). »Hic incipit repeticio M. Jasenicz doctoris iuris canonici, qui mortuus est in carcere domini de Rosis, quia noluit revocare de communione kalicis.« (Quae nota superscripta est manu alia saec. XV.)

f. 70ª—76ª **Fr. Hermanni de Schildis Manuale sacerdotum.** »Venerab. in Chr. patri Gotfrido Osnabrigensi episcopo« ╳ »circa finem reistrantur. Deo gracias.«

f. 76ᵇ **Bulla Bonifacii IX. a. 1397 eximens studentes in universitate Pragensi ab iurisdictione ordinarii** (edita in Cod. diplom. univ. Prag. p. 370).

f. 77ª—79ᵇ & 102ᵇ—103ᵇ **Mag. Friderici Epinge,** baccal. iuris canonici, **Positio de excommunicatione** (non integra, nam superscribit librarius: »de qua aliqua recipio breviter«). »Credo communionem sanctorum« ╳ »Et sic finem impono alia vide alibi in quarto huius.« (Cf. Tomek III, 519.)

f. 80ª—92ᵇ (anepigr.) **Mag. Johannis Hus Tractatus de omni sanguine Christi glorificato.** (= edit. Norimberg. f. 154.)

f. 92ᵇ—93ᵇ Quaestio »utrum corpus Chr. sit tantum tante (sic) sacramentaliter, quantum existit in celo localiter.«

f. 93ᵇ—97ª (anepigr.) **Historia de Udone archiepiscopo Magdeburgensi.** »Anno d. 950« ╳ »severissimam ulcionem.«

f. 97ᵇ—102ᵇ Sermo super »In cathedra Moysi sederunt scribe.«

f. 104ª—129ᵇ (anepigr.) **Tractatus de simonia:** »Ubi enim maius periculum« ╳ »satis habetur ista materia.«

f. 130ª ᵃ ᵇ **(M. Hieronymi Pragensis) »Scutum fidei christiane«** (mysterium trinitatis figura delineatum et expositum).

f. 131ª—138ª **M. Johannis Hus Tractatus de corpore Christi** (carens fine. Edit. Norimb. f. 38ᵇ).

f. 138ᵇ—139ª⁻ᶜ Excerpta theologica et philosophica (de viribus animae).

f. 139ᵈ Finis cuiusdam bullae, cuius initium deest foliis aliquot evulsis.

f. 139ᵈ—141ᵇ (anepigr.) **Tractatus de chorea** cum notis marginalibus. »Corea est circulus« ╳ »in opprobrium.«

f. 142ª—149ᵇ (anepigr.) **Tractatus de malitia cleri evitanda.** »Tu es sacerdos in eternum« ╳ »rex pacificus J. Chr.« . . . Foliis 4 sequentibus non num. continetur quoddam registrum bibliorum et arbor consanguinitatis.

f. 150ª—154ᵇ **Gerardi Groot Daventriensis Tractatus de presbyteris immundis evitandis.** »Fornicator notorius« ╳ »Hec conscripsit dom. Gerhardus Gross de Davandria, lumen mundi quondam a papa appellatus« . . .

f. 154ᵇ—158ᵇ (anepigr.) **Tractatus de contractibus emptionis et venditionis.** »Quoniam circa contractus« ╳ »in corpore questionis.«

(Opus hoc in Catal. cod. Monac. III, 2, 121 **Theodorico de Erlich** in cod. nostro I. F. 13 fr. Th. de Elrich attribuitur.)

f. 158b—159a Decem necessaria ad salutem.

f. 159a—159b **Johannis Wiclif Quaestio, an licitum sit clericis habere temporalia.** ╳ »Hec W. ewangelicus doctor.«

Vetus sign. L, 6.

923 *V. F. 1.* (*Y. I. 1. n. 95.*)

chart. saec. XV ff. 166 num., 21·5 ╳ 15 cm. d. m.

f. 1a—11a **(Hermani de Schildicz) Speculum sacerdotum.** (rubr.:) »Prima species (sic) speculi huius superficiei representat« . . (atram.:) »Materia baptismi« ╳ »potest eam absolvere. Que hic deficiunt, in summa et lectura Hostiensis et in Repertorio aureo Guilelmi plenius continentur.«

f. 12a—42a **Isidori Hispalensis Synonyma.** (rubr.:) »Incipit prefacio Soliloquiorum Ysidori episcopi. (atram.:) In subsequenti hoc libro, qui nuncupatur synonima« ╳ »supra omnia vite mee places. Expl. soliloquium Ysidori.«

f. 42a—73a **Auctoritates diversorum doctorum theologicae.** »Dei omnipotentis filius« ╳ »Expl. divers. doct. auctoritates.«

f. 73a—104b **Expositio »obscuriorum materiarum in Novo ac Veteri testamento.«** »Vox in Rama audita est« ╳ »nondum cognoscunt cives Jerusalem. Expl. interpretacio et exposicio difficilium materiarum« etc.

f. 104b—124b **B. Augustini Liber de poenitentia.** »Quam sit appetenda gracia penitencie« ╳ »in odorem suavitatis.«

f. 125a—132b **Petri Pruteni Ritus Graecorum et Canones apostolorum** (Pseudo-Clementini). »Incipiunt ritus Grecorum conscripti et pronuncciati per quendam socium fidelem P. P., qui eos ad oculum sic fieri et practisari conspexit.«

f. 133a—166b (anepigr.) **S. Bonaventurae Expositio missae.** »Cristus assistens pontifex futurorum bonorum« ╳ »sicut Romana ecclesia docet, inseratur. Explicit epigramata misse (sic!) nec non exposicio sacri canonis.«

f. 172ᵃ—180ᵇ **Tractatulus de veneratione imaginum.** »Cum nonnulli impii homines« × »et vexilla fidei orthodoxe. Et hec dicta de ymaginibus quoad presens sufficiant.

f. 180ᵃ|ᵇ—200ᵃ **Expositio decalogi.** »Preceptorium. Gloria sit altissimo« × »per istud presens mandatum sunt prohibite; a cuius . . . transgressionibus« etc.

f. 201ᵃ—222ᵃ **Tractatus de sacramentis (administrandis).** »Quoniam officium sacerdotalis exercicii« × »quales descripti sunt, qui cum patre« etc. (Idem opus v. I. C. 26. f. 16).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIII—XIV. Codicem nostrum recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 49, sed omisit Höfler, Prager Concilien.

966 *V. G. 14.* (*Y. III. 4. n. 72.*)

chart. saec. XV (partes 1428, 1429, 1453) ff. 305, 21·5×15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—12ᵇ (anepigr.) **(Johannis rectoris scholae in Plawen) Tractatus de medio motu solis et lunae dictus »Oicreper« (= Repercio) cum commentario.** (Incip. comment.:) »Iste liber, cuius subiectum est medius motus« (incip. textus:) »Incipit oicreper motus solis et lune« × »omnibus temporibus vite sue. Et sic est finis huius tractatuli.« (de auctore v. X. E. 19 f. 133ᵇ).

f. 13ᵃ—44ᵃ **Martini (de Lancicia) scholaris Commentarius super »Oicreper«.** »Circa scriptum Oycreperi« × »Et in hoc terminatur scriptum Oicreperi secundum autores prius in exposicione assignatos a. d. 1428 fer. VI proxima ante purificacionem. Et est collectum per Martinum quendam ingeniosum scolarem protunc videlicet a. d. 1428 scolas in Leta Curia regentem et resumentem eandem lecturam cum textu suis discipulis. Et ultra a. **1429** fer. III in festo Prisce rescriptum est per quendam exilem scolarem **Petrum protunc rectorem scolarum in Hradecz Regine** supra Albiam.«

f. 44ᵇ—53ᵃ (anepigr.) **Lectura super cirometrali maiori.** »Ut solis et lune motus. Iste est secundus liber cirometralis, qui appellatur cirometralis maior« × »circa notata oicreperi.«

f. 54ᵃ—68ᵇ **(Johannis de Polonia) Computus manualis cum commentario.** »Est duplex ciclus« (comment.:) »Iste liber cuius subiectum« × »finitur lectura super compoto manuali rescripta a. d. **1429** per **Petrum** exilem scolarem protunc (etc. ut supra) . . . fer. IV in ieiunio post dominicam Reminiscere.«

f. 69ᵃ—126ᵃ **(Eiusdem) Massa computi vel Computus ecclesiasticus cum commentario.** (Comment.:) »Quia communiter dicitur« (textus:) »Licet modo in fine« × »finitum hoc opus Masse . . . libri, qui securius dicitur ecclesiasticus.«

f. 126ᵃ—127ᵃ Sequitur commentarius in librum praecedentem cum hoc fine: »A. d. **1428** sabbato post festum Georgii in curia plebani s. Egidii per **Petrum** quendam exilem scolarem, qui resignaverat iam ibidem

scolas assumpturus eodem anno prefato post predictum festum scolas in Hradecz Regine.« (Massae computi in f. 92ᵇ—93ᵃ recentiori manu insertae sunt notae computisticae ad a. 1439 spectantes).

f. 127ᵇ—128ᵇ »Registrum super lectura philosophici (f. 141ᵃ—282ᵇ) a. 1453 fer. II post Mathei, quo die dom. Georgius de Cunstat exivit cum baronibus regni Boemie pro rege iuvene Ladislao in Iglaviam. Per **Mag. Petrum dictum B(ibat).**

f. 129ᵃ—140ᵃ (anepigr.) **Computus orbicularis.** »Cum supernorum motus« × »modo brevi et facili valeat enodare.«

f. 141ᵃ—282ᵇ (anepigr. particula fol. evulsa) **Lectura super computo philosophico.** » . . . poti philosophici generalem summam« × »Et in hoc terminatur commentarium libri secundi philosophici« . . . (Sequuntur versus declarantes librum exaratum esse a. **1429,** et initialibus nomem auctoris **»Martinus« de Lancicia?)**

f. 283ᵃ—305ᵇ **(Johannis de Sacrobosco) Computus philosophicus.** »Compotus est sciencia« × »potuerunt assignari dicciones« (cetera desunt codice mutilato).

In membrana codici praeligata hae notae occurrunt: »Liber compotorum Mag. Johannis de Sacrobusco« — »Liber compotorum Mag. Petri dicti Bibat« (de Dwekaczowicz). In operculo super. intrinsecus, ut videtur, manu eiusdem magistri Bibat exarata est tabula contentorum a barbaro quodam cultro lacerata, quam tamen, quoad potuimus, sumus secuti. Hanc tabulam sequuntur versus eadem manu additi:

»Sceptra Sigismundi vindex concepcio strinxit,
Te sacer heu Clemens optate Ladislae cedit.«

Ante hos versus notatus est a. 1437, post eosdem a. 1458.

967 *V. G. 15.* (*Y. II. 3. n. 69.*)

chart. saec. XV ff. 171 num., 21·5×16 cm. d. m.

f. 1ᵃ—11ᵃ **Articuli per magistros (et) sacerdotes utriusque civitatis Pragensis (a. 1432) conclusi** (et concilio Basiliensi destinati) **cum expositione eorundem.** »In Chr. nomine Amen. Ut articulorum pridem per magistros« × »et simul decretum teneant.« (Cf. Nejedlý, Prameny p. 5 & Monum. concil. I, 182.)

f. 11ᵇ—16ᵃ **Johannis de Rokyczana Sermo ad clerum de diversis gradibus caritatis factus a. 1429.** × »A. d. 1429 factus est iste sermo ad clerum per J. de R. baccal. in artibus protunc vicario (sic) in spiritualibus IV fer. post Luce in eccles. s. Mar. ante Letam Curiam.«

f. 16ᵇ—21ᵃ **M. Petri (Payne) Anglici Tractatus de praedestinatione.** »Requisitus instanter« × »et sic patet solucio utinam deo placens.«

f. 22ᵃ—22ᵇ (anepigr.) **»Passio Johannis Hus verbis succinctis** summatim, quantum memorie suppetit capacitas, fidelibus **declarata«** × »bene facta sunt Amen.«

f. 24ᵃ—35ᵃ **M. Johannis Hus Tractatuli** (de matrimonio, de sacramento corporis et sanguinis Chr., de mandatis, de oratione, de cognitione dei, de tribus hostibus hominis, de poenitentia) **scripti in carcere.** (Edit. Norimb. f. 29ᵇ—42ᵃ.)

f. 35b—38a (anepigr.) **Petri de Mladenowicz Relatio de condemnatione et passione Johannis Hus.** (Palacký Documenta p. 316—324).

f. 38a—40b **Poggii Florentini ad Leonardum Aretinum epistola de morte Hieronymi Pragensis.**

f. 41a—54a & 96a—100b **M. Jacobi de Misa Tractatus de usura.** »Licet usura in bona significacione« × f. 54a »M. Jac. de Misa tractatus de usura« (nota in margine: »vide de speciebus eius in alio tractatu, qui habetur post 4 sexternos«) × »ut ait Paulus. Et sic est finis usure.«

f. 54b—59b Notae theologicae variae.

f. 60a—71a (anepigr.) **M. Mathaei de Cracovia Tractatus de frequente communione.** »Multorum tam clericorum quam laicorum« × »Et sic est finis tractatus de modo accedendi vel abstinendi a sacramento.«

f. 71b—73b **S. Bernardi tractatus de bona conscientia.** »Conscientia, in qua anima« × »cognoscit se ipsum.«

f. 73b—80b **(S. Augustini) Tractatus de conflictu vitiorum** et virtutum. »Apostolica vox« × »omnino commisisset«.

f. 80b—83b **(S. Bernardi) Expositio alarum et pennarum Cherubim.** »Prima ala est confessio« × (finis deest).

f. 84a—92a (anepigr.) **M. Johannis Hus (?) Tabulae 8 novi et antiqui coloris.** (cf. cod. IV. G. 15 f. 232b.)

f. 92b—95a (anepigr.) **M. Jacobi de Misa Epistola ad presbyteros de communione infirmorum.** »Universis Chr. sacerdotibus« × »lapis offensionis.«

f. 95b **(Martini Lupáč?) Dictum de artibus studendis.** »Dicebant quidam« × »Hec quidam sacerdos M. L.« (sic).

f. 100b—104b **Tractatus de avaritia** (de peccato lusorum). »Ultimo loco inter species avaricie« × »penis est avaricia.«

f. 104b—107b (anepigr.) **Tractatus de chorea.** »Primo ex testimoniis« × »signum rote replebit finis.«

f. 108a—115b Notae theologicae et excerpta varia.

f. 116a—125b **»Auctoritates evangelii, doctorum, canonum et ecclesie pro communione sub utraque«** (directae concilio Constantiensi?).

f. 126 evulsum est.

f. 127a—161a Notae variae theologicae (de communione, de sacramentis, de dicendo et tacendo, de »Salve regina«, »Ave Maria« etc.).

f. 161b—171b **Nicolai de Lira Tractatus contra Judaeos.** »Ambulabunt ut ceci« × »Expl. pulcerrima materia de cessacione veteris legis et duracione nove Nicolai de Lira . . . Alii intitulant: Expl. opusculum Bernardi Oliverii mag. in theolog. fratr. ord. heremit. s. Augustini contra cecitatem perfidam Judeorum.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicum liturg. saec. XIII—XIV. Vetus sign. E, 4.

968 *V. G. 16.* (*Y. I. 2. n. 61.*)

misc. chart. saec. XV (partes a. 1434 & 1476) ff. 182 num. (recte 192), 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1a—58a **Alexandri de Villa Dei Doctrinalis partes I—III.** (In margine initii partis II occurrunt notae manu Mathiae Rejsek additae.) »Scribere clericulis« × »credo deitatis. Expl. tercia pars per manus alicuius« (sic).

f. 59a—65b (binis col.) **Donati Artis grammaticae editio minor.** »Partes oracionis quot sunt« × »Expl. Donatus per manus alicuius. Qui hoc scribebat, **Johannes** sibi nomen erat.«

f. 65b—62b (sic, nam ff. 62—69 bis numerantur) Notata grammatica varia.

f. 63a—85a »Incipitur **Grammatica magna.** In oracione 4 partes principales ponuntur« × »ideoque eoque.«

f. 85b—91b **Tractatus de orthographia.** »Pro tractando de orthographia« × »Expl. orthogr. per manus alicuius **Johannis.** Bud bohu chwala.«

f. 91b—96a **Tractatus de regimine casuum.** »Pro regimine ergo primo sciendum« × »Et hec dicta sufficiant pro reg. cas.«

f. 97a—98b (ff. 95 et 96 bis numerantur) **Tractatulus grammaticae dictus thesaurus vel compendium primum puerorum.** »Cum grammatica sit ars« × »Expl. tractatulus (etc. ut supra) finitus a. d. **1434.**«

f. 98b—107b Notae grammaticae de constructione, de regimine, aliae.

f. 108a—146a **Notabilia grammatica excerpta ex Prisciano.** »Pro noticia declinacionis« × »Expl. notabilia Prisciani.«

f. 147b—154a **Tractatus de prosodia.** »Pro natura metri« × »ut pontus, Melampus, Delius. Et sic est finis.«

f. 155—157 vacua sunt.

f. 158a—162a Notae de accentu, de pausis, de figuris, de caesura, de speciebus schematis, de tropo.

f. 163—168 vacua sunt.

f. 169b—176b **Johannis de Garlandia Carmen de compositis verborum cum commentario marginali.** »Am si preponas« × »Expl. composita verborum per manus **Johannis de Ronebert** et sunt finita nescio quando nec ubi etc. Explicit expliciunt sprach di kacz czu dem hunt; beistu mich, so krel ich dich Sogewinstu als wasz (?) ich.«

f. 178b—180a **M. Thomae de Erfordia Fundamentum puerorum** (Versus cum commentario inter lineas et in margine). »De personali verbo« × »Et sic est iste tractatus seculorum quinti (sic) per manus **Henrici de Teutunia.**«

f. 182b **Mathiae Rejsek baccal. Prooemium secundae partis Alexandri** (ut videtur propria manu conscriptum »**1476** fer. IV in die Allexii in Leta Curia«).

Liber hic usui scholarium destinatus et ab iisdem valde tritus praeter opuscula supra recensita permultas notulas passim continet. Postremus eius possessor videtur fuisse Mathias Rejsek, illustris ille architectus Pragensis saec. XV ex. (Cf. Věstník Č. A. 1899 p. 288.)

969 *V. G. 17.* (*Y. III. 4. n. 71.*)

chart. a. 1419—22 ff. 108, 22 × 16 cm. d. m.

Sermones de sanctis.

f. 1a—32b Commune sanctorum cum hoc fine: »Amen tak buoh day y geho myla matka. Sub a. d. **1419** die sabbati ante Judica finitum est commune sanctorum per **Jacobum de Zyehel** Martini balneatoris tunc in Subysslaw.«

f. 33a—34a »Anastasius papa composuit hunc psalmum. Quicunque wlt salvus esse« (Est vero **Venantii Fortunati Expositio symboli Athanasiani** cum versione bohemica interlineari — **Výklad symbola Athanasiova).**

f. 34b—35a **Canticum triumphale** (Daniel II, 315) cum interpretatione bohemica in margine — **Píseň velkonoční** — Potom **Věřím v boha, Otče náš, Zdráva.**

f. 35b—95b Proprium sanctorum cum hoc fine: »A. d. **1422** hec in Brzyno finita sunt per **Jacobum vicarium tunc in Brzyn et nacione Martini de Zyehel.**«

f. 96b **Carmen vagantium scholarium: »De vagorum ordine dicam vobis iura.**«

f. 96a—108b Sermones de sanctis carentes fine.

970 *V. G. 18.* (*Y. III. 4. n. 56.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 64 num., 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1a—6a **Compositio astrolabii.** »Astrolabium ita construitur« × »in instrumentis bene factis. Explicit comp. astrol.«

f. 6a—11a (anepigr.) **Tractatus de usu astrolabii.** »Si volueris scire gradum solis« × »tunc non est vera.«

f. 11a—21b **Compositio et utilitas novi quadrantis.** »Compositurus novum quadrantem« × »putei profunditatem. Explicit potencia (?) quadrantis.«

f. 21b—23a (anepigr.) **Compositio et usus cylindri.** »In consideracione chilindri« × »ante meridiem crevit.«

f. 23b—24b (anepigr.) **Compositio horologii viatorum.** »Investigantibus chilindri composicionem, qui dicitur horol. viat.« × »altitudinem cuiuslibet rei.«

f. 24b—25b (anepigr.) **Tractatus de sphaera.** »Speram solidam sic complebis« × »ponas stellam cum nomine suo.«

f. 25b—28a **Tractatus de mensuratione rerum.** »Tractatus de mensuracionibus et primo« × »Expl. tract. de rerum mensuracione scil. longitudinum, latitudinum et profunditatum.« (In veteri catalogo nostro tractatus hic attribuitur Dominico Parisiensi, qui fortasse idem est atque **Dominicus de Clavasio.**)

f. 28b—44b (anepigr.) **Johannis Danconis Canones circa tabulas Alphonsinas.** »Tempus est mensura motus rerum« × »planetarum ut dictum est.«

f. 45a—59b (anepigr.) **Dominici de Clavasio Geometria practica.** »Quantitatem aliquam mensurare« × »Ex hiis patet, quod si sciretur etc.« (sic).

f. 60 Nota de proportionibus.

f. 61 Versus medicinales. (F. 60 & 61 truncata sunt.)

f. 62b—64a Calendarium cum cisiojano.

f. 64b Initium litterarum Francisci Burdegallensis cardinalis tit. IV coronatorum, iudicis in quadam causa Bohemiam concernente.

971 *V. G. 19.* (*Y. I. 1. n. 98.*)

chart. saec. XV in. ff. 300 num., 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1a—30b **S. Augustini Sermones ad eremitas.**

f. 30b—168b **Eiusdem Libri et opuscula: de vera et falsa poenitentia, 40b epistola ad Eutropium et Paulum, 51a de fuga sacerdotii, 54b de tribus tabernaculis, 58a liber compositus ad petitionem matris, 63a de XII abusionibus, 68b de timore dei, 71a de cognitione verae vitae, 76a de visitatione infirmorum, 81b de creatione hominis ad imaginem dei, 82a de potentia dei, 88b de spiritu et anima, 99a de bono coniugali, 107a de adulterinis coniugiis, 121a de vera religione, 140b de sancta virginitate, 152b de laudibus dei, 153b de ove, 161b de eleemosyna, 165b de oratione dominica.**

f. 169a—179a **S. Johannis Chrysostomi »Libellus de hoc, quod nemo potest ledi nisi a se ipso.**«

f. 179a—181b **S. Bernardi Claraevallensis Sermo habitus in concilio Remensi praesente Eugenio papa.** »Rogasti me iam sepius« × »quia coegistis me.«

f. 181b—194b **Eiusdem Liber de praecepto et dispensatione.** »Dom. abbati Columbensi« × »satisfacere voluntati. Et sic est finis huius libri.«

f. 195a—207b **S. Augustini »Libellus (exhortationis) ad comitem.**« »O mi frater si cupias« × »potestas in s. s.«

f. 207b—208b **S. Ambrosii »Liber de Naboth«.** »Naboth victoria tempus« × »voluntate convertat.«

f. 209a—211a (inscriptio truncata) **Eiusdem Liber de abstinentia** (?). »Simul nobis et certamen imminet« × »pietatis laudari oraculo. Et sic est finis.«

f. 211a—250b **Eiusdem Libri de officiis.** »Non arrogans videri arbitror« × »instruccionis conferat. Et sic est finis libri de officiis b. Ambrosii.«

f. 251a **Finis sermonis Nicolai (de Drážďan) de communione sub utraque.** »Finitus a. d. 1414 (sic) in die 5 fratrum et factus eodem anno per Nicolaum baccal. decretorum in ecclesia s. Michaelis Antique civit. Prag.« (Cf. cod. III. G. 28 f. 165a.)

f. 251a—256b **S. Augustini Sermones** 1. de igne purgatorio, 2. de sortilegiis, 3. de poenitentia, 4. de decem praeceptis decem plagis obviantibus.

f. 256b—258b **»Responsio Mag. (Wiclif) ad X questiones Mag. Ricardi Strode«.** »Magister reverende« × »illuminet et conservet Amen. Hec materia est reperta inter carthas Mag. Roberti Stonam (?), qui mortuus est in Pisano concilio a. d. 1409 celebratum« (sic).

f. 258b—260b **Johannis Chrysostomi Sermo de expositione symboli.**

f. 260b—277b **S. Augustini Sermones** de trinitate et alii.

f. 277b—281b **Petri Damiani Epistola Nicolao papae missa de incontinentia episcoporum.** »Domino Nic. summo pontifici« × »comitantibus introducat. Hec Petrus Damianus.«

f. 281b—283a **S. Augustini Sermo** de confessione peccatorum.

f. 283b—300b (anepigr.) Loci biblici materiis theologicis adaptati.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici s. XIII. In operculo infer. haec nota occurrit: »Iste liber fuit pie memorie Mag. Buzkonis« (de Kdyna). Vetus sign. E, 43.

972 *V. G. 20.* (*Y. II. 3. n. 50.*)

chart. saec. XIV—XV ff. III + 192 num., 20·5 × 15 cm. 1 m.

Revelationes s. Brigidae.

f. I—III Registrum.

f. 1b—113b »Incipit prologus . . editus per Mag. Mathiam de Swecia . . . Stupor et mirabilia« × »sed cum tempus fuerit loquendi. Explicit liber secundus celestium revelacionum.«

f. 114a—192a »Liber celestis ad reges. Reprehenduntur hic illi, qui ex arrupto et improvise nullo examine precedente approbant aut reprobant personas asserentes habere visiones et revelaciones divinas. Serenissimi reges« × »quod ego sum suavis et mitis. Expl. liber regum.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIII—XIV. In margine fragmenti super. occurrit **Sequentia in honorem s. Adalberti cum notis musicis**, de qua celeberrimus W. Ambros in veteri catalogo annotavit: »Lat. Sequenz zu Ehren des h. Adalbert mit schöner Melodie; die Notirung auf 4 Linien mit f. b und c-Schlüssel — feste pedes muscarum — XIV. Jahrhundert.« In fol. membr. praeligato: »Ad collegium pauperum.« Vetus sign. J, 25.

973 *V. G. 21.* (*Y. II. 3. n. 58.*)

chart. saec. XIV (partes a. 1377 et 1379) ff. 14 n. n. + 179 num., 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1a—14b (non num.) Sermones duo et notae theologicae. (Fol. 14 truncatum est).

f. 1a—18b **Epistola b. Eusebii ad Damasum de morte b. Hieronymi.**

f. 18b—21b **Epistola s. Augustini ad b. Cyrillum de magnificentia b. Hieronymi.**

f. 22a—39b **Epistola s. Cyrilli ad b. Augustinum de miraculis s. Hieronymi.** × »Expliciunt epistole ss. Eusebii, Augustini et Cirilli episc. de vita et miraculis s. Jeronimi sub a. d. **1377** in octava assumpcionis glor. virg. Marie finite ante ortum solis.« Sequitur registrum in 3 ff. laceratis non num. In quarto non num. occurrit **Johannis Noviforensis Epistola ad Carolum imper. de collectione operum supra scriptorum a se ordinata.**

f. 40a—51b (anepigr.) **Tractatus de septem peccatis mortalibus et septem virtutibus eis oppositis.** »Misit rex Saul apparitores« × »non habent. Expl. tract. bonus et utilis.«

f. 51b—67b **Thomae de Aquino Venenum vitiorum et virtutum.** »Racio veneni potissime« × »Expl. venenum viciorum et virtutum s. Thome de Aquino sub a. d. **1379** die sabbato ante festum s. trinitatis per manus etc.« (sic).

f. 67b—77b (anepigr.) **Isidori Hispalensis Dialogus hominis super peccatis lamentantis et rationis eum consolantis.** »Venit nuper ad manus meas« × »tu mihi super vitam meam places.«

f. 78a—83b Sermones aliquot carentes fine.

f. 84a—91b (anepigr.) **Tractatus de peccatis.** »Generaliter omne peccatum est fugiendum« × »vocavit culicem.«

f. 91b—99a (anepigr.) **Tractatus de virtutibus.** »Fides generat victoriam« × »sedebit populus meus«.

f. 99a—106b (anepigr.) **Tractatus de confessione.** »Quoniam circa confessiones« × »exemplum habes in ewangelio de filio prodigo.«

f. 106b—118a (anepigr.) **Henrici de Vrimaria Tractatus de instinctibus.** »Semen cecidit in terram bonam« × »virtualiter triumphando.«

f. 118a—120b **Hugonis (de Folieto) Liber de claustro animae.** »Introduxit me rex« × »Expl. Hugo de claustro anime.«

f. 120b—125b **Hugonis de S. Victore Liber de arrha animae.** »Loquar secreto anime mee« × »precordiis concupisco.«

f. 125b—130a **»Libellus de VII rivulis lacrimarum.«** »Nota quod leticia spiritualis« × »Expl. lib. de VII riv. lacr.«

f 130a—138b **Richardi (de S. Victore) Liber de clavibus ecclesiae.** »Quodcunque ligaveris« × »Expl. Richardus de clav. eccles.«

f. 138b—145a **S. Anselmi Liber de mensuratione crucis.** »Quoniam iubente filio tuo« × »ad laudem et gloriam tuam.«

f. 146b—162a **Hugonis (de S. Victore) Tractatus de domo conscientiae.** »Domus haec, in qua habitamus« × »voce confessionis apperire. Hec actenus sufficiant.« (Tractatus hic saepius s. Bernardo attribuitur.)

f. 162a—164a **S. Augustini Libellus de beato latrone.** »Deus erat in Chr. mundum reconcilians« × »Expl.« (etc. ut supra).

f. 164a—173a **Eiusdem Sermones** de continentia, de contemptu mundi; **item epistolae consolatoriae de visitatione infirmorum.**

f. 173a—174b **S. Bernardi Claraevall. Scala claustralium.** »Beate vite dulcedinem« × »Expl. scala b. Bernhardi.«

f. 174b—179a **Eiusdem »Planctus«.** »Quis dabit capiti meo aquam« × »affectu dicenda est.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam theologici saec. XIII.

974 *V. G. 22.* (*Y. I. 2. n. 41.*)

chart. a. 1452—53 ff. 266 num., 21 × 16 cm. 1 m.

f. 1a—37a **Quaestiones super Porphyrii Isagogis.**

f. 37b—74b **Quaestiones super Aristotelis Praedicamentis.**

f. 75a—86b **Quaestiones super Sex principiis Gilberti Porretani.**

f. 87a—93a **Quaestiones super libro divisionum Boëthii.**

f. 93b—266a **Quaestiones super Aristotelis libris periermenias, analyticorum priorum et posteriorum, topicorum, elenchorum.**

Ex subscriptionibus librorum singulorum patet codicem exaratum esse a. **1452—53** in collegio Nazareth a **Simone de Chrudim**, qui etiam primus fuit libri possessor; ex subscriptione ultima prohdolor truncata, nonnullarum quaestionum auctorem esse **Johannem dictum Versorem**, mag. Parisiensem. Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam grammatici saec. XIII—XIV.

975 *V. G. 23.* (*Y. I. 1. n. 48.*)

chart. saec. XV ff. XII + 341, 21 × 16 cm. d. m.

f. I—XII Registrum alphabeticum operis subsequentis.

f. 1ª—300ᵇ **Nicolai de Gorran Commentarius in Apocalypsin Johannis.** »Spiritu magno vidit ultima« × »Expl. Gorra in Apokalipsim Joh.«

f. 301ª—309ᵇ (anepigr. deficiente initio) **Tractatus de sacramento eucharistiae.** × »et antiquis sanctis esse congestum.«

f. 309ᵇ—314ᵇ Notae et excerpta varia.

f. 315ª—316ª **Bernardi Claraevallensis Epistola ad Eugenium papam.**

f. 316ª—331ª **Tractatus de ritibus, gestis et vestibus sacrae missae (adversus sacerdotes Taborienses).** (Insertus Chron. Tabor. edit. a Höfler II. p. 502—545.)

f. 332ª—335ᵇ (anepigr.) **Tractatus de dispensatione et prohibitione sacramenti eucharistiae.** »Quia dispensatoribus« × »et non faciens.«

f. 335ᵇ—337ᵇ Notae variae theologicae.

f. 338ª—341ª **Sermo in magna feria sexta.**

976 *V. G. 24.* (*Y. I. 1. n. 67.*)

chart. saec. XV ff. 200 num., 21·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—176ª/ᵇ **Augustini (Triumphi) Anconitani Expositio epistolarum canonicarum.** »Honesto ac rever. viro dom. Gyrando archiduci Tholosano« × »Expliciunt postille Aug. de Anchona super epist. canon.«

f. 177ª—200ᵇ **Johannis Chrysostomi De compunctione cordis tractatus duo.** »Cum te intueor, beate Demetri« × »Expl. alter tractatus b. Crisostomi de compunccione cordis.«

Operculo super. adligatum est fragmentum germanici documenti editi a quodam monasterio saec. XV, cuius scriptura radendo fere extincta est.

977 *V. G. 25.* (*Y. I. 1. n. 38.*)

chart. a. 1420—23 ff. 346 num., 22 × 16 cm. 1 m.

f. 1ª—137ᵇ **(Thomae de Aquino?) Commentarius in epistolas canonicas.** »Misse sunt epistole ex regis nomine« × »Et sic finis est continuacionum super canonicas, edite a fr. Egidio Romano ord. b. August. fratr. heremit. vel edite et formate per Magistrum sentenciarum, et ingrossavi sub a. **1423** in Nazareth civit. Prag.«

f. 138 Notae variae theologicae.

f. 139ª—167ᵇ **Richardi (seu potius Hugonis) de S. Victore Allegoriarum Novi Testamenti libri XI—XIV.** »Liber XI tractat de ewangeliis« × »Expliciunt allegorie de Novo Testamento.«

f. 167ᵇ—247ᵇ **Eiusdem (seu potius Hugonis de S. V.) Allegoriae Veteris Testamenti.** »In precedentibus premissa descripcione« × »ad futurum premium . . . a. **1420**. Expl. alleg. Novi et Vet. Test. et est secunda pars Richardi, sequitur pars prima eiusdem.«

f. 248ª—287ª **Eiusdem (seu Hugonis) De artium, rerum, partium et regnorum mundi libri.** »Accipe karissime frater exceptum munus«

× »Et sic est finis prime partis dictorum Richardi. Ingrossata quoque in alma universitate studii Pragensis in collegio Regine eiusdem universitatis antelate per **Nicolaum de Zelina** a. **1420**, satis magna heu et crudeli in regno Bohemie christifidelium persecucione protunc vigente« (edit. Höfler, Script. rer. hus. II, 71).

f. 288ª—306ª (anepigr.) **Commentarius in Matthaeum a quodam Husita conscriptus.** »Genealogia Chr. describitur hic« × »Et sic est finis Mathei a. **1422** fer. III diebus rogacionum, et protunc eciam . . . Sigismundus princeps Lithwanie suscepit sub potestate sua gentis bohemice lingwarium ipsum et orthodoxe fidei veritatem« . . .

f. 306ᵇ—341ª (anepigr.) **Commentarius in Marcum, Lucam, Johannem auctore eodem.** × »Explicit Johannes ewangelista. Epistolas Pauli et . . . canonicas pertranseo, quia totum est simpliciter morale. A. **1422** in Nazareth.«

f. 341ᵇ—346ᵇ **Alberti Magni Rota in medio rotae.** »Figure annuncciacionis, nativitatis Chr.« × »Explicit rota in medio rote magni Adalberti Ratisponensis episcopi ord. predic.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. documenti a. 1402, quo litt. indulg. papal. recognoscuntur. In fragmento eodem verso haec nota occurrit: »A. d. 1445 proxima fer. VI ante festum penthecostes assumptus sum in collegiatum collegii Karoli.« Vetus sign. libr. Carol., D, 65, K.

978 *V. H. 1.* (*Y. I. 2. n. 54.*)

chart. saec. XV (partes a. 1441 et 1442) ff. 240 num., 21 × 14·5 cm. d. m.

f. 1ª—53ᵇ (anepigr. defic. fol. initiali) **Tractatus grammaticus secundum Donatum.**

f. 54ª—57ᵇ »Regule grammaticales, sub quibus comprehenditur tota virtus grammatice sciencie.«

f. 58ª—60ᵇ Notae grammaticae variae.

f. 61ª—69ª **»Tractatus de regiminibus et coniunccionibus parcium oracionis.«** »Sepius rogatus« × »doctior illo vel illis.«

f. 70ª—79ᵇ (anepigr.) **Tractatus de prosodia.** »Januensis in Katholicon de metro dicit sic« × »exceptiva notabilis.« (Cf. eundem tractatum »de scandicione« in V. H. 21 f. 1—9.)

f. 80ª—81ᵇ Notae variae.

f. 82ª—163ᵇ **Johannis de Garlandia Tractatus metricus de aequivocis cum commentario.** (Incip. comment.:) »Thesaurisate vobis thesauros« (incipit textus:) »A nomen signat trahitur« × »una ecclesia triumphans.«

f. 163ᵇ—195ᵇ **Tractatus metricus de verbis deponentibus cum commentario.** »Vescor cum pocior« × »Expl. verba deponencialia . . . a. **1442**.«

f. 197ª—240ᵇ **Johannis de Garlandia Tractatus metricus de compositis verborum cum commentario.** (Incip. comment.:) »Flos de radice eius descendit« (inc. textus:) »Am si preponas« × »fratres exoro . . . II. fer. ante festum Christi **1441**.«

In fol. ultimo non num. notatur possessor libri »Johannes Iudicis de Rudnicz«, cuius nomen etiam f. 57ᵇ occurrit. Vetus sign. V, 24.

979 *V. H. 2.* (*Y. II. 6. n. 3.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 248 num., 20×14·5 cm. 1 m.

Jacobi (vel Jacobini) de Lusanna Sermones de tempore et de sanctis.

f. 1ª »Dicebat Jesus ad quosdam, qui in se confidebant« × f. 248ᵇ »ergo indurat in eternum in vita glorie, ad quam« etc.

Nomen auctoris rubricatum est in fol. praeligato. Vetus sign. E, 5.

980 *V. H. 3.*

chart. saec. XV ff. 155, 19·5×15 cm. 1 m.

f. 1ª—133ª **Guidonis de Senis Distinctiones exemplorum Novi et Veteris Testamenti abbreviatae et reductae ad diversas materias secundum ordinem alphabeti.** »Abstinencia est meriti augmentativa« × »Expl. distinc. (etc. ut supra) per fr. Bindonem (sic) de Senis herem. s. August.« (Apud Fabricium opus Mauricio Anglo attribuitur.)

f. 133ª—146ª Registrum operis praecedentis.

f. 146ᵇ—155ᵇ »**Excerptum primi libri Racionalis**« **(Guilelmi Durandi)** in fine mancum.

981 *V. H. 4.*

chart. saec. XVI—XVII ff. 120, 19×16 cm. 1 m.

f. 1—48ª **Arithmetica.**

f. 49ᵇ—50ª »Consideranda in caelo.«

f. 50ᵇ—51ª »Arithmeticae partes.«

f. 51ᵇ—52ª »Ratio, qua spectatur, quoties consequens in antecedenti contineatur.«

f. 53ª—112ᵇ **Geometria.**

f. 113ª—120ᵇ »De numeris figuratis« opusculum in fine mancum.

Ut praefatione in Arithmeticam edocemur, opuscula haec conscripsit et praelectionibus academicis adaptavit quidam magister academiae Carolinae, qui meliorem studiorum mathematicorum statum in universitate S. J. Clementina moleste tulit.

982 *V. H. 5.* (*Y. III. 3. n. 59.*)

chart. saec. XIV ff. 100, 20·5×15·5 cm. 1 m.

»**Questiones veteris artis**« (= Aristotelis Praedicamentorum et librorum periermenias).

Titulum libri, cui inscriptiones et rubricae omnino desunt atque etiam finis deesse videtur, de operculo super. sumpsimus, ubi etiam occurrit nomen possessoris »M. W(in)kleri« (= Mag. Johannis Winkleri). In fol. sequenti haec nota est: »Clenodium ex libraria Nacionitarum.« Vetus sign. F, 56.

983 *V. H. 6.* (*Y. II. 6. n. 4.*)

membran. saec. XIII ex. ff. 181 num., 19·5×15 cm. d. m.

Jacobi de Voragine Legenda aurea seu Passionale sanctorum.

f. init. adglut. operculo superiori: »Universum tempus presentis vite in quatuor distinguitur« × f. 153ª »habitare dignetur per gloriam . . . .

Finito libro sit laus et gloria Christo. Sorte supernorum scriptor libri pociatur, Morte superborum raptor libri moriatur.«

f. 154ª—179ᵇ Vitae sanctorum aliae.

f. 180ª—181ᵇ Registrum vitarum libro contentarum alphabeticum.

984 *V. H. 7.* (*Y. II. 6. n. 7.*)

membran. saec. XIII ff. 154 num., 19×14 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ª—6ᵇ Veteris Testamenti libri Danielis cap. I et II cum glossis in margine.

f. 7ᵇ—46ᵇ **Canticum canticorum cum commentario.** (incip. comment.:) »Salomon i. e. pacificus, quia in regno eius pax« × »et bonus odor Christi sunt.«

f. 47ª—111ª »**Summa de circumstanciis et omnibus accidentibus christiane fidei.**« (rubr.:) »De fide spe et caritate. (atram.:) De fide et spe, que in nobis est« × »iure illos, quos quondam tenere videbatur, amisit.«

f. 112ª—154ᵇ **(Testamentum vetus). Excerpta e Pentateucho, libris Josue, Judicum, Ruth, Regum.**

Cum codicis huius libri omnes sint anepigraphi, in constituendis titulis secutus sum inscriptionem schedulae adglutinatae operculo superiori. Vetus sign. B, 44.

985 *V. H. 8.* (*Y. III. 3. n. 59.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 166 num., 20·5×15 cm. 1 m.

Eberhardi Bethuniensis Graecismus cum commentario marginali et glossis interlinearibus.

f. 1ª (Incip. comment.:) »Sunt autem quatuor genera« (incip. textus:) »Quoniam ignorancie nubilo turpiter excecati« × f. 166ᵇ »Dic transitivum vel naturaliter esse.«

Codex hic cuiusdam librariae monasticae saec. XV erat, ut docent notae in operculo super. libros mutuo datos concernentes (ex. gr. »In Vylamov libellus continens responsoria et multa alia«).

986 *V. H. 9.* (*Y. III. 3. n. 60.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 41 (38—78 num.), 20×15 cm. d. m.

(Pseudo-) **Aristotelis Liber de regimine principum seu secreta secretorum.**

f. 38ª »Deus omnipotens custodiat regem nostrum« × f. 78ᵇ »semper ad meliorem et probabiliorem partem. Completus est tractatus de singnis et moribus naturalibus hominum ad magnificum regem Alexandrum« . . . .

Ut numeri fol. a 38 incipientes, manu XV saec. additi, docent, liber hic pars maioris cuiusdam codicis olim erat.

987 *V. H. 10.* (*Y. I. 2. n. 44.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 58 num., 20×15 cm. d. m.

f. 1ª—10ᵇ **Johannis de Garlandia Tractatus metricus de aequivocis** (cum commentario sed tantum in margine f. 1ª). »A nomen signat, trahitur« × »sic invidet ac imitatur. Expliciunt equivoca per manus et non per pedes« (alia manus addit: »Martini«).

f. 11ª—58ᵇ **Commentarius in Johannis de Garlandia tractatum metricum de synonymis** (qui incipit: »Ad mare ne videar«) **in fine mancus.** »Scribitur in prophecia dicente: omnis homo mendax« × »Est seges dicitur a sero, quando pullulat, tunc dicitur seges satum, quoniam suos radices« (cetera desiderantur).

Operculis adligata sunt fragmenta cuiusdam registri iudiciarii saec. XIV—XV. Vetus sign. V, 22.

988 *V. H. 11.* (*Y. III. 1. n. 1.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 74, 20×15 cm. d. m.

f. 1ª—2ª »Ordo qualiter sacerdos se preparat ad missam.«

f. 3ª—11ᵇ Praefationes cum notis musicis.

f. 12ª—74ª **Hymnarius cum notis musicis.**

Operculis adglutinata sunt fragmenta cuiusdam registri censualis saec. XIV—XV., in quo nominantur villae »Kossmycz, Tuczep, Radenyn, Chrbonyn«. Vetus sign. H, 30. Codicem recens. Dreves, Cantion. boh. p. 21.

989 *V. H. 12.* (*Y. III. 3. n. 58.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1398) ff. 81, 20·5×15 cm. d. m.

f. 1ᵇ—39ª **Dybini (vel Tibini) Viaticus (= Rhetorica).** »Populis gencium in tenebris erroris ambulancium« × »per eternam donacionem graciarum sit benedictum in s. s. Expl. viaticus Dybini pie memorie.« (Inferior pars f. 39 abscissa est). Auctor vocatur **Nicolaus de Dybin.**

f. 40ª—55ª (anepigr.) **Rhetorica (Sertum rhetoricae).** »Quilibet agrestis est sermo« × »Ille trecenteni nonaginta octo anni **(1398)** Post festum Georij finitus proxima die. Decima octava finitus est in ista hora.« Cf. cod. VIII. H. 22 f. 3ª. Sequitur registrum praecedentis operis.

f. 56ª—65ᵇ Formae epistolarum variarum omissis nominibus propriis.

f. 66ᵇ—76ª **Tractatus de rhythmis** (praecedente carmine rhythmico »A non visi paradisi flore rosas genorosas« etc.). »Ricmus est consonancia diccionum« × »Expl. liber de ricmis. Ich hoffe dach des ich nicht weys ich meyne des besten« (sic).

f. 76ᵇ—78ᵇ Formae epistolarum omissis nominibus propriis.

f. 79ª—81ᵇ Sermones duo de adventu domini.

Vetus sign. K, 4.

990 *V. H. 13.* (*Y. II. 5. n. 7.*)

chart. saec. XV ff. 253, 22×16 cm. 1 m.

Quaestiones philosophicae et sophismata, quibus manus saec. XVI nomen indidit »**Secure dormi.**«

f. 1ª »Utrum septem sunt artes liberales« × f. 247ª »quoniam unum non est aliqua etc.«

f. 247ᵇ—249ª Registrum quaestionum et sophismatum hic contentorum.

f. 249ᵇ—253ª Quaestiones aliae et theses philosophicae saec. XVI.

In fronte fol. praeligati manu saec. XVI rubricatum est: »Secure dormi nomen libro inditum est et est merito vocandus aureus.« Vetus sign. A, 45.

991 *V. H. 14.* (*Y. II. 5. n. 3.*)

chart. saec. XV (pars a. 1450) ff. 218 num., 21·5×16 cm. d. m.

f. 1ª—45ᵇ **M. Mauritii (de Benessow) Disputata logicalia.** »Utrum argumentacio sit subiectum in logica« × »Expl. disputata Mgri Mauricii.«

f. 46ª—79ª **M. Martini de Lancicia Disputata super Porphyrio.** »Circa inicium veteris artis« × »Expl. disputata super Porphirio collecta per rever. mag. Martinum de Lancicia, scripta vero per **Benedictum de Strakonicz** et finita fer. IV post conversionem s. Pauli a. etc. 50« **(1450).**

f. 80ª—89ª **(Benedicti de Strakonicz?) Quaestio, »utrum universale sit posterius singularibus,** et videtur quod non« × »et sic sit dictum ad illam questionem Beness z Strakonicz.«

f. 90ª—218ᵇ **M. Martini de Lancicia Lectura super Aristotelis libro Praedicamentorum.** »Liber predicamentorum, quem ego Mag. Martinus de Lancicia legendum« × »primam causam, que deus est omnipotens. B. de S(trakonicz).

992 *V. H. 15.* (*Y. I. 2. n. 32.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 58, 22·5×15 cm. 1 m.

Expositio Donati artis grammaticae.

f. 1ª »Ego puer non puericia annorum« × f. 58ª »quod penes tot accidencia attenderetur« (finis deest sequentibus foliis scriptura vacantibus).

993 *V. H. 16.* (*Y. I. 2. n. 38.*)

chart. cca. a. 1406 ff. 121 num., 22×15 cm. d. m.

f. 1ª—78ª **Johannis Wiclif Tractatus de universalibus.** (Registrum:) »Libellus de universalibus 15 continet capitula« (Textus:) »Inpugnando errores de universalibus« × »Expl. tractatus Mag. Johannis Wykleph de universalibus finitus per **Johannem dictum Corvus de Praga,** et scriptus est iste tractatus in Boemia in civitate Pragensi a. d. **1406.**«

f. 79ª—100ª **Eiusdem Tractatus de ideis.** »Tractando de ydeis primo oportet querere» × »Expl. tractatus de ydeis rever. Mag. Johannis Wykleff.«

f. 100ª—121ᵇ **Eiusdem Tractatus de materia et forma.** »Cum materia et forma sint universalia« × »Expl. tract. de mat. et forma M. Joh. Wyklef sacre theologie professoris.«

Vetus sign. B, 3.

994 *V. H. 17.* (*Y. I. 2. n. 26.*)

chart. saec. XV ff. 222, 21·5×16 cm. d. m.

Rosarium (=Dictionarium iuridico-theologicum), initiali folio evulso mutilum (**Mag. Matthiae?**).

f. 1ª »sit nobis religio in fantasmatibus« . . . infra incipit vox »adoracio« × f. 221ª (»zelus«) »ibi inconstancia et omne opus prawm.«

f. 221ᵇ—222ᵇ Additamenta et notae.

In veteri catalogo nostro opus attribuitur Mgro Matthiae (cf. cod. IV. G. 19. f. 218ᵇ).

995 *V. H. 18.* (*Y. III. 3. n. 62.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 101, 22×15 cm. 1 m.

f. 1ª—94ª **Commentarius in Aristotelis libros Ethicorum.** »In isto libro Ethicorum Arist. tractat de felicitate« × »Expl. summa brevis super ethicorum.«

f. 94ᵇ—101ᵇ **Commentarius in Aristotelis Oeconomica.** »Iconomica. Iste est liber yconomicorum, quem fecit Aristoteles« × »Explicit questiuncula super yconomicorum.«

Vetus sign. P, 31.

996 *V. H. 19.* (*Y. II. 4. n. 54.*)

chart. saec. XV ff. 209 num., 21×15 cm. 1 m.

Johannis Gerson, cancellarii Parisiensis, **opuscula**: f. 1ª—60ᵇ **De vita spirituali animae**, f. 60ᵇ—89ª **De potestate ecclesiastica**, f. 89ᵇ—107ª **De solicitudine ecclesiasticorum ad fratres Caelestinos**, f. 107ª—108ª **Dubium quoddam de delectatione in servitio dei**, f. 108ª—109ᵇ **De confessione**, f. 109ᵇ—110ᵇ **Distinctio magistralis de modo excommunicationis et irregularitatum et absolutionum ab eisdem**, f. 111ª—137ᵇ **De contractibus**, f. 137ᵇ—143ª **De probatione spirituum**, f. 143ª—158ᵇ **De revelationibus veris a falsis secernendis**, f. 159ª—167ª **Epistola de perfectione et moderamine religionis**, f. 167ᵇ—173ª **Epistola de modo absolvendi**, f. 173ª—177ª **Tractatulus contra flagellantes se ipsos**, f. 177ᵇ—184ª **De susceptione humanitatis Christi et tropologica**, f. 184ᵇ—192ª **De communione sub utraque specie contra haereticos** tractatus editus in concilio Constantiensi a. 1417, 20. Aug. (Hardt III, 765), f. 192ᵇ—195ª **Tractatus de modo bene moriendi**, f. 195ª—209ᵇ **Tractatus de modo orandi.**

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam theologici saec. XIII. Operculo super. adglutinatum erat fragmentum protocolli inquisitionis Waldensium Pragae a. 1393—94 institutae. Fragmentum hoc nunc separatim asservatur. (Cf. Věstník Č. A. 1899 p. 353.) Vetus sign. Q, 75.

997 *V. H. 20.* (*Y. I. 2. n. 30.*)

chart. saec. XV ff. 230 num., 21·5×15 cm. d. m.

(Nicolai Boneti?) Quaestiones de anima.

f. 1ª »Intendo congregare materiam disputabilem concernentem animam hominis« × f. 230ᵇ »qui dicunt corpus esse animam. Et sine dubio ita faceret quilibet philosophus consequenter. Et sic et finis.«

Cum in codice neque titulus libri neque subscriptio usquam occurrant, nescio an recte attributum sit opus hoc Nicolao Boneto ab eo, qui veterem catalogum codicum nostrorum compilavit. Vetus sign.? 4.

998 *V. H. 21.* (*Y. I. 2. n. 29.*)

chart. saec. XV (pars a. 1415) ff. 191 num., 22×16 cm. d. m.

f. 1ª—9ᵇ **Tractatus de »scandicione« (versuum).** »Januensis in Katholicon de metro dicit« × »Expl. tract. de scandicione in Vinculis s. Petri.«

f. 10ª Enumeratio pedum in versibus occurentium.

f. 11ª—82ª **Capellani Commentarius in Donatum.** »Invocato siquidem primum auxilio divino» × »Et sic est finis huius opusculi cuiusdam dicti **Johannis** baccal. arcium liber. **de Wlhlaw** sub a. **1415** in collegio regis Wenczeslai. Capellane Nicolae Zilina alleluia. (De auctore cf. cod. X. E. 15 et X. F. 6).

f. 83ª—97ª (anepigr.) **Tractatus de scandicione** (idem atque supra f. 1—9).

f. 97ª—104ª **Tractatus de constructione grammaticali.** »Circa materiam construccionis grammaticalis« × »Et sic est finis capituli construccionalium inter se secundum mentem Allexandri.«

f. 104ª—128ᵇ (anepigr.) Exercitia grammatica varia.

f. 129ª—134ᵇ (anepigr.) Scandicio metrorum in Boethii libro de consolatione philosophiae. »Boecius venerabilis et illustris doctor« × »et quandoque in duabus etc. O male scriptum est.«

f. 134ᵇ—136ª Divisio artis grammaticae. »Triplex est grammatica.«

f. 136ᵇ—140ᵇ (anepigr.) **Tractatus de musica.** »Musica, que est una ex 7 artibus liberalibus« × »primus b mollis, secundus b mollis.«

f. 141ª—166ª **(Ludolphi Hildesemensis) »Flores grammatice** propono scribere. Christe« × »ire tollere luctus. Expliciunt flores, nunquam scripsi meliores.« (De auctore cf. cod. V. H. 28 f. 86ª.)

f. 166ᵇ—167ᵇ **M. Petri de Dresden Tractatulus de congruitate grammaticali.** »Congruitas grammaticalis consistit in debita proporcione« × »Et sic est finis tractatuli grammaticalis M. Pe. de Dresden a. **(14)15.**«

f. 167ᵇ—168ª **Thesaurus grammaticalis de structura.** »Emo(?) condigno puerilia dogmata signo« × »structuram non con bene ponas.« (Finis deest).

f. 169ª—189ª **Thomae Erfordiensis Tractatus de constructione partium orationis cum commentario.** (Incip. comment.:) »Quatuor sunt cause huius libelli« (textus:) »Ad cognoscendum naturam construccionis« × »respondentibus apta.« — »perfecta vel imperfecta. Et sic est finis per dei graciam.«

f. 189ª—191ᵇ Notae grammaticae variae.

In operculo super. notatum est registrum contentorum, quod, quamvis integrum non sit, deficientibus magna ex parte titulis opusculorum et nos secuti sumus. Vetus sign. libr. Carol. S, 13, K.

999 *V. H. 22.* (*Y. I. 2. n. 40.*)

chart. a. 1445—1447 ff. 246 num., 21 × 16 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1 Divisio libri subsequentis.

f. 2ª—76ª **Aristotelis Analytica priora »cum punctis Capellani«.** »Primum opportet dicere« × »Expl. liber priorum Analeticorum Aristotilis finitus a. d. **1445** in die Elizabet fer. VI. Scriptum manu **Wenceslai de Praga alias de Thabor** in domo Nacionis Bohemorum.« »Finis lecture (marginalis) a. 1447 fer. III ante Thome.«

f. 77ª—86ª **Tractatus de terminis summariam vim confundendi habentibus.** »Affectuose cognicionem terminorum« × »Finitus est tractatulus confusionum a. d. **1445** in die s. Katherine per manus **W. de P.** in domo Nacionis.«

f. 86ᵇ—98ª **Tractatus de propositionibus Biligam (=Richardi Billingham).** »Terminus est, in quem resolvitur proposicio« × »Et sic est finis huius tractatuli, qui nuncupatur Biligam (radendo laesum) per manus **Wenceslai de Praga** . . . . a. d. **1445** sabbato post Katerine in domo Nacionis, ubi protunc mansi.«

f. 98ᵇ—102ª Notae philosophicae (ex. gr. de syllogismo expositorio). Post f. 102 aliquot folia evulsa sunt.

f. 103ª—115ᵇ **Commentarius in Aristotelis Analytica priora** (initio mancus). »Sancte Petre, pasce agnos« × »causa per se una. Explicit materia priorum.«

f. 116—125 vacua sunt, 126 omissum.

f. 127ª—178ᵇ **Aristotelis Analytica posteriora cum commentario marginali et interlineari.** »Omnis doctrina et omnis disciplina« × »Finis posteriorum analeticorum a. d. **1447** fer. VI ante transl. s. Wenceslai in domo Nacionis Bohemorum« . . . .

f. 179ª—191ᵇ **»Capellani Puncta super Posteriorum.«** »Habita materia et forma silloisandi« × »Finita sunt puncta Capellani super Posteriorum a. d. **1447** fer. V post Crucis« . . . .

f. 192—197 vacua sunt.

f. 198ª—236ᵇ **Aristotelis liber Elenchorum cum notis marginalibus et interlinearibus.** »De sophisticis autem elencis« × »Finitus liber Elencorum fer. VI in die Elizabet in domo nacionis Bohemorum a. d. **1446.**«

f. 237ª—246ᵇ **»Capellani Puncta super Elencis«.** »Incipit materia libri Elencorum« × »Finita sunt puncta Capellani super Elencis a. d. **1447** fer. IV ante festum s. Gregorii . . . in domo nacionis Bohemorum.«

In fronte f. 1ª notatur: »Liber Wenceslai etc.« (alia manus addit: »Thabor«). Idem etiam maximam partem codicis propria manu exaravit. Ad vitam eius spectant multae notae passim occurentes, praecipue in fragmento membranacei codicis cuiusdam operculo infer. adligato (fuit rector scholarum Zaczensis et Luticzensis, secundum notam in f. 98ª a. 1463 defunctus est). Post mortem primi huius possessoris liber a multis academiae Pragensis scholaribus tritus est, qui notas passim addiderunt initia lecturae magistrorum concernentes. Vetus sign. D, 62.

1000 *V. H. 23.* (*Y. III. 3. n. 4.*)

chart. saec. XV ff. 138, 22 × 15 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ª—4ᵇ **Boethii Epistola ad Symmachum de trinitate.**

f. 4ᵇ—5ª **Eiusdem Quaestio ad Johannem diaconum de eadem.**

f. 5ᵇ—7ª **Eiusdem ad eundem Quaestio »Utrum omnia que sunt bona sunt.«**

f. 7ª—15ª **Eiusdem Liber de duabus naturis in Christo.**

f. 16ª—129ª **Eiusdem Libri de consolatione philosophiae cum commentario.** »Circa principium libri presentis« × »aperta sunt oculis eius, qui« etc.

129ᵇ—138ᵇ Tabula alphabetica operis praecedentis.

Operculis adligata sunt fragmenta nembran. cod. cuiusdam theologici saec. XIII. In operculo super. intrinsecus haec nota est: »Ex Oybinensi monasterio.«

1001 *V. H. 24.* (*Y. I. 2. n. 56.*)

chart. saec. XV ff. 52, 22 × 15·5 cm. 2 m.

Eberhardi Bethuniensis Graecismi libri II cum commentario marginali et glossis interlinearibus. (Opus in fine mancum.)

f. 1ª »Quoniam ignorancie nubilo turpiter excecati« × f. 52ª »Jus meritum, ius est succus, ius ipsa potestas.«

Vetus sign. T, 25.

1002 *V. H. 25.* (*Y. I. 2. n. 49.*)

chart. saec. XV ff. 115 num., 22 × 15 cm. d. m.

Anselmi Havelbergensis episcopi Liber anticimenon (= Dialogorum contra Graecos libri tres).

f. 1ª »Incipit prologus . . . Eugenio domino ac semper intuendo et amplectendo . . . pape Anselmus« × f. 115ᵇ »Olongraphi quod est totum scribatur. Scriptori pro precio datur (sic) sempiterna benediccio.«

Vetus sign. C, III.

1003 *V. H. 26.* (*Y. III. 3. n. 61.*)

chart. a. 1411 ff. 128, 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—63ᵇ **Alani ab Insulis Carmen de planctu naturae perpetuis glossis latinis et raris bohemicis instructum.** »In lacrimas risus« × »dereliquit aspectus . . . Expl. Alanus de planctu nature per manus **Johannis** Bohemi **de Chlumecz** a. d. **1411** finitus fer. IV ante festum pasce.«

f. 64ª—128ᵇ (anepigr.) **Aratoris Actus apostolorum praecedentibus epistolis ad Florianum abbatem et Vigilium papam, versione bohemica interlineari magna ex parte instructi. (Aratorovy Skutky apoštolské s českým překladem meziřádkovým).** »Qui meriti florem maturis sensibus ortum« × »gloria palmam. Finis adest operis, mercedem

posco laboris. Expl. actus per manus **Johannis de Chlumecz** finitus fer. III post festum s. Thome.« (De versione bohemica cf. Věstník Č. A. 1899 p. 355.)

In f. 128b haec nota est: »Liber Symonis de Ch«(rudim?).

1004 *V. H. 27.* (*Y. I. 2. n. 47.*)

chart. saec. XV ff. 170 num., 22·3 × 16 cm. d. m.

f. I + 1—7b **(M. Johannis Hus) Sermo in caena domini** (= edit. Norimb. p. II, VII).

f. 7b—8a S. Bernardi Sermo in caena domini (carens medio).

f. 8b—58b **Passio Christi secundum quatuor evangelistas cum expositione homiletica interlineari (M. Johannis Hus** = edit. Norimb. II. 9).

f. 59a—65a **(Johannis Wiclif) Libri II de civili dominio cap. 15.** »Sed maior pars murmuris« × »altissimam paupertatem. Et sic finitur cap. 15 de civ. dom.«

f. 65b—68b **(Eiusdem) Tractatus de pace.** »Ave Rabi, Joh. 19. Constat ex fide scripture« × »de manu tua requiram. Et patet conclusio.« Edid. Loserth W. Sermones IV, 58.

f. 68b—77b Sermones tres in parasceve (In fine definitiones 7 vitiorum capitalium cum nota: »hec evangel. doctor«).

f. 78a—143b (anepigr.) **M. Stanislai de Znojma Tractatus »de peccato et gracia in generali«.** »Cum sit necessarium deplangere« × »potest denegare. Hec presens sint collecta de peccato et gracia in generali. Deo gracias.« (De auctore cf. cod. V. F. 25 f. 105a).

f. 144a—170a (anepigr.) **Quaestiones theologicae.**

f. 170 et in operculo inferiori: **Regulae prohibitionis a communione apud Husitas.** »Isti sunt prohibendi a communione . . . Item 4 articulos . . . non promoventes . . . Item devoluciones capientes i. e. odumrti« . . .

Vetus sign. C, 2.

1005 *V. H. 28.* (*Y. I. 2. n. 43.*)

chart. saec. XV ff. 167 num., 23 × 15 cm. d. m.

f. 1a—10a **(M. Hugonis (?) Pisani) Versus de verbis neutralibus cum commentario interlineari et marginali.** »Demit ab activis breviter neutralia verba« × »Expliciunt verba neutralia per manus **Johannis.**«

f. 10a—15a (anepigr.) **Versus de verbis deponentialibus. cum glossis interlinearibus.** »Do vobis, ignota ne sint deponencialia verba« × »Expl. verba deponenc.«

f. 15b—29b **Thomae de Erfordia Fundamentum puerorum de constructione cum commentario.** »Dic personali verbo« × »Expliciunt fundamenta puerorum de construccione **Johannis** a. d. **1433** fer. V in die Gregory.«

f. 29b—38a »Quarta pars« **(Versus) »de ordine constructibilium grammaticorum« cum commentario.** »Construe sic: casum, si sit, prepone vocantem« × »Expl. quarta pars **Jo(hannis)** a. d. **(14)33** in die Benedicti.«

f. 38a—46b (anepigr.) **Donatus versificatus cum commentario.** »Partibus hys locum« × »Expl. Donatus **Johannis a. 1433.**«

f. 47a—66b **Hugonis (de Verna) Laurea sanctorum cum commentario.** »Jesus Chr. nostra salus. Augustinus commendans studium« (carmen:) »Cum sit necessarium« × »nos omnes protegat Amen.«

f. 66b—70a **Hymni cum glossis bohemicis interlinearibus (Hymny s meziřádkovými glossami českými).**

f. 71b—76a **Johannis de Lauburg Liber de constructione grammaticali ex libro Thomae Erfordiensis metrice compilatus cum commentario.** »Tu qui naturas structure« × »facit hoc relacio vere. Hoc scripsit Gyra nequam« . . .

f. 76a—80b **Praecepta scholarium rhythmica cum commentario et glossis bohemicis. (Pravidla školní latinsky zrýmovaná s glossami českými.)** »Scolaris qui vis provehi« × »Quas si tu servaveris, te honore reges.« (rubr.:) »**Johannes** inutilis.«

f. 81a—85b (anepigr.) **Tractatus de propositionibus cum commentario.** »Proposicio est oracio indicativa« × »Tercia maiorem variat servatque minorem.«

f. 86a—155b **Ludolphi Hildesemensis Flores grammaticae cum commentario.** »Flores grammatice propono scribere, Christe« . . (incip. comment.:) »Ego Ludolphus« (f. 151 vocatur »Hyldensinensis«) × »ire tollere luctus«.

f. 157a—159b **Thesaurus grammaticalis** (ut videtur in fine mancus) **cum commentario.** »Demo condigno puerilia dogmata signa« × »pro quocunque locatur.«

f. 159b—167b **M. Johannis de Netolicz Compendium de speciebus constructionis grammaticae** cum commentario. »Rem transicio dant« × »Expl. autor de construccione grammaticali et est finitus III fer. post epiphaniam sub a. d. **1409 Johannis** cuiusdam.« (Nomen auctoris occurrit in prooemio commentarii).

Operculis adligatum est membr. instrumentum publ. notar. Johannis dicti Frank a. 1404 scriptum. In eadem membrana versa copiatae sunt binae litterae bohemicae: **Mikuláše z Ledče Listiny o prodeji svědčící dvě (první z roku 1434, druhá nedatovaná).** Insuper adligatum est operculo super. fragmentum chart. cuiusdam instrumenti a. 1410 conscripti et epistola originalis Simonis de Zbraslawicz a socio quodam cantiones mutuante.

1006 *V. H. 29.* (*Y. III. 4. n. 70.*)

chart. saec. XV (pars a. 1445) ff. 209, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1a—61b (anepigr.) **M. Johannis Hus Commentarius in IV librum Sententiarum** (non integer, sed tantum usque ad dist. 18) **cum prooemio.** »Si quis indiget sapiencia« × »plures lederent quam excommunicatos. consequens« (finis deest).

f. 62a—91b (anepigr.) **Tractatus de peccatis.** »Nota quod ingratus est ille« × »pluribus avunculis indigere. Et sic est fin s.«

f. 91b—92b Sermo de poenitentia in quadragesima.

f. 93a (anepigr.) **Jana Husa Devět kusóv zlatých (bez výkladu).**

f. 93b **»Zpósoba smrti.** Prwe raduy sie a zaday« × »s krze bozie vmuczenie.«

f. 93b—94a Kázaní o nanebevzetí p. Marie (necelé a rukou mnohem mladší vepsané).

f. 95a—168b **Alani de Insulis Tractatus de arte praedicandi.** »Vidit Jacob scalam« × »et regni eius non erit finis. Et sic habetur finis tractatus M. Alani de arte predicandi, finitus in octava s. Katherine V fer. a. **1445.**«

f. 169a—192b (rubrica:) »Iste sunt **Vere auctoritates utriusque speciei.** Dominus et salvator dicit« × »ex aliqua parte sui« (finis deest).

f. 193a—209b **Sermones aliquot bohemice glossati**: super »Benedicat nos deus« (sermo in discedendo habitus), »Sancti per fidem vicerunt«, exhortatio de s. cruce, »Zachee festinans descende«, de assumptione b. virginis. (Primus **Johannis Hus** esse videtur.)

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. instrumenti publ. notar. de procuratore in quadam causa instituto a. 14 . . sub Bonifacio papa IX. Cf. Věstník Č. A. 1899 p. 356.

1007 *V. H. 30.* (*Y. III. 4. n. 34.*)

chart. saec. XV ff. 75, 21·5×15 cm. d. m.

Aristotelis Analytica priora et posteriora cum notis marginalibus et quaestionibus subsequentibus.

Codex carens initio et fine, cuius opuscula in operculo super. manu saec. XV adnotata magna ex parte nunc desiderantur.

1008 *V. H. 31.* (*Y. III. 4. n. 64.*)

chart. saec. XIV ff. 86, 22×15 cm. d. m.

f. 1a—66b **Alberti de Saxonia Sophismata.** »Deo favente conscribam sophismata« × »omnis homo est omnis homo.« (Post registrum:) »Et sic est finis registri sophismatum in hoc tractatu positorum, et si quis velit videre sophismata difficiliora, videat tractatum de insolubilibus et obligatoriis, quem alias descripsi et inveniet sophismata difficiliora.« (Alia manu:) »Expliciunt sophismata Mag. Alberti.«

f. 67a—74a **»Fergbrey Tractatus consequenciarum.«** »Consequenciarum questio est bona« × »patet solucio secunde consequencie et aliarum premissarum. Et sic est finis.« »Expliciunt consequencie Fergbrey.«

f. 74a—75a (anepigr.) Notae de terminis et suppositionibus.

f. 76a—80b **Tractatus secundarum intentionum** (carens initio, nam incipit a cap. 2:) »Quia pluries oportet« × »consimile de antecedentibus est dicendum.«

f. 80b—84b (anepigr.) Tractatus de descriptionibus, distinctionibus propositionibus in fine mancus. »Descripcio est sermo compendiosus« × »et econtra quarto patet ex hiis, quod conversiones« (cetera desunt).

f. 84b—85b Notae de syllogismis.

f. 86b **Rundellus cum notis musicis**: **»Flos florum inter lilia,** qui spernit mundi vilia, senatoris nata, que letaris, cum ab ipso adoraris in celi pallacio. Tenor huius pulcerrimi rundelli ach du getruys blut von alden soln« (sic) »Fratri suo predilecto notavi hunc rundellum in memoriam fraternitatis.«

In fol. praeligato inter varios lusus calami occurrit nomen »Conradi de Ecra«. In eodem fol. verso notatae sunt duae formae epistolarum, in quarum calce: »Iste liber datus est ad domum pauperum.« Vetus sign. G, 10.

1009 *V. H. 32.* (*Y. III. 4. n. 43.*)

chart. saec. XV ff. 199, 22×16 cm. 1 m.

Alexandri de Villa Dei Doctrinalis pars I cum commentario.

f. 1a (incip. comment.:) »Omnes sicientes venite ad aquas« . . . f. 4b (incip. textus:) »Scribere clericulis paro doctrinale« × f. 199a »declinacio quarta . . . prime coniugacionis et neutrius generis. Explicit prima pars Alexandri finita IV. fer. ante Elizabeth. Qui te furetur, cum deo partem habere dignetur« (sic).

In fol. praeligato versus de ebrietate: »Bis sex credatis sunt species ebrietatis« . . . Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis alius grammatici saec. XIV ex. Vetus sign. S, 10.

1010 *V. H. 33.* (*Y. I. 2. n. 23.*)

chart. saec. XV (pars a. 1430) ff. 100 num., 22×16 cm. d. m.

f. 1a—31b (anepigr.) **Johannis Wiclif Tractatus tres: summulae, suppositiones, consequentiae.** »Iuvenum rogatibus, quibus afficior, superatus tres tractatus« × »quod per affirmativam daretur minus«. (?)

f. 32a—70b **Johannis de Tarteis Problemata.** »Problema correspondens libello Porphyrii« × »ad problema propositum finalis responsio, pro quo opusculo sit laus et gloria deo. Amen. Tak sem chtyel. Finis blematum (sic) Tartheis.«

f. 71a—74b Registrum alphabeticum operis praecedentis.

f. 75a—76a (anepigr.) **Eiusdem Tractatulus de modis.** »Pro materia de modis est notandum« × »eciam ad communia dubia aliqualis responsio. Expl. Tharteis **1430.**«

f. 76b—100a **»Tractatus de composicione continui ex non quantis.«** »Opinio est, quod quantum continuum« × »quod inferioris terminum agit. Deo gracias.«

Vetus sign. B, 4.

1011 *V. H. 34.* (*Y. I. 2. n. 143.*)

membran. saec. XIII ff. 254, 23×16 cm. 1 m.

Gregorii papae IX Decretalium libri I—IV et initium V cum notis variarum manuum recentioribus.

Praecedit registrum omnium V librorum in 2 ff. non num. f. 1a »Gregorius episcopus servus servorum« × f. 254a (de simonia) »Tanta est labes huius criminis, quod eciam servi adversus dominos et quilibet criminosi invitantur ad accionem. Item« (cetera desiderantur folio hoc truncato et deficiente fine).

Codicem in Italia scriptum esse, et membranae et scriptura demonstrant. Eundem breviter recenset Schulte, Canon. Hdsch. p. 22. Vetus sign. N. 24.

1012 *VI. A. 1.*

chart. saec. XV ff. 508, 31·5 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

Commentarius (seu Postilla) in Veteris Testamenti libros: Esdrae II, Paralip. I et II, Esdrae I, Neemiae, Hester, Tobiae, Judith, Job, Psalmorum.

f. 1ª (rubr.:) »Incipit liber Esdre secundus«. (atram.:) »Et fecit Josias. Liber iste, qui dicitur Esdre secundus, videtur magis ab alio doctore nescio quo scriptus« × f. 508ᵇ »Beati qui habitant in domo tua domine, in secula secul. laudabunt te. Ad quam laudem etc. Explicit postilla super librum psalmorum.«

1013 *VI. A. 2.*

chart. saec. XV ff. 161, 29 × 20 cm. 1 m.

Sermones de sanctis (Pauli Wann).

f. 1ª (de s. Andrea) »Rabi, ubi habitas? Venite et videte« × f. 161ᵇ (de Simone et Juda) »ne ficcio deciperet animam illius. Ex illo« (cetera desunt nonnullis foliis evulsis).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam liturgici saec. XIV.

1014 *VI. A. 3.*

chart. saec. XIV (pars a. 1380) ff. 182, 29·5 × 21 cm. 2. m.

f. 1ª—91ᵇ **Gregorii papae I. Homiliae in Ezechielem prophetam.** »Incipit prologus in capitula. Libelli huius opacitatem . . . Incip. prefacio. Dilectiss. fr. Martiniano« × »ad hereditatem perpetuam erudit. Sit itaque etc.«

f. 92ª—182ª **Eiusdem Homiliae XL in evangelia.** »In illo temp. dix. J. disc. suis: Erunt signa in sole . . . Dominus ac redemptor noster« × »eterna gaudia sine livore capiatis. Expl. omelie Gregorii pape sub a. d. **1380** in die s. Lucie fer. V finite.«

1015 *VI. A 4.*

chart. saec. XV ff. 318 num., 31 × 21 cm. 2 m. cum init. pictis.

Testamenti Veteris libri: Pentateuchus, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdrae I, Neemiae, Esdrae II, Tobiae, Judith, Hester, Job.

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum chartacei cuiusdam codicis liturgici saec. XIV ex., in quo post hymnum s. Wenceslai inscripta est cantio bohemica **Hospodine pomiluj ny** notis musicis instructa.

1016 *VI. A. 5.*

chart. saec. XIV—XV (pars a. 1407) ff. 136, 29 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—5ᵇ (anepigr.) **Jacobi de Ancharano (vel Theramo) Belial.** »Nostis carissimi, quod cum filius dei« × »et tandem dilecto frueretur in sec. sec. Expl. pulcher tractatus, qui potest dici **Consistorium diaboli.**«

f. 5ᵇ—8ª **Epistola Luciferi ad ecclesiasticos principes.** »Lucifer princeps tenebrarum« × »in robore premissorum. Hec epistola scribitur principalis ecclesiasticus etc. P. H.« (sic — Henrici de Hassia?)

f. 8ª—9ª **Richardi regis Angliae Epistola invectiva ad Robertum Gebennensem et ceteros cardinales de electione papae.** »Universi Chr. fideles« × »mereberis ulcionem.«

f. 9ª—10ᵇ **S. Bernardi Claraevallensis Epistola de modo regendi se ipsum et familiam ad Raimundum dom. Castri Ambrosii.**

f. 11ª—24ª **Innocentii papae III** (antea Lotharii card.) **Liber de miseria conditionis humanae.** »Dom. P. Portuensi episc.« × »ignis ardens in sec. sec. Amen.«

f. 24ª—37ᵇ (anepigr.) Tractatus de praecipuis materiis fidei. »De creacione, de angelis« × (de officio lamentationum) »pro salute humani generis. Es ist genug gewest. Finito libro sit laus et gloria Cristo. Amen sprach Henreich.«

f. 38ª—92ᵇ **(Thomae de Aquino) Liber eruditionis principum.** »Cum pars illustris ecclesie« × »fuerit associata.«

f. 92ᵇ—101ᵇ Sermones aliquot de sanctis in fine mutili.

f. 102ª —136ᵇ **(Gualteri Burlaei) Tractatus de vita et moribus philosophorum veterum.** »De vita et moribus phil. vet. tractaturus« × »Expl. sentecie et mores philosophorum a. d. **1407** proximo sabbato post festum Sigismundi per **Nicolaum Enteneri de Honsteyn.**«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici notis instructi saec. XIII—XIV. Operculo super. adglutinatum est fol. chart., in quo nota est de curanda phthisi bohem. **(Léčení souchotin z konce XIV. stol.).** Operculo infer. adglutinatae erant literae citationis officialium in causa matrimoniali, datae Pragae 1422, in quibus versis annotata sunt manu saec. XV tria proverbia bohemica. Literae hae (ed. Tadra, Soudní akta VII p. X) nunc separatim asservantur inter alia fragmenta.

1017 *VI. A. 6.*

chart. saec. XV ff. 210, 29 × 20 cm. d. m.

f. 1ª—173ᵇ **Sermones 44 de sanctis.** »De s. Andrea. Venite post me . . . Hec verba« × (de s. Catherina) »et que salutis nostre sunt, obtineat per Chr.« . . .

f. 174ª—195ª (anepigr.) **Tractatus de censuris ecclesiasticis.** »Si quis ecclesiam non audiet« × »largire dignetur tempore oportuno. Amen.« (Pars f. 195 resecta est.)

f. 196ª—210ᵇ (anepigr.) **Formularius instrumentorum publici notarii, res Italicas praecipue concernentium.**

1018 *VI. A. 7.*

chart. saec. XV. et XVI. ff. 255, 29 × 21·5 cm. d. m.

Codex Przemyslaeus seu Copiarium diplomatum et epistolarum latinarum atque germanicarum res praecipue bohemicas et polonicas saec. XIV ex., XV et XVI in. concernentium.

Codici huic ab historiographis multum trito et allegato (cf. Palacký, Urkundl. Beiträge zur Gesch. d. Hussitenkrieges, Vorrede p. XI et Čelakovský

O registrech v Rozpr. k. české spol. VII, 3, 6 str. 16 a n.) passim etiam inserta sunt opuscula prosaica et metrica ab asseclis renascentium in Polonia literarum conscripta, item in f. 249b—251a **Glossarium herbarum latinopolonicum saec. XVI in.** Codex postremo in urbe Przemyslavia Galiciae asservatus fuisse perhibetur, unde titulum dorsalem accepit.

1019 *VI. A. 8.*

chart. a. 1430 et 1431 ff. 301 num., 30 × 21 cm. 1 m.

f. 1 Sermo in exsequiis cuiusdam defuncti habitus.

f. 2a—179a **Sermones de sanctis.** »Incipit opus sermonum de sanctis per circulum anni. Et primo de s. Stephano. Stephanus plenus gracia.« × »Explicit opus de s. p. c. a. scriptum per **Thomam Fab(rum?) a. d. 1430** finitum in die decolacionis Johannis Waptiste (sic) in Villa dei.«

f. 180a—301 **Sermones de sanctis.** (Alia colletio.) »De s. Andrea. Ambulans Jesus iuxta mare Galilee« × »Et sic est finis postille huius in vigilia nativitatis Christi a. d. **1431**« (cetera cultro excisa sunt, sed dubitari non potest, quin collectio haec ab eodem scriba exarata sit).

1020 *VI. A. 9.*

chart. saec. XV (partes a. 1496 et 1498 et init. XVI. saec.) ff. 247 num., 30 × 22 cm. 1 m.

f. 1a—207a **Johannis Gerson,** cancell. Paris., **opera:** f. 1a **Tractatus super Magnificat,** f. 154a **Tractatulus de carnium abstinentia apud Carthusienses,** f. 163a **Tractatus de consolatione theologiae,** f. 189a **Tractatus de duplici statu in ecclesia dei,** f. 191a **Tractatus de regulis et modis vivendi omnium fidelium,** f. 192b **Epistola super materia sacramentalis absolutionis,** f. 193b **Liber de passionibus animi,** f. 203b **Tractatus de probatione spirituum** »Constancie tempore generalis concilii traditus.«

f. 207b—213a (altera manu) **Vita s. Monicae.** »Hortor te dilecta sponsa« × »apud turrim sanguineam est locatum. A. **(14)96** in octava Augustini« (annus cultro laesus est).

f. 213a—216a **Vita s. Lebuini.** »Cum omnium moderator rerum« × »glorificante choruscant. Expl. v. s. L. **1498.**«

f. 217b—220a **M. Alberti Krantz,** decret. doct., **Determinatio super dubiis circa contractum calicum.** »Bello gravissimo« × »Ita michi Alb. Krantz . . . visum est« . . .

f. 220a—221b **M. Johannis Stroder,** theol. prof., **Determinatio super dubiis motis de contractu quorundam calicum tempore belli distractorum et denuo monasteriis venditorum.** »Magnus ille s. Paulus« × »Ita michi Johanni Stroder . . . visum est« . . . (Nomen auctoris initio evulsum, in fine laesum est.)

f. 222a—247b (per extensum) **Privilegia capituli Wyndensemensis canonicorum regularium** (praecedente prologo in membrana inligata non numerata). (Ultimae literae Alexandri papae VI datae sunt a. 1499.)

In membrana codici praeligata notatur primo: »Liber domus b. Marie in Zegeberge ord. canon. regul.«, dein sequitur tabula contentorum. In eodem fol.

verso haec nota occurrit: »Dies Buech neben etzliche andere mher hatt der herr Stadthalter, wiee sie doch vorkaufft werden solten, an sich genhomen und dafür die Tomos operum Doct. Martini Lutheri in die Kirche zu Segeberge gegeben Anno 1583 anno aetatis suae 58.« Quam notam manu propria subscripsit »Henrich Rantzow«. F. 1a (in fronte) »Domus professae S. J. ad s. Nicolaum Pragae catalogo inscriptus 1733.«

1021 *VI. A. 10.*

chart. saec. XIV et XV ff. 227 num., 29 × 22 cm. d. m.

f. 1a—68a (saec. XV) **Johannis Gerson Expositio symboli.** »Venite ambulemus in lumen dei nostri« × Expl. dicta symboli compitata per doct. de Gerson« . . .

f. 68b—109b (saec. XV) **Sermones diversi** (unus de passione), ut videtur **Johannis Gerson.**

f. 110a—130a (saec. XIV) **Sermones diversi** (tres de passione).

f. 131a—177a (saec. XIV—XV) **Sermones diversi.**

f. 178a—213a (saec. XV) **Expositio symboli.** »Quicunque homo habens usum racionis« × »Et sic est finis Symboli egregij viri et dom. doct. **Mag. Nycolai de Grecz.**«

f. 213b—227b (saec. XV, anepigr.) **Nicolai de Dinkelspühl Tractatus de septem donis spiritus sancti.** »Egredietur virga de radice Yesse« × »ad pias affecciones. Ex sic est finis huius.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cod. grammat. saec. XIV.

1022 *VI. A. 11.*

chart. saec. XIV—XV ff. 128 num., 29·5 × 22 cm. d. m.

f. 1a—6a **Albertani causidici Brixiensis Liber de doctrina dicendi et tacendi** (compilatus 1245 mense Decembri).

f. 6a—25b **Eiusdem Liber consolationis et consilii** (compilatus 1246 mensibus Aprili et Maio).

f. 25b—64b **Eiusdem Liber de amore et dilectione dei et proximi et aliarum rerum** (compil. in carcere Cremonensi 1238 mense Augusto).

f. 64b—78a **Eiusdem Sermones in congregationibus causidicorum habiti.**

f. 78b—81a (anepigr.) Auctoritates de eucharistia.

f. 82a—116a **Alani de Insulis Tractatus de modo praedicandi.** »Vidit Jacob scalam« × »Expl. tr. de arte pr.«

f. 117a—126b **S. Hieronymi Praefationes in IV libros evangeliorum.**

f. 127a—128b **Henrici de Plawhen, ord. Teuton. mag. gener., Confirmatio pacis cum Polonis initae Toruni a. 1411.**

Operculo infer. adligata est membran. syngrapha bohemica fere integra (**Dlužní úpis Jindřicha z Rosenberga paní Příbě z Radostovic vydaný r. 1408 v den sv. Martina**). Cod. rec. Balbinus Boh. d. III, 168. Ex bibl. collegii S. J. Crumloviensis.

1023 *VI. A. 12.*

chart. saec. XV ff. 317 num., 31 × 22 cm. 1 m.

Petri Comestoris Historia scholastica.

f. 1ª (Dedicatio:) »Rever. patri . . . . . Guilhelmo Senonensi archiep. Petrus« (prologus:) »Imperatorie maiestatis« × f. 304ᵇ »ut ait Clemens in quinto libro ypotyposeon i. e. informacionum. Expl. liber historie scolastice.«

f. 305ª—317ª Registrum operis.

Ad calcem f. 1ª nota: »S. Joannis sub rupe.«

1024 *VI. A. 13a.*

chart. saec. XIV—XV ff. 247 num., 29 × 21·5 cm. d. m.

Bartholomaei de S. Concordio Summa Pisana.

f. 1—2ª Registrum vocum fol. initiali deficiente mancum.

f. 2ª »Quoniam, ut ait Gregorius super Ezechielem« × f. 247ᵇ »Consummatum est hoc opus fer. IV ante nativitatem b. Marie virg. per **Nicolaum dictum Lyra** Lyra ut supra« (sic).

In fol. sequente verso non num. occurrunt quaedam notae historicae de Cunigundi abbatissa, Wenceslao rege, Ottocaro II, de translatione fratrum s. Adalberti. Operculo infer. adglutinatum est fragmentum chart. codicis liturgici saec. XIV ex., in quo occurrit antiphona de s. Ludmila notis musicis instructa. In fronte f. 1ª nota: »S. Joannis sub rupe.«

1025 *VI. A. 13b.*

chart. a. 1388 ff. 294 num., 30 × 21 cm. 1 m.

Bartholomaei de S. Concordio Summa Pisana.

Initium deest.

f. 1ª »opere utantur sicud legitur de b. Jacobo« . . . (sequitur vox: Adopcio) × f. 290ᵇ »Consummatum est hoc opus per fr. Bartolomeum de s. Concordio . . . a. d. 1338 de mense Decembri . . . . Scriptus autem est libellus (sic) iste per manus **Johannis.**« (Sequitur rubrica:) »Expl. Summa Pisani comparata per fr. Wilhelmum professum in Pomuk in studio Pragensi a. d. **1388**«.

f. 291ª—294ᵇ Registrum in fine mutilum.

In operculo super. intrinsecus copiata est bulla Urbani papae VI anno pontificatus sexto (1384) data monachis Cisterciensibus de confessore libere eligendo. In fronte f. 1ª nota: »Monasterii s. Joannis sub rupe.«

1026 *VI. A. 14.*

chart. saec. XV ff. 316 num., 30 × 21 cm. 1. m.

Testamentum Vetus exceptis libris propheticis.

In fronte f. 1ª nota: »S. Joannis sub rupe.«

1027 *VI. A. 15.*

chart. cca. a. 1407 ff. 234 num., 29·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—59ª (anepigr.) **Tabula decreti Martiniana (= Martini Poloni)** »Aaron de caritate Aaron de penitencia dist. II« × »tunc angeli colligent zyzania in fasciculos ad comburendum XXIII q. 1 ante finem.«

f. 59ᵇ—65ᵇ **(Hermani Tepelstensis?) Stella clericorum.** »Quasi stella matutina« × »eternam dampnacionem. Et sic est finis.« Sequuntur versus: »Qui missam dicis post amplexum meretricis« etc. (De auctore cf. cod. I. G. 2. f. 60ª.)

f. 66ª—214ª **Wilhelmi Horberk Collectio decisionum rotae a. 1376—1381.** »In nom. dom. Amen. Anno nativitatis eiusdem 1376« × »Et sic est finis decisionum a. d. **1407** fer. III in die s. Lucie virg.«

f. 214ᵇ—234 Registrum decisionum.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. cuiusdam instrumenti publ. notarii de a. 1406. Codicem hunc Schulte non commemorat.

1028 *VI. A. 16.*

chart. saec. XIV ex. ff. 163 num., 29·5 × 22 cm. 1 m.

Nicolai de Lyra Commentarius seu postilla in evangelium s. Lucae.

f. 1ª »Facies bonis a sinistris ipsorum quatuor« × f. 163ᵇ »Expliciunt dicta super Luca ewangelista Nycolay de Lyra« (nomen hoc radendo laesum est).

Ibidem manu saec. XV ex. rubricatum est: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium in Trzebon alias in Witignaw.« Ex hoc monasterio liber in bibliothecam Rosenbergicam, ut insigne praeligatum docet, pervenit, unde postea restitutus est monasterio praefato.

1029 *VI. A. 17.*

chart. saec. XV ex. ff. 296 num., 31 × 22 cm. 1 m.

Ecclesiasticus, commentario et raris glossis bohemicis interlinearibus instructus, a cap. I usque ad XXXI, 41.

f. 1ª (incip. comment.:) »Liber iste, qui Ecclesiasticus apellatur« × f. 296ᵇ (expl. comment.:) »sed eciam omnem alium proximum.«

Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. instrumenti publ. notar. Johannis de Zerowycz, quo literae ordinationis Mag. Johannis Simonis de Teplicz a. 1446 genuinae recognoscuntur. Operculo super. adglutinata est **Icon xylographica repraesentans ss. Cosmam et Damianum,** supra cum attributis medicis, infra crucifixos **(saec. XV).** In fronte f. 1 haec nota est: »Monasterii s. Joannis sub rupe.«

1030 *VI. A. 18.*

chart. saec. XV ff. 202 num., 31 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—141ᵇ **Testamentum Novum cum suis prologis.** »Matheus ex Judea« × »Expl. test. nov. finitum fer. VI post translacionem s. Wenceslai.«

f. 142ª—196ª **Vocabularius biblicus**. »Aaron mons fortis« × »Expliciunt interpretaciones biblie diccionum Ebraicarum et grecarum et syricarum (?).«

f. 196ª—198ᵇ »Registrum per circulum anni de tempore et de sanctis ad epistolas et ewangelia.«

f. 198ᵇ—201ª »Liber ymnorum sive soliloquiorum« (Tituli psalmorum).

f. 201ª—202ᵇ Summa bibliorum.

Operculis adglutinata erant fragmenta Actorum iudiciariorum civilium saec. XIV, quae nunc separatim asservantur (ed. Tadra, Soudní akta VII, 237).

1031 *VI. A. 19.*

chart. saec. XIV—XV ff. 174 num., 28·5 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—109ᵇ **(Antonii Parmensis) »Cappa vel Aurum sub fimo« (= Sermones de tempore).** »Cum appropinquasset Jesus« × »Explicit cappa ewangeliorum.«

f. 110ᵇ—134ª (anepigr.) **Sermones de tempore.** × »In istis sermonibus sunt tria membra ad honorem s. trinitatis . . . unde quando unum sermonem scis, tunc omnes facilius habebis. Stude, beane, qui nihil scis jako ya **Merulus**«.

f. 134ª—144ª (anepigr.) **Sermones diversi.**

f. 144ª—149ª Notae theologicae variae.

f. 149ª—153ª **Stella clericorum.** »Quasi stella matutina« × »adimplere studeatis«. . .

f. 153ª—155ᵇ (anepigr.) **S. Augustini** seu potius **Hugonis de S. Victore Tractatus de XII gradibus abusionis.** »Nota, quod XII sunt gradus abusionis« × »Christus maneat in futuro.«

f. 156ª—158ᵇ **Tractatus de quatuor gradibus claustralium.** »Dilecto fr. suo Gervasio fr. B.« × »pacem in id ipsum.« (Fabricius opus hoc sub titulo »Scala claustralium« attribuit **Guigoni Carthusiensi.**)

f. 158ᵇ—160ᵇ **S. Bernardi Claraevallensis Liber de conscientia (= Tractatus de templo spirituali).** »Consciencia, in qua perpetuo anima mansura est« × »nimium laudando vel vituperando.«

f. 161ª—162ª **»Tractatus de conflictu Jerusalem et Babylon.«** »Inter Babilonem et Jerusalem« × »caritatis decem milia.«

f. 162ª—165ª S. Bernardi Sermo de passione domini.

f. 165ª—166ᵇ B. Eusebii episcopi Sermo de corpore Christi.

f. 166ᵇ—172ª Bedae venerabilis Homiliae duae.

f. 172ᵇ—174ª Nota de tribus crucibus inventis.

f. 174ᵇ (titulus et finis cultro excisus) **Planctus s. Mariae.** »Qui viam pergitis, hic mecum sedete« . . .

Operculo super. adglutinata est: »Collacio XII eremitarum.« In fronte fol. 1ª notatum est: »Monasterii s. Coronae 1649.»

1032 *VI. A. 20.*

membran. saec. XIV ff. 157, 32 × 24·5 cm. 1 m.

Fr. B. (Bertholdi de Ratispona) Sermones Rusticani de tempore.

f. 1ª »In adventu sermo I. Erunt signa in sole« × f. 157ª »Incipiunt tituli sermonum fratris B., qui dicuntur Rusticani ex humilitate sic eos nominando.« Sequens tabula non est integra codice mutilato.

In fronte f. 1ª annotatum est: »Ex bibliotheca canonicorum regularium s. Augustini Trebonae 1718.«

1033 *VI. A. 21.*

chart. saec. XIV ff. 284, 27·5 × 20 cm. 1 m.

f. 1ª—3ª »Tabula huius operis« initio mutila.

f. 3ᵇ—17ᵇ **Sermones XXIV de dedicatione.**

f. 17ᵇ—57ᵇ **»Sermones de quadragesima et alie congregaciones de tempore.«** In fine: »Explicit liber tabulatus.«

f. 58ª—251ª »Incipit **Piper de tempore cum aliis multis bonis congregatis.**« »Ecce rex tuus venit« × »Explicit liber de tempore nomine Piper.«

f. 251ª—283ᵇ Sermones diversi.

f. 283ᵇ **Modlitby: Otče náš, Zdráva královno, Věři v buoh** (saec. XIV—XV).

f. 284ª **Hospodine pomiluj ny (pouhý text bez not, saec. XIV—XV).**

f. 284ᵇ »Dicta Aristotilis tenenda per singulos menses.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis iuridici latino-germanici saec. XIV. In fronte fragmenti infer. annotatum est: »Iste est liber monasterii Borowanensis alias Forwas dioc. Prag.« Ex hoc monasterio codex bibl. Rosenbergicae obtigit, ut docet insigne adligatum, unde restitutus est monasterio restaurato.

1034 *VI. B. 1.*

chart. saec. XIV—XV ff. 144, 30 × 21 cm. 1 m.

(Jacobi de Voragine?) Postilla, carens initio et fine, (N. Jacobo attribuitur a bibliothecario S. J. in fronte f. 1ª), cum notis marginalibus maxima ex parte aetatis recentioris.

In operculo super. intrinsecus inter varias notas theologicas occurrit manu saec. XV in. inscriptus **Numerus ecclesiarum parochalium dioeceseos Pragensis secundum singulos archidiaconatus.** (»Summa 1931.«) Ed. Höfler, Prager Concil. p. 1. In fronte f. 1ª nota: »Haec postilla Jacobi de Voragine spectat Brzeznicium« (alia manu:) »donata ab illustr. fundatore.«

1035 *VI. B. 2.*

chart. saec. XIV—XV ff. 206, 30 × 22 cm. 1 m.

Remigii Sermones super epistolas et evangelia per circulum anni.

f. 1ª »Fluminis impetus letificat civitatem dei« × f. 202ª »Expliciunt dicta Remigii super epistolas et evangelia.«

f. 203ª—206ᵇ Tabula rerum (alia manu addita).

In membrana operculo infer. adligata notatur: »Domine Petre, si placebit vobis liber iste, transmittatis mihi 100 gr. per certum nunccium. Si ad gratum est, non aliter nisi pro $1^1/_2$ sexagena.« In membrana operculo super. adligata haec nota est: »A. d. 1419 obiit dom. Gregorius presbyter dictus Sekyra, qui hunc librum monasterio s. Karoli legavit.« . . . Ex illa canonia codex ad nos pervenit.

1036 *VI. B. 3.*

chart. saec. XV (pars a. 1438) ff. 221, 29×21 cm. d. m.

f. 1ª—130ᵇ (anepigr.) **Casus decretalium.** »Et laici inprimis duobus c. patet casus« × »sacros canones imitari. Hec sufficiunt pro utroque capite.«

f. 130ᵇ—131ª (alia manu) Erasmi Zachreys Nota de laude Mag. Johannis Polzmacher, decretistae a. 1437.

f. 132ª—202ᵇ **Henrici de Oldendorp Lectura capituli »Omnis utriusque sexus« de poenitentia.** »Rev. in Chr. patri . . B. episcopo Frisingensi . . . H. de Odendarf« × »Expl. lectura cap. etc. compilata per egregium doctorem utr. iuris Heinricum de Odendarff. Scripta est hec compilacio per me **Nicolaum Trewinam de Velpach a. 1438** tunc temporum divinorum cooperatorem in Newenkirchen auf dem Stainfeld.«

f. 203ª—221ᵇ **Tancredi Bononiensis Summula de matrimonio.** »Cum in omnibus fere causis« × »benigno animo corrigat et emendet.«

Codicem hunc Schulte non recensuit. Codex a. 1609 erat bibl. Rosenbergicae, ut docet insigne adligatum, dein a. 1718 canonicorum regularium Trebonae.

1037 *VI. B. 4.*

chart. a. 1389 ff. 311, 29×21 cm. 1 m.

(Petri Pictaviensis) Reportorium morale (Lit. **J, K, L, M**).

f. 311ᵇ »Et sic est finis Reportorii moralis, videlicet istarum quatuor literarum i k l et m, scriptus per manus **Johannis dictus (sic) Stoliczka a. d. 1389** fer. V proxima ante festum penthecostes.«

(Aliae partes huius operis ab eodem scriba exaratae, videlicet lit. **A, T, U,** continentur cod. I. B. 8. **a** & **b.**) Sicut codices illi etiam hic saec. XV ex. erat canonicorum regularium Trzebonensium, deinde bibliothecae Rosenbergicae et iterum monasterii praefati. Item notandum est codici huic et cod. I. B. 8 **a** adligata esse fragmenta eiusdem instrumenti publ. notarii, quo literae confoederationis Caroli VI, Franciae regis, cum Wenceslao, Rom. et Bohem. rege, a. d. 1380 initae recognoscuntur.

1038 *VI. B. 5.*

chart. saec. XIV ff. 132, 29·5×22 cm. d. m.

f. 1ª—3ª (initium deest) Finis cuiusdam tractatus de obedientia.

f. 4ª—19ᵇ Sermones de sanctis (Commune de sanctis).

f. 20ª—23ª & 65ᵇ—68ᵇ & 109ᵇ—110ᵇ S. Augustinus Super psalmos (Excerpta).

f. 24ª—32ᵇ (initium deest) **»Tabula notabilium in Summis b. Thome de Aquino«.**

f. 32ᵇ—36ᵇ Sermones duo (alter de corpore Christi).

f. 37ª—65ᵇ Excerpta ex operibus Thomae de Aquino.

f. 69ª—78ᵇ **Initium Tabulae notabiliorum in Summis b. Thomae de Aquino** (finem vide supra).

f. 79ª—81ᵇ **S. Hieronymi ad Nepotianum et Occeanum epistolae de institutione clericatus.**

f. 81ᵇ—84ª (anepigr.) **Tractatulus de duobus generibus mandatorum.** »Duo sunt genera mandatorum« × »ipse reprobetur a domino.«

f. 84ª—86ª S. Augustini Sermones tres.

f. 86ª—87ª S. Gregorius de obedientia (Excerptum).

f. 87ª—90ᵇ Excerpta varia.

f. 90ᵇ—91ª **S. Augustini ad Cyrillum Epistola de magnificentia b. Hieronymi.**

f. 92ª—94ᵇ **Cyrilli ad Augustinum Epistola de laude b. Hieronymi.**

f. 94ᵇ—110ᵇ Excerpta varia incuria bibliopegi disiecta.

f. 111ª—120ᵇ (anepigr.) **Expositio Psalterii** in fine manca. »In nomine domini Amen glosa. Incipit liber soliloquiorum sive ympnorum« × »cum maledicerent regi, egredere« . . .

f. 121ª—127ᵇ (anepigr.) **Expositio orationis dominicae.** »Magna est virtus oracionis« × »has 7 peticiones consequetur.«

f. 127ᵇ—132ᵇ Sermo de corpore Christi in fine mancus. »Confiteantur domino misericordie eius« . . .

Iam antiquus bibliopegus librum hunc perperam ligavit, ut docent notae saec. XV passim occurrentes. Praeligatum est insigne bibliothecae Rosenbergicae a. 1609, postea codex erat in bibliotheca canoniae Trzebonensis.

1039 *VI. B. 6.*

chart. saec. XV—XVI ff. 431 (num. 428), 28×21 cm. 1 m.

Haly (Albohazen) filii Abenragel Libri de fatis astrorum partes I—IV. (Exemplar descriptum ex libro typis impresso Venetiis 1485 arte et impensis Erhardi Ratdolt de Augusta). Cf. Hain 8349.

Partes huius operis V—VIII et finem v: I. D. 27. Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam philosophici saec. XIV. In fronte f. 1ª: »Collegii S. J. Novae-Domi catal. inscriptus a. 1636.«

1040 *VI. B. 7.*

chart. saec. XV (pars a. 1449) ff. 217 num., 29×21 cm. d. m.

f. 1ª—9ᵇ Sermo de s. Johanne evangelista (non integer).

f. 10ª—107ᵇ (anepigr.) **Sermones de sanctis (Thomae Ebendorfer de Haselbach?)** »Missus est angelus Gabriel« × »b. Bernardus in quadam epistola.« Sequuntur »Vocabula librorum« latino-germanica.

f. 108ª—204ª **Thomae Ebendorfer de Haselbach Sermones de decalogo.** »Cogitatum habe in preceptis dei« × »semper habere volens pro repetitis Amen. (alia manu:) Hec pronuncciata et correcta sunt a. d. **1449** in festo s. Mauricii . . . Explicit exemplarium decalogi. De Haselpach

Thomas operis huius minister . . . anno milleno quadringent trigeque nono (sic, 1439?) . . . (tertia manu:) per **Petrum Dienstman de Lincz** anno ut supra.«

f. 205b—210a Vocabularius latino-germanicus **(Lateinisch-deutsches Wörterbuch)**.

f. 210b—211b Sermo de passione domini.

f. 212b—217b »Excerpta super officium misse.«

Operculo super. adligatae sunt **originales literae Udalrici episcopi Pataviensis datae a. 1479 ad rectores ecclesiarum per decanatum Freynstat in causa confessionum quadragesimalium et pecuniarum inde profluentium.** Operculo infer. autem originales literae germanicae Georgii presb. card. et episc. Pataviensis datae a. 1482 ad decanum in Freynstat **(Georgs Cardinalpriesters u. Bischofs von Passau Originalschreiben an den Dechant von Freynstat Rupert Kurn, derselbe möge das Collectengeld nach Linz überschicken, »geben zu Lintz an freitag vor Urbani** etc. 82« **(= 1482)**.

1041 *VI. B. 8.*

chart. saec. XV ff. 141, 29·5 × 21 cm. 2 m.

f. 1a—129a **Gregorii papae I Homiliae XLI (sic)**.

f. 129a—133b **Bedae Venerabilis Homilia** super »Exsurgens autem Maria abiit in montana.«

f. 133b—139b **Origenis Homiliae duae**, super »In illo temp. cum descendisset Jesus de monte«, et super »In illo temp. ascendente Jesu in naviculam.«

f. 139b—141b **Bedae venerabilis Homilia** super »In illo temp. egressus Jesus secessit in partes Tyri.« (in fine rubrica:) »Expliciunt omelie numero 45.« Sequitur excerptum e sermone quodam Bernardi Claraevall.

In fronte f. 1a: »Monasterii S. Coronae 1649.«

1042 *VI. B. 9.*

membran. saec. XIV ff. 112, 28·5 × 21·5 cm. 1 m.

f. 1a—12b »Calendarium defunctorum.«

f. 14a—19b Calendarium festorum ecclesiasticorum.

Utrique calendario diversis manibus saec. XIV—XVI insertum est **Necrologium monasterii ord. S. Clarae Crumloviensis** (edit. a dre Emler, Věstník král. spol. 1887 p. 198).

f. 20a—109a »Datarium **(= Martyrologium) fratrum minorum.**«

f. 109a—112b Initia lectionum per circulum anni.

F. 112b haec nota rubricata est manu diversa: »Liber monasterii sacrosancte dei genitricis perpetueque virginis Marie in Crumpnaw per honor. dominum Petrum de Rozenberg, capellanum capelle (Omnium Sanctorum) in castro Pragensi.« In operculo super. intrinsecus haec nota occurrit: »Anno a creacione mundi 6726 et ab incarnacione Christi 1527 istum librum Barthol. Trnka presbyter et predicator in ecclesia parochiali s. Viti in Krumlow transligavit de antiquitate in novam formam ad preces sanctimonialis virginis Elisabeth abbatisse illo tempore et aliarum virginum in monasterio Krumloviensi« (s. Clarae). Huic operculo adligatum est fol. membran., in quo exaratus est manu saec. XIV

hymnus de b. virgine notis musicis instructus »Imperatrix gloriosa« (Daniel II, 235). Item notandum in operculo infer. excerptum quoddam ex homilia b. Gregorii a. 1602, 10 Febr., propria manu exarasse et subscripsisse celeberrimum Wenceslaum Březan. Sine dubio ex monast. s. Clarae Crumloviensi.

1043 *VI. B. 10.*

membran. saec. XIV ff. 197, 26·5 × 20 cm. 1 m. cum init. pict.

Breviarium in usum monialium ordinis s. Benedicti ad s. Georgium in castro Pragensi, ut docet

f. 1a—5b calendarium primo folio carens, in quo annotatus est praeter aliarum virginum obitus Sophiae Albinae a Helfenburg abbatissae s. Georgii a. 1630 defunctae.

Operculo super. adligata est membrana, in qua occurrit fragmentum copiatae cuiusdam epistolae Caroli IV imper. datae in civitate Lucana a. 1369 ad Robertum episc. Cameracensem. Huic membranae adglutinata erat **Icon a Joh. Sadeler a. 1580 aeri incisa repraesentans s. Paulum in carcere,** quae nunc separatim asservatur. Alia **Icon a Balt. Caiem aeri incisa, repraesentans matrem dolorosam sub cruce mortuum filium in gremio tenentem,** inligata est inter f. 125 et 126. Ex monast. s. Georgii.

1044 *VI. B. 11.*

chart. a. 1430 ff. 416, 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

Biblia sacra veteris et novi testamenti.

f. 385b »Finitus liber novi testamenti sub a. d. **1430** mense Augusti fer. IV in vigilia s. Laurencii.«

f. 385b—412b Interpretatio vocum biblicarum alphabetica.

f. 413a—416a Initia pericoparum per circulum anni.

Olim codex erat, ut in fronte f. 1a annotatum est, »Residentiae S. J. ad Matrem Dolorosam sub Grupna a. 1669.«

1045 1046 *VI. B. 12.* a *et* b.

Codices duo chart. autographi saec. XVII, a *ff. 192,* b *ff. 215.*

Theodori Moreti S. J. Exercitationes mathematicae, physicae, poeticae atque Sermones.

Codice **a** continentur: f. 1a—125 Propositiones 327 geometricae, f. 126 Notabilia de s. communione, f. 127a—186a Sermones, f. 186b—192b Carmina & Catalogus patrum S. J.

Codice **b** continentur: f. 3a—202b Propositiones physicae 289—685 (quarum initium deest, nam in f. 3a hic titulus est: »Tomi II Prosecutio 3a«), f. 205a—215 Carmina, Catalogus patrum, Epistolae a diversis datae ad Moretum.

Item notandum est, utrique codici insertas esse passim literas originales, materias praecipue mathematicas et physicas concernentes, ad Moretum datas a diversis patribus S. J. (ex. gr. ab Athanasio Kirchero). Cum auctor variis in residentiis S. J. per Bohemiam, Moraviam et Silesiam commoratus a. 1667 Vratislaviae mortuus sit, quamquam id nusquam commemoratur, dubium non est, quin codices ex veteri bibliotheca S. J. Clementina ad nos pervenerint. In cat. IX. A. 18 tamen non occurrunt.

1047 *VI. B. 13.*

chart. saec. XVII et XVIII ff. 95 num., 31 × 20 cm. d. m.

»Memorabilia monasterii Vallis b. Virginis in regno Bohemiae siti vulgo Frawenthal dicti, fundati a. 1267« (usque ad a. 1747).

(Res antiquas usque ad a. 1673 enarravit **Paulus August. Stohandl**, praepositus huius monasterii, quo evocato diversi continuabant usque ad a. 1747). F. 94 et 95 annotata est series abbatissarum usque ad a. 1575 et confessorum et praepositorum usque ad a. 1777. Paulo post monasterio dissoluto codex ad nos pervenit.

1048 *VI. B. 14.*

chart. a. 1569 ff. 64 num., 30 × 19·5 cm. 1 m. Opercula chart. obducta corio fusco, in quo sub literis B. A impressa est imago crucifixi, sub ea vero a. 1569.

Benedictionale notis musicis instructum, mutilum initio et in fine. Supersunt: f. 1 ordo ad suscipiendas sorores secundum ordinem sororum poenitentium, f. 5 De benedictione et impositione primarii lapidis pro ecclesia aedificanda, f. 40b Benedictio tobalearum, vasorum etc. altaris, f. 44b De ecclesiae consecratione, f. 60b De cimiterii benedictione.

1049 *VI. B. 15.*

chart. a. 1400 ff. 225, 30·5 × 22 cm. 1 m.

M. Matthiae de Legnicz Collecta super epistolis dominicalibus per circulum anni.

f. 1a »Videte, quoniam non mihi laboravi soli sed omnibus« × f. 225a »Expliciunt collecta super epistolis dominicalibus pronunc(ciata et co)llecta per Magi(strum Mathia)m de Leg(nicz) do(ctore)m sacre th(eol)oye, que pronuncciata est in colegio a. d. **1400** et scripta per dom. **Jacobum de Nymrnycht**« (Verba uncis inclusa, in hac subscriptione evulsa, ex titulo in operculo super. inscripto facile supplentur). Super textibus biblicis occurrunt glossae bohemicae coaevae.

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam psalmos continentis saec. XIV, inferiori vero fragmentum membr. Pericoparum saec. XII—XIII. In fronte fol. 1a notatur: »Residentiae S. J. ad Matrem Dolorosam sub Grupna a. 1669.«

1050 *VI. B. 16.*

chart. a. 1415 ff. 132, 30 × 21·5 cm. 1 m.

Pontificale notis musicis instructum.

f. 132b »Finitur pontificale. Qui comparatus est per ven. dom. Johannem suffraganum ecclesie Luthomysslensis sub a. d. **1415**«. Liber exaratus est a quodam Bohemo, ut docent verba in f. 22a: »pueri finitis versiculis odpoczynte nebozatka.«

1051 *VI. B. 17.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 150 num., 29 × 19 cm. 1 m.

Gregorii papae I Dialogorum libri IV.

Opus hoc praecedunt 5 folia, quibus haec continentur, manu paulo recentiori exarata:

f. 1 et 150 **Dialogus inter b. Mariam et Anselmum de passione Chr.**

f. 2a—5a **Bernardi Claraevallensis Epistola ad canonicos Lugdunenses de conceptione Mariae virginis.**

f. 5a Vita b. Mariae virg. succincte conscripta.

f. 5b De statura Christi. Rhythmus de s. Benedicto.

f. 6a—150a Gregorii papae I. Dialogi.

In operculo infer. intrinsecus annotatum est manu saec. XIV—XV »**Miraculum de purificacionis festo**, et habetur in antiquo passionali«. Item nota de vita s. Gregorii. Codex a. 1649 erat monasterii s. Coronae, ut in fronte annotatum est.

1052 *VI. B. 18.*

chart. a. 1389 ff. 159 num., 29 × 22 cm. 1 m.

(Guilelmi de Militona) Commentarius in Apocalypsin Johannis.

f. 1a »Spiritu magno vidit ultima et consolatus est« (initium prologi).

f. 7b »Apocalypsis J. Chr. etc. Premissis causis principalibus« × f. 159a »et corrigat, quidquid viderit corripiendum . . . Explicit postilla super Apokalipsim deo laus a. d. **1389** proxima die post festum b. apost. Bartholomei.«

In operculo super. intrinsecus haec nota manu saec. XIV—XV scripta occurrit: »Emi hunc librum pro XXX gr. a Tristramo per manus Jacobi Cathedralis ego Petrus dictus Cremsirz« (?) De posterioribus libri fatis nil constat.

1053 *VI. B. 19.*

mixtus saec. XV ff. 470 num., 29 × 21 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario secundum rubricam Pragensem.

In f. 1a notatur: »Catalogo conventus S. Crucis Maioris Vetero-Pragae inscriptus 1699.«

1054 *VI. B. 20.*

chart. cca. a. 1646 pp. 98 num., 29×22 cm. 1 m.

Graduale (monasterii Chotěšoviensis?) notis musicis instructum.

In operculo super. inter alia ornamenta impressum est insigne monasterii Chotěšoviensis, cui praecedunt litterae auro impressae Z. B. P. C, subsequitur annus 1646.

1055 *VI. B. 21.*

chart. saec. XV ff. 100, 30×22 cm. d. m.

f. 1ª—15ª **Arnesti archiepiscopi Prag. Statuta synodalia** (de a. 1349).

f. 15ª—25ᵇ **Thomae Hibernici Summa de tribus punctis religionis christianae.**

f. 26ª—34ᵇ **»Statuta et mandata synodalia primo per dom. Johannem (Očkonem de Wlašim) archiep. Prag. (a. 1366) et per suos successores edita«** (ultimum mandatum est **Wenceslai decret. doct., decani et administratoris eccles. Prag.** a. 1454 editum. Statuta Očkonis edid. Höfler, Prager Concilien p. 10 sq. Cf. etiam Palacký Documenta p. 332.)

f. 35ª—69ᵇ **Anselmi Cantuariensis archiep. Liber de similitudinibus.** »Voluntas tripliciter intelligitur« ✕ »in quantum volunt. Expl. liber . . . Anshelmi archiep. C. de similitudinibus.«

f. 70ª—99ᵇ **Alani ab Insulis Liber de modo praedicandi.** »Vidit Jacob scalam« ✕ »regni eius non erit finis. Pomoz mila Maria k tomu dogiti. Amen Thetragramaton etc.« (sic).

f. 99ᵇ—100ᵇ **Eiusdem Liber de sex alis Cherubim in fine mutilatus.** »Prima ala est confessio« . . .

In charta operculo super. adglutinata notatae sunt literae dominicales et numeri hebdomadarum ann. 1423—1481. De codice cf. etiam Palacký, Documenta p. 332 sq. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, a. 1718 bibl. canon. regul. s. Augustini Trebonae.

1056 *VI. B. 22.*

chart. saec. XIV & XV ff. 172 num. (recte 174), 29×22 cm. d. m.

f. 1ª—13ª (recte 15ª) **Hugonis de S. Victore Liber de instructione religiosorum.** »Quia fratres largiente domino« ✕ »ut nobis det deus.«

f. 13ª—17ᵇ **Thomae de Aquino Tractatus de articulis fidei.** »Postulavit a me vestra dileccio« ✕ »sub alio eius nativitatem. Expl. de articulis fidei a Thoma Aquin.«

f. 18ª—50ª (per extensum — anonym.) **Pauli Anglici Speculum aureum de titulis beneficiorum ecclesiasticorum.** »Reverend. in Chr. patribus . . . P. minimus« ✕ »Expl. speculum aureum de t. b. e. a. d. **1404** compilatum.« (De auctore et editione v. Schulte, Canon. Hdsch. p. 31—32; ab aliis opus hoc Alberto Engelschalk attribuitur, cf. cod. X. D. 10 f. 83.)

f. 51ª—95ᵇ **Stephani B . . . cii** (nomen radendo laesum) **Liber de fructibus poenitentiae.** »Quoniam peccantibus post baptismum« ✕ »Expl. liber de fructibus penitencie a. d. **1386** in die b. Marcelli m. gl.«

f. 96 Nota de poenitentia et versus de virtute psalmodiae.

f. 97ᵇ—171ª (anepigr.) **Dictionarium vitiorum et virtutum alphabetice digestum.** »Abstinencia. Duplex est abstinencia« ✕ »Vita eterna . . que preparavit deus electis suis. Ad que nos perducere dignetur« etc. (cf. Distinctiones Mauricii Angli in cod. I. A. 35).

f. 171ª—172ᵇ »Adaptaciones sermonum in hoc libello contentorum, prout competunt sabbatis, dominicis et ferialibus diebus tocius anni.« ✕ »Expl. cursus sanct. sermonum.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. instrumenti publici notarii causam quandam monast. S. Coronae a. 1387 concernentis. Operculo infer. fragm. membran. documenti cuiusdam germanici a. 1397. Insuper inligatum est fragm. membr. documenti cuiusdam radendo vitiati inter ff. 96 et 98, in quo occurrunt duo abbates Cistercienses (alter monast. Plasensis). In fragmento membr. primo notatum est: »Istum librum restituit nobis dom. Johannes de Stropnicz notarius dom. de Rosis« . . . in secundo: »Liber monast. ad Sanctam Spineam Coronam« . . . Operculis adglutinata sunt fragmenta cuiusdam registri expensarum.

1057 *VI. B. 23.*

chart. saec. XV ff. 315 num., 30×21·5 cm. d. m.

f. 1ª—1ᵇ Sententia arbitralis in causa quadam inter capitulum et fratres minores Budissinenses vergente prolata a. 1443.

f. 1ᵇ—3ª **Bulla synodi Basiliensis confirmans indulgentias quasdam ecclesiae Misnensi pridem concessas a. 1434, XII kal. Dec.**

f. 3ᵇ Pillae contra caliginem oculorum.

f. 4ª (folio uno truncato) Finis statutorum quorundam provincialium datorum a. 1359.

f. 4ᵇ—5ᵇ **Alberti archiep. Gneznensis ad Conradum episc. Wratislaviensem mandatum de nova rubrica in parasceve observanda, dat. Lanciciae dom. Oculi a. 1430.**

f. 5ᵇ—15ª **Declaratio eiusdem rubricae.**

f. 15ᵇ—17ᵇ Sermo de praesentatione Mariae virginis.

f. 18ª—220ᵇ **Expositio sacri canonis missae compilata »pro felici incremento universitatis Lipsiensis«.** »Reverendi patres et domini« ✕ »ut in eternum laudemus eum, qui vivit etc. Expl. exposicio canonis.« (Hain 6808 habet auctorem **Vincentium Gruner.)**

f. 221ª—281ᵇ (anepigr.) **Tractatus contra communionem sub utraque** (in fine mutilatus). »Debemus invicem diligere« ✕ »et Gracianus dicit: Constituciones« (cetera desiderantur sequentibus aliquot foliis evulsis).

f. 282 Fragmentum dubiorum de baptismo.

f. 283ᵇ Notae quaedam computisticae ad a. 1430—32 spectantes.

f. 284ª—288ª **Responsum facultatis theologicae Erfordensis super dubiis circa miracula in Wilsnak, dat. a. 1446.**

f. 288ª—295ᵇ **Fr. Johannis Capistrani ad Everhardum, praepos. Magdeb., epistola de adoratione et miraculis data a. 1452, VI. Nov**

f. 295ᵇ—315ᵇ (anepigr.) **Everhardi praepositi Magdeburg. Tractatus de adoratione** (reprobans miracula Wilsnacensia) in fine mancus. »De adoracione quantum concernit« × »ad epistolam pretacti patris respondebo, que talis est.«

Nota in fronte fol. 1ª: »Residentiae Soc. Jesu ad Matrem Dolorosam sub Grupna.«

1058 *VI. B. 24.*

chart. saec. XVI ff. 335, 31 × 21 cm. d. m. cum init. pict.

Graduale latino-bohemicum notis musicis instructum. (Kancionál latinský s některými zpěvy českými.)

Literis init. pictis passim inscripta sunt nomina benefactorum, qui in librum exornandum sumptus fecerunt. Nota operculo superiori inscripta cultro vitiata edocemur codicem a quodam Georgio baccalaureo olim reparatum esse. Codicem prolixius recens. Dreves, Cantiones bohem. p. 18.

1059 *VI. C. 1.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 24, 37 × 22 cm. 1 m.

P. Theophili Kherbaum, ord. Cisterc. Plassii professi, Tabella gnomonica.

Sine dubio e monasterio Plassensi.

1060 *VI. C. 2.*

chart. a. 1740 ff. 54 (= 108 pag.num.), 36 × 22 cm. 1 m. cum insignibus pictis.

pag. 1—17 **Denominatio et confirmatio Augustini Thomae Šticžka,** decani canoniae Carloviensis, **in praepositum Ingelheimensem a. 1740.**

pag. 19—20 Nomina canonicorum in canonia Carloviensi Pragae tunc residentium.

pag. 21—22 Insigne praepositi Ingelheimensis pictum et deauratum in membrana.

pag. 25—61 **Privilegia ac maiestalia caes. et reg. diplomata fundationis praepositurae Ingelheimensis ad Rhenum . . inserta et vidimata per Augustinum Thomam Šticžka . . . praepositum a. d. 1740.** (In pag. 27 occurrit insigne capituli Ingelheimensis pictum et deauratum in membrana.)

pag. 62—108 vacuae sunt.

Instrumenta in pag. 1—17 sunt originalia, manu propria Thomae Joannis abbatis Carloviensis nec non Thadaei Schwaiger protonotarii subscripta et sigillis eorundem communita; privilegia vero in pag. 25—61 sunt copiata et per A. Th. Šticžka, praepositum et protonotarium apostolicum vidimata. Codex hic sine dubio e canonia Carloviensi provenit.

1061 *VI. C. 3.*

chart. saec. XVII ff. 74 num., 33 × 23 cm. 1 m.

»Notata Corneliana« (= **Excerpta ex diversis libris theologicis et profanis collecta ab Antonio Adalberto Cornel, ord. S. Benedicti, parocho Lukawicensi,** qui etiam Testamentum suum originale, conscriptum 17. dec. 1693, codici inseruit).

1062 *VI. C. 4.*

membran. saec. XIV in. ff. 80, 34 × 24 cm. 1 m.

Antiphonarium notis musicis per totum instructum.

1063 *VI. C. 5.*

chart. a. 1746 ff. 7, 33 × 22 cm. 1 m.

Instrumentum publici notarii super benedictione et infulatione Thomae Girth in abbatem canoniae Carloviensis, peracta Wolinae 26. ian. 1745 — copiatum et cum originali collatum a. 1746. (Inserta sunt instrumenta nominationis, investiturae, deputationis seu delegationis, iuramenti.)

Codex hic sine dubio e canonia Carlov. provenit.

1064 *VI. C. 6.*

chart. a. 1771 ff. 245, 33 × 21 cm. 1 m.

»**Triplex Čzechico Bohemo Pragena Laus.** Praga Quadriurbs Hradczanum Metropoli adnumerata hoc seculo XVIII sub Maria Teresia . . . ex diversis scriptorum historiis excerpta . . . conscripta a T. J. K. C. R. L. **(Thoma Joanne Kraus canonico regulari Lateran.)** a. d. **1771.**« (= **Historia ecclesiarum et monasteriorum Pragensium** solummodo memorabilibus saec. XVIII insignis).

Textui passim inglutinatae sunt variae imagines aeri incisae, libris impressis desumtae.

1065 *VI. C. 7.*

membran. saec. XIV ff. 131 num. (recte 130), 32 × 23 cm. 1 m.

Johannis Diaconi de institutione, vita, doctrina sive miraculis b. Gregorii Romani pontificis libri IV.

f. 2ª »In nomine s. et ind. trinit. incipit prologus diaconi Johannis ad Johannem reverentissimum (sic) sancte apostolice sedis pontificem« . . . f. 4ª »Gregorius genere romanus arte philosophus« × f. 131ª »saltim verba que valeo minime denegasse cognoscar.«

In fol. ultimo adligato non num. haec nota occurrit: »Liber monasterii domus b. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Tržebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberg primos ipsius monasterii fundatores.« Deinde codex fuit bibliothecae Rosenbergicae, ut docet insigne fol. 131 adglutinatum, ex qua restitutus est bibliothecae monasterii Třebonensis.

1066 *VI. C. 8.*

chart. saec. XV ff. 263 num., 29·5 × 22 cm. 1 m.

Soccii Sermones de sanctis.

f. 1ª »Venite post me, Mat. IV⁰. Beatus Gregorius« × f. 254ª »et eris supra et non subter etc. Kuku. Expliciunt sermones Socci de sanctis. Psal bych lepe ale ruka my se klepe. Dortka hr hr hr naly.«

f. 255ª—263ª Tabula rerum duplex, sed utraque manca.

1067 *VI. C. 9.*

chart. saec. XV ff. 434, 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

Philippi de Pergamo Speculum regiminis sive commentarius in ethicam Catonis.

f. 1ª (initium operis deest) »Jeiunium. Unde ego infrascriptus huius regiminis speculi« . . .

f. 42ª (post tabulas operis sequitur prologus:) »Illustris industrie ac grandis benivolencie speculo Francisco . . de Cararia Padue gubernatoris et ducis . . . fr. Philippus de Pergamo« × f. 434ᵇ »Ipsi igitur, ut est dictum, qui singulariter beatus est, sit honor et gloria in s. s. Amen.«

In fronte f. 1ª: »Ex libris canoniae Carloviensis.«

1068 *VI. C. 10.*

chart. a. 1407 ff. 264, 30 × 21·5 cm. 1 m.

Jacobi de Voragine Sermones de tempore.

f. 1ª »Preparare in occursum dei tui Israel« × f. 230ª »Explicit Jacobinus de tempore, finitus fer. VI dominica secunda post festum s. trinitatis sub a. d. **1407** per manus **Buzkonis de Popowycz.**«

f. 230ᵇ De poenis inferni.

f. 231ª—232ᵇ Sermo de dedicatione.

f. 232ᵇ—254ᵇ »Themata bona et utilia« praedicatoribus.

f. 254ᵇ—264ª **Sermones diversi.**

1069 *VI. C. 11.*

chart. saec. XIV—XV ff. 246, 31 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—8ᵇ Notae variae theologicae et medicae.

f. 9ª—186ª **Psalterium cum expositione interlineari et marginali Mag. Nicolai de Rakowník** (»Lectura egregii doctoris mgri Nicolai de Rakownik, magni theologi«). »Nota. Tres condiciones sunt« × »Amen dico vobis, nescio vos, Mat. VII.«

f. 186ᵇ—188ᵇ Notae theologicae et excerpta varia.

f. 189ª—195 Sermones duo super »Egressus Jesus«.

f. 195ᵇ—210ᵇ (anepigr.) **Tractatus de virtutibus et vitiis.** »Qui vicerit, faciam illum sedere« × »sic temperatus serpentem i. e. dyabolum etc.«

f. 210ᵇ—211ᵇ S. Augustini Sermo super »Missus est«.

f. 211ᵇ—213ª Bedae Sermo super eodem.

f. 213ª—236ᵇ **Fr. Johannis Rigaudi, ord. minor., Summa confessionum** (in fine manca). »Incipit prologus . . . Eminentis devocionis . . . patri . . . Berengario . . episcopo Tusculanensi . . . fr. Johannes« × »quia nemo unquam carnem suam« (cetera desunt).

f. 237ᵇ—242ᵇ »Concordancie scripturarum.«

f. 243ª—244ᵇ Aequivocatio termini »ecclesia«.

f. 245ᵇ—246ᵇ Notae variae theologicae, quarum pars etiam in operculis est.

1070 *VI. C. 12.*

chart. saec. XIV—XV ff. 225, 30 × 22 cm. 1 m.

Sermones de tempore a s. trinitate usque ad adventum (Insunt **homilia veterum patrum** Bedae, Augustini, Gregorii, Remigii et al.)

f. 225ª haec rubrica occurrit: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium ord. s. August. in Trzebon alias in Wignav« (sic). Deinde codex erat bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

1071 *VI. C. 13.*

chart. saec. XVII ff. 609, (= pp. 1209+5 ff.), 31 × 20 cm. 1 m.

Memorabilia monasterii Chotěšoviensis sub regimine Michaëlis Norberti Kastl, praepositi eiusdem a. 1666—1682, ab ipsomet conscripta et collecta, quibus accedunt plurima extranea ad illustrandum illud aevum spectantia. (Libro huic inserta sunt permulta documenta latina et germanica, ex. gr. literae Thomae Pešinae de Čechorod, quas ed. F. Tadra, Čas. Mus. 1904 p. 154.)

Dorso codicis inscriptum est »Mich. Kastl Tom. I.« Codice hoc usus est J. V. Šimák in enarrandis rusticorum tumultibus, Věstník král. č. spol. 1900 num. X. Memorabilia 1683—91 v. XI. A. 11. Codex sine dubio e monast. Chotěšoviensi ad nos pervenit.

1072 *VI. C. 14.*

Fasciculus scriptorum saec. XVII diversis manibus dilucide exaratorum et in unum volumen 324 ff. coadunatorum.

Elogia patrum nec non aliquot generalium Societatis Jesu a. 1580—1687 mortuorum, a superioribus maximam partem rectori collegii Klatoviensis missa, quorum nonnulla germanica, nonnulla bohemica, omnia autem authentica sunt.

Fasciculus hic sine dubio ex collegio S. J. Klatoviensi ad nos pervenit.

1073 *VI. C. 15.*

chart. saec. XVI ff. 50, 31 × 20 cm. 1 m.

Liber prosarum et sequentiarum notis musicis instructus, initio et fine carens.

(Fol. 15—17 et 28 scripturam recentiorem exhibentia posteriori aetate inglutinata sunt.)

In operculo super. notatur: »Liber ecclesiae b. Mariae Virginis in Töpla«.

1074 *VI. C. 16.*

chart. a. 1759—1773 ff. 136, 35 × 22 cm. d. m.

»Diarium quintum conventus Matris Dolorosae in Rabenstein ordinis Servorum b. Mariae Virg. ab anno 1759 usque ad a. 1773 mense Maii conscriptum et finitum.«

(Diarium primum v: VI. C. 18., secundum v: XII. A. 5.) Ex eodem conventu ord. Servorum.

1075 *VI. C. 17.*

membr. saec. XIV (ante a. 1381) ff. 259, 33·5 × 22 cm. 1 m.

S. Augustini Homiliae in evangelium s. Johannis CXIV.

In fol. 259, magna ex parte truncato haec rubrica occurrit: »Liber monasterii domus s. Egydii canonicorum regularium in Vitignaw alias in Trzyebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores a. d. 1381.« Deinde codex erat bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

1076 *VI. C. 18.*

chart. a. 1665—1693 ff. 66, 33 × 21 cm. d. m.

»Diarium primum conventus Matris Dolorosae in Rabenstein ordinis Servorum B. M. V. ab a. 1665 usque ad a. 1693.«

(Diarium secundum v. XII. A. 5. Diarum quintum v. VI. C. 16.) Ex eodem conventu ord. Servorum.

1077 *VI. C. 19.*

chart. saec. XVII–XVIII ff. 75, 32 × 22 cm. 2 m.

»Regulae iuridicae ex iure communi, municipali, provinciali et novellis declaratoriis cum rationibus decisivis secundum alphabetum collectae.«

In fronte eiusdem tituli alia manus annotavit: »Goldenkroner Archiv.«

1078 *VI. C. 20 a.*

chart. saec. XV et XVI ff. 118, 32 × 21 cm. d. m.

Hymni et cantiones notis musicis instructae latinae additis aliquot bohemicis.

f. 32b **Johannis Roderici a Choterina Oratio dominica. Carmen iambicum dimetrum a. 1546 compositum.**

f. 83a—93b **Hymni »de s. Johanne Hus«**, quorum tres sunt bohemici **(Písně o sv. Janu Husovi).**

f. 103b—104a **Píseň na hod boží vánoční částečně s notami. »Radugme se weselme se.«**

Partis prioris (usque ad f. 59) index exaratus est in operculo super. et in f. 1. Codicem nostrum recens. J. Jireček, qui etiam initia cantionum popularium bohemicarum exscripsit, Čas. Mus. 1879 p. 45, deinde prolixius Dreves, Cantiones bohem. p. 15. Unde codex hic, quo ecclesia quaedam husitica diu

usa esse videtur, nobis obtigerit, nusquam commemoratur. Jireček putat codicem fuisse Johannis Roderici a Choterina († 1581), qui carmen suum (f. 32b) inseruit a. 1546.

1079 *VI. C. 20 b.*

membr. saec. XIV ff. 108, 29·5 × 22 cm. d. m.

Graduale (Franciscanum?) perpetuis notis musicis instructum.

Cum nulla mentio fiat patronorum Bohemiae, liber extra Bohemiam exaratus esse videtur.

1080 *VI. C. 21.*

chart. saec. XV ff. 192, 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1a Notae theologicae variae.

f. 2a—6b **Mag. Cunssonis (de Třebovle) Tractatus contra mag. Albertum Ranconis de Ericinio de devolutionibus non recipiendis.** (Excerpta tract. huius edid. Höfler, Script. rer. hus. II, 48.)

f. 7a—95a (anepigr.) **Liber Pantheon** (in fine mancus). »Quoniam ordinare materias edificacioni utiles« × »Idem dicit Jeronimus in cronicis suis. Explicit.« (Cf. cod. VIII. G. 8.)

f. 95a—97a Sermones de dedicatione.

f. 98a—179b **Sermones de sanctis.** »Sapienciam sanctorum narrant omnes populi« × »perseverans sequere. Rogemus.«

f. 180a—189a Registrum super sermones praecedentes ordine alphabetico digestum.

f. 189b—192a **»Sermo factus ad electores summi pontificis Constancie« (per Jacobum episcopum Laudensem)** Edid. Hardt, Concil. Const. I, 20, 931.

In operculo super. post registrum contentorum haec nota occurrit: »Dom. Bartha capellanus de Crumlow donavit mihi (me?) Johanni de Crumlow, qui mortuus penultima die mensis Decembris a. d. 1470.« Deinde f. 192a manu saec. XV—XVI notatur: »Iste liber est monasterii Borowanensis alias Forwos Prag. dyoc. datus per Mag. Mauricium de Benessow.« Quo monasterio dissoluto codex in bibl. Rosenbergicam pervenit, ex qua restitutus est eidem monasterio renascenti.

1081 *VI. C. 22.*

chart. a. 1434 ff. 178, 31 × 22 cm. 1 m.

f. 1a—51a **Isidori Hispalensis ad Jasonem episcopum libri de summo bono.** »Dom. sancto meritisque beato Jasoni episc. . . . Summus ideo deus est« × »celestis aula letificandos includit. Expl. liber Isid. ep. ad Jas. ep.«

f. 51a—101a **»Opus Marie« (Sermones quadragesimales).** »Cum ieiunatis, nolite fieri sicut ypocrite tristes« × »Expl. opus sermonum s. Marie intitulatum per manus **Blasconis presb. de Dobrzano** alias plebani in Chwalenicz scriptum et finitum a. d. **1434** in obsidione civitatis Pylznensis.« (Finis hic cultro valde laesus est.)

f. 101ª »Notabile« (**Verše české o nové víře.** »Opatrnye ssye ma myetye« etc. Sub titulo »O nevěře« ed. A. Patera, ČMF. 1897 p. 40).

f. 101ᵇ—172ᵇ (anepigr.) **Expositio psalterii.** »Psalterium nomen accepit« × »eterna capit spiritus sanctus.«

f. 172ᵇ—174ᵇ Excerpta quaedam de agricolis e sermone s. Augustini.

f. 174ᵇ—175ª **Jordani card. de Ursinis epistola capitaneo et incolis districtus Pilsnensis directa (Nurenbergae IV Junii IV indictione** — sic).

f. 175ª **Martini papae V Epistola civitati Pilsnensi et Carlsteinensibus directa Romae IV id. Sept. pontif. anno X (1427).**

f. 175ᵇ—176ᵇ **Juliani cardinalis et legati Epistola Bohemis directa e castris prope Weyden 26. iulii 1431.** (Cf. Palacký III, 2, 140, qui epist. 5. iul. datam esse asserit.)

f. 176ᵇ—177ᵇ **Bulla concilii Basiliensis ad Bohemos data 15. oct. 1431** (Mansi XXIX, 233).

f. 178ª—178ᵇ **Carmina duo vagantium scholarium 1) Ad terrorem omnium surgam locuturus 2) Olim sustulerunt scholares magistrorum libenter verbera.**

Ibidem rubricatum est: »Iste liber est **Blasconis presb. de Dobrzano alias plebani de Chwalenicz,** quem ipse conscripsit a. d. **1434** in obsidione civitatis Plznensis.« Deinde, ut in operculo super. notatum est, liber erat Mag. Procopii de Cladrub, sacrae theologicae professoris, decani ecclesiae Pragensis. De ulterioribus eius fatis nil constat.

1082 *VI. C. 23.*

chart. saec. XVIII ff. 138, 33 × 22 cm. 1 m.

»Epitome comitiorum in regno Bohemiae celebratorum« (ab a. 722 usque ad a. 1708).

1083 *VI. C. 24.*

chart. saec. XVIII ff. 36, 32 × 20 cm. d. m.

Inventarium monasterii Misensis ord. min. s. Francisci spectans ad a. 1712—1723, cui accedunt notata historica, decreta, statuta idem monasterium concernentia.

Ex monast. Misensi.

1084 *VI. C. 25.*

membran. saec. XII—XIII ff. 119, 32·5 × 23 cm. d. m.

Gregorii papae I. Homiliae XL.

f. 1ª (post tabulam sermonum) »Incipit epistola ad episcopum Tauronitanum . . . Inter sacra missarum solemnia« × f. 116ᵇ »Expliciunt omeliae beatissimi Gregorii papae numero quadraginta« . . . »Incipit prologus Johannis dyaconi« . . .

f. 117ª—118ᵇ »Haec sunt veridica catholicorum patrum testimonia . . . de sacrosancti corporis et sanguinis domini misteriis quid credendum . . . sit« . . .

f. 119ª »Discretio de illusione somni« (de pollutione nocturna).

Ex monasterio S. Coronae.

1085 *VI. C. 26.*

chart. saec. XV ff. 438, 29 × 22 cm. 1 m.

Breviarium, ut demonstrat calendarium praecedens, **usui cuiusdam monasterii ord. min. s. Francisci in Bohemia adaptatum.**

1086 *VI. C. 27.*

chart. a. 1471 ff. 330, 31 × 21·5 cm. 1 m. cum 1 init. pict.

Sermones de sanctis.

f. 1ª »Laudate dominum in sanctis eius« × f. 304ᵇ »A. d. **1471** jar (sic) finitus est in vigilia Petri Pauli hora nona per me **Johannem Pistoris de Kemnitz.**«

f. 305ª—329ª (alia manu) Sermones diversi.

f. 330 (tertia manu saec. XV—XVI) **Anleitung zur Baumzucht. »Vom bowme pfropphen«** . . .

In ligno operculi super. annotatum est: »1486. Hunc librum dedit dom. Caspar plebanus in Frawensteyn fratribus minoribus de observancia in Grupka.« Deinde liber erat Residentiae S. J. Grupnensis, ut docet nota in fronte f. 1ª.

1087 *VI. C. 28.*

chart. saec. XIV—XV ff. 174, 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—14ᵇ (anepigr.) **Expositio orationis dominicae** in fine mutila. »Beatus Gregorius in officio misse« × »per cordis puritatem apostolice« (cetera desunt fol. uno exciso).

f. 15ª—19ᵇ (anepigr.) **Altera expositio eiusdem orationis.** »Pater noster . . . Per totum annum predicatur« × »a domino consequetur. Explicit.«

f. 19ᵇ—20ª Nota de daemoniis subiciendis.

f. 20ᵇ—55ᵇ Sermones diversi (in fine manci).

f. 56ª—89ᵇ **Sermonum, qui dicuntur »Aurum sub fimo«, pars aestivalis.** »Homo quidam erat dives« × (alia manu:) »Expl. pars estivalis super evangelia Aurum sub fimo dicta.« (Auctor est **Antonius Parmensis**).

f. 90ª—95ᵇ Sermones diversi (in fine manci).

f. 96ª—102ª (anepigr.) Expositio vocum difficiliorum sacrae scripturae. »Alpha prima litera« × »ex industria id est ex sciencia.«

f. 102ª—117ᵇ (anepigr.) **Vocabularius latinus.** (Abram × Zorobabel).

f. 118ª Expositio plenarii manca.

f. 118ᵇ »Contra illos, qui dicunt religiosos non posse rite fungi cura animarum,« auctoritates.

f. 119ª—174ª **Sermones dominicales per circulum anni.** »Erunt signa in sole« × »Sic erit verbum quod . . . meo« (finis hic mutilatus est folio ultimo truncato).

In fol. praeligato annotatum est: »Liber S. Coronae.«

1088 *VI. C. 29.*

chart. a. 1398 (vel 1399) ff. 246, 29·5 × 20 cm. 1 m.

Soccii Sermones; pars aestivalis.

f. 1ª »In die resurreccionis. Alleluya. Gregorius. Qui audire predicacionis verba se preparat« × f. 227ª »Explicit pars estivalis Socci finita sabbato ante Letare sub a. d. 1399 (a rubricatore correctum in **1398**) . . . . Posco finales, ut dentur michi novi sotulares. Tak pane Seneko tak.« Sequuntur versus de virtute balsami.

f. 228ª—241ª Registrum sermonum »compilatum per dom. **Wenceslaum dictum Seneka** plebi.«

f. 241ᵇ—244ª **Expositio orationis dominicae.** »Pater. Thomas de Aquino: non dominus, quia« × »in fine posuit Amen. (rubr.:) Dom. **Andreas** scripsit.«

f. 244ª Themata aliquot sermonum.

f. 244ᵇ—246ᵇ **Sermo de antichristo.** »Cum videritis abhominacionem desolacionis« × »nos eripiat J. Chr. qui« etc.

1089 *VI. C. 30.*

chart. saec. XV ff. 166, 31 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—57ª **SS. Augustini et Johannis Chrysostomi Sermones diversi** (quorum registrum vide in fol. praeligato).

f. 57ᵇ—58ª **S. Hieronymi Epistola ad Paulinum presbyterum.**

f. 58ª—60ª **Origenis Planctus a s. Hieronymo translatus.** »In afflicione et dolore« × »in sec. sec. Amen.«

f. 61ª—66ᵇ **S. Augustini Tractatus ad nepotem suum de visitatione infirmorum.** »Visitacionis gracia nepoti meo karissimo« × »iustificatus ab ipso« . . .

f. 67ª—71ᵇ **Eiusdem liber de duodecim abusionibus.** »Primus sine bonis operibus sapiens« × »Christus incipiat in futuro alleluia«.

f. 71ᵇ—102ª **Eiusdem Sermones ad fratres eremitas.**

f. 102ª—111ª **Eiusdem Tractatus de vera et falsa poenitentia.** »Quantum sit appetenda« × »odorem suavitatis. Et sic est finis istius tractati« (sic).

f. 111ª—114ª **Eiusdem Tractatus (seu potius Epistola) ad Honoratum de fuga sacerdotis.** »Sancto fratri et coepiscopo Honorato Aug. s. Caritati tue« × »minime defecerunt. Valete« . .

f. 114ª—116ᵇ **Eiusdem Sermones de timore dei et de creatione hominis ad similitudinem dei.**

f. 116ᵇ—125ª **Johannis Chrysostomi Tractatus »Nemo leditur nisi a se ipso«.** »Scio quod crassioribus« × »a semet ipso leditur. Et sic est finis istius libelli.«

f. 125ᵇ—127ᵇ **S. Bernardi Sermo in synodo Remensi coram Eugenio papa.** »Rogasti me sepius« × »quia coegistis me.«

f. 127ᵇ—158ª **(Pseudo =) Dionysii Areopagitae Hierarchia ecclesiastica novae translationis cum commentario.** »Post translacionem angelice jerarchie« × »accendam scintillas.«

f. 158ª—161ª **B. Clementis epistola ad apostolum Jacobum minorem, episcopum Hierosolimitanum.** »Clemens Jacobo« × »que precepit incipiam. Et sic est finis epistole« (etc. ut supra).

f. 161ª—166ᵇ **Aegidii de Columna Romani Tractatus de peccato originali.** »Ego cum sim pulvis« × »Hec frater Egidius de Roma de peccato originali.«

Codex hic, cuius folia a f. 122 incipiens rubricator coaevus enumeravit, altera pars collectionis cuiusdam maioris esse videtur. Nota in fol. ultimo: »Iste liber est monasterii Borowanensis alias Forwos Prag. dyoc. datus per rev. Mag. Mauricium« (de Benessow). Deinde codex fuit bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

1090 *VI. D. 1.*

chart. saec. XVIII ff. 306, 36 × 21 cm. 1 m. cum imag. atram. chin. del.

Florilegium Ivanaeum seu collectiones chronologico-criticae explanantes ortum, progressum, occasum . . . d. Ivani conf. (auctore Eugenio Prudik, suppriore monast. ad S. Johannem sub rupe) subsequentibus variis eundem sanctum concernentibus documentis.

Sine dubio ex monast. s. Johannis sub rupe.

1091 *VI. D. 2.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 62, 30 × 20 cm. 1 m.

»**Compendium iuris novi provincialis Boemici secundum numerum alphabeticum** novissime summa diligentia **congestum,** notis ex iure consuetudinario ac municipali auctum, tum regni officialibus et consiliariis tum iis, qui in foro et praxi versantur, apprime utile ac prope necessarium.«

In fronte eiusdem tituli: »Ex archivo Spineae Coronae.«

1092 *VI. D. 3.*

chart. saec. XV ff. 175, 29·5 × 21 cm. d. m.

Sermones aestivales de tempore et sanctis.

Inscriptio in operculo super. valde attrita »Postilla . . . ppa estivalis« indicare videtur codice contineri partem sermonum, qui dicuntur **Cappa seu aurum sub fimo (Antonii Parmensis).**

1093 *VI. D. 4.*

chart. saec. XIV—XV ff. 156 num., 29·5 × 22 cm. 1 m.

Sermones de sanctis dicti »Flos campi.« (Jacobi de Voragine?)

Praecedit tabula sermonum in fol. non num.

f. 1ª »Sermo de adventu domini de quadruplici imitacione Cristi. Preparare in occursum« × f. 153ª »Explicit liber dictus Flos campi, quia sicut flos campi« etc.

f. 153ª—156ᵇ Sermones de s. Johanne Baptista et de s. cruce.

f. 156ᵇ Nota historica de bellis husiticis a. 1420—30 subscripta: »ya Mykkolt odnas.« (edid. Höfler, Script. rer. hus. II, 70).

In fronte tabulae sermonum duae notae sunt, prior: »Templi arcis Zmyken (Zvíkov?) 1648«, posterior: »Collegii S. J. Brzeznicii.« Sed priores possessores libri erant canonici regulares ecclesiae Montis s. Desiderii in Lyssa, ut docet nota ad calcem f. 1ᵇ et 2ª manu saec. XV inscripta.

1094 *VI. D. 5.*

chart. saec. XV ff. 202, 29·5 × 21 cm. 1 m.

Sermonum antiquorum ss. patrum de tempore pars IV a festo s. trinitatis usque ad adventum domini.

In operculo super. haec nota manu saec. XV scripta occurrit: »Liber ecclesie in Bossulecz«.

1095 *VI. D. 6.*

chart. a. 1408 ff. 218 num., 29 × 21 cm. d. m.

Henrici de Frimaria (?) Expositio missae.

f. 1ª »Quoniam clamitat sapiens, quod perscrutator« × f. 218ᵇ »in glorie libertatem eripiuntur. Explicit exposicio super officio misse rev. Mag. Henrici sacre . . . (lacuna excisione facta) ordinis fratrum heremitarum s. Augustini, finita per manus **Johannis de Modrovia** a. d. **1408.**« (De auctore cf. Czerny, Hdsch. St. Florian, p. 45.)

Sequitur registrum operis in fol. alligato non num. compilatum manu saec. XVII—XVIII.

1096 *VI. D. 7.*

chart. saec. XIV ex. ff. 162, 30 × 21·5 cm. d. m.

Sermones dominicales per circulum anni initio carentes. (Terni sermones in qualibet dominica.)

f. 162ᵇ (absoluto sermone tertio dominicae XXIV) »Chlubyss sye . . . zye . . gyss mass konecz« (finis hic radendo laesus est).

1097 *VI. D. 8.*

chart. saec. XIV—XV ff. 156, 30 × 21 cm. 1 m.

Sermones de sanctis.

f. 1ª »Ego sum vitis vera . . . Vitis nisi elaboraretur« × f. 156 (de s. Catharina) »ad nupcias eius sponsi venire feliciter valeamus; ad quas nos perducat« etc.

1098 *VI. D. 9.*

chart. saec. XV ff. 361, 31 × 22 cm. d. m.

Decretalium Pseudo- Isidorianarum pars I (seu, ut in assere super. inscribitur: Prima pars libri conciliorum).

f. 1ª »In nomine patris . . . nomina provinciarum Romani imperii« × f. 361ª (Explicit concilium Spalense secundum) »Hactenus digestis conciliis s. patrum sequentur decreta presulum Romanorum. Prefate sedis apostolice presulum constituta, que ad fidei regulam vel ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, in hoc libro diligenti cura collecta sunt, ita ut singulorum pontificum quotquot decreta a nobis reperta sunt, sub uniuscuiusque epistole serie propriis titulis prenotarentur eo modo, quo superius prefatorum patrum canones nostro studio ordinati sunt, quatenus lectoris industria facilius intelligere possit, dum capitulis propriis distincta intendit.«

Secundam partem huius Collectionis Pseudoisidorianae, in qua tamen collector alio codice usus est, v: IV. B. 12. De utraque parte prolixius disseruit Schulte, Canon. Handschr. p. 15—19, ubi etiam singula decreta etc. enumeravit. Ad calcem fol. 1ª haec nota occurrit: »Collegii Soc. Jesu Commotoviensis catalogo inscriptus.«

1099 *VI. D. 10.*

chart. saec. XV—XVI ff. 212, 28·5 × 22 cm. 1 m.

Quaestiones in IV. librum Sententiarum Petri Lombardi.

f. 1ª »Circa inicium quarti libri Sent. queritur, utrum in quolibet hominum statu fuerint aliqua sacramenta« × f. 209ª »a quibus penis nos custodire dignetur J. Chr. qui« etc.

f. 210ᵇ—211ª Arbor consanguinitatis latino-germanica.

f. 211ᵇ Arbor affinitatis latino-germanica.

f. 212ª Cognatio legalis latino-germanica.

f. 212ᵇ Cognatio spiritualis latino-germanica.

Operculis adligata et adglutinata sunt fragmenta membran. codicum theolog. saec. XIII—XIV.

1100 *VI. D. 11.*

chart. a. 1393 ff. 180, 30 × 22 cm. 1 m.

Revelationum s. Brigidae libri IV—VII.

f. 1ª—5ᵇ Tabula capitulorum libri IV.

f. 5ᵇ »Incipit quartus liber . . . Apparuit persona« × f. 72ᵇ »Explicit quartus liber celestium revelacionum beate dom. Brigide ducisse Swecie sub a. d. **1393** proxima fer. II post assumpcionem s. M.«

f. 180ᵇ »emisit spiritum. Explicit Brigida sub a. d. **1393.**« (Particulam edid. Patera, S. Vítský rkp. p. 382.)

Ibidem ad calcem scriba annotavit: »Item distributa pro papiro. Primo pro duobus libris dedi IV gr. cum IV Viennens. Secundo dedi pro quindecim arcubus papiri 1 gr. cum IV Wyennens.« In fronte fol. 1ª inscriptionis rubricatae et mutilatae haec verba supersunt: »in Ripis Multavie«. Ex bibliotheca Rosenbergica codex monasterio Borovanensi obtigit.

1101 *VI. D. 12.*

membran. saec. XIV ff. 125, 29 × 21 cm. 1 m.

Martyrologium praecedente calendario.

f. 1ª—9ᵇ (chartac. saec. XVI) Calendarium.

f. 10ª—120ᵇ (membran.) Martyrologium.

f. 121ª (membr.) Monita lectori. Excommunicatio monachorum.

f. 122 (chart. saec. XVI—XVII) Additamenta martyrologii.

f. 123ª—125ᵇ (chart. saec. XVI) »De modo seu forma visitandi.«

1102 *VI. D. 13.*

chart. a. 1383 ff. 250, 31 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—6ª **Tabula dialogorum s. Gregorii.** × »Explicit tabula super quatuor libris dyalogorum b. Gregorii registrata et conquisita per nobilem dom. **Petrum de Rosenberk a. d. 1383.**«

f. 6ᵇ—73ᵇ **Gregorii papae I dialogorum libri quatuor.** »Gregorius Sereno episc. Marsiliensi. Literarum tuarum primordia« × »hostia ipsi fuerimus. Expl. liber dyalog. b. Greg. pape scriptus in castro Hluboka in parvulo estuario.«

f. 74ª—123ª **Eiusdem Regulae pastoralis libri duo.** (Post registrum) »Pastoralis cure me pondera« × »Expl. liber regule pastor. b. Greg. pape scriptus in castro Hluboka in vigil. s. Johannis B. finitus.«

f. 123ᵇ—243ª **Eiusdem Homiliae 21 in Ezechielem prophetam.** »Dilectissimo fratri Maximiano« × »Explicit exposicionis liber b. Greg. super Ezechielem« . . .

f. 243ᵇ—247ª **Origenis Homilia super »Maria stabat ad monumentum.«**

f. 247ª—249ª **Dionysii Areopagitae Epistola ad Timotheum de morte apostolorum Petri et Pauli** (spuria).

f. 249ᵇ—250ᵇ **Bernardi Claraevallensis Tractatus de formula honestae vitae** (carens fine). »Petis a me, frater mi karissime« × »te amare memento.«

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum chart. registri expensarum saec. XIV, in quo occurrunt villae circa Chustník sitae (ideo registri Rosenbergici). A. 1649 codex erat monasterii S. Coronae.

1103 *VI. D. 14.*

chart. saec. XV in. ff. 163, 30 × 21 cm. 2 m.

Johlini de Wodyano Postilla Zderaziensis. Pars I ab adventu usque ad quadragesimam.

In operculo super. occurrit nomen possessoris saec. XV »Kniez Lawiczka z Dube«; ibidem annotatum est precium »pro 1½ sex.« A. 1649 codex erat monasterii S. Coronae.

1104 *VI. D. 15.*

chart. saec. XV ff. 350, 28 × 21 cm. d. m.

Sermones diversi.

Collectioni huic inserta sunt haec opuscula:

f. 74ª—120ª **(S. Bonaventurae) Speculum b. virginis Mariae.** »Quoniam, ut ait b. Jeronimus, nulli dubium est« × »Explicit Speculum b. virg. Mar. finitus (sic) in die Kiliani a. **(14)53** in Chirichdorfi.«

f. 121ª—167ᵇ (anepigr. deficiente initio) **Tractatus de poenitentia.** (Finis:) »contra triplex ius naturale, ecclesiasticum et divinum, a quo nos custodiat« etc.

f 337ᵇ—338ᵇ **Vita s. Catharinae** (in fine manca).

f. 344ª—350ª **»Johannes Chrysostomus super »Miserere«.** »Pictores imitantur« × »in futuro mereamur per Chr. d. n.«

A. 1609 codex bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Borovanensis fuit.

1105 *VI. D. 16.*

chart. saec. XIV—XV ff. 212, 30 × 22 cm. 1 m.

Sermones ss. patrum antiquorum per quadragesimam.

f. 1ª »In capite ieiunii. Omelia b. Augustini. Cavendum est in ieiunio« × f. 212ᵇ (Sermo b. Hieronymi) »sompnium ruperat feminarum.«

In fronte f. 1ª: »Collegii S. J. Crumloviensis.«

1106 *VI. D. 17.*

chart. saec. XIV (pars a. 1372) ff. 207, 28 × 20 cm. d. m.

f. 1ª—131ª **(Antonii Parmensis) Sermones dominicales.** »Cum appropinquasset Jesus« × »Explicit postilla bona sub a. d. **1372** in die divis. apost. per manus boni socii, qui vocatur N . . .« (f. 69ᵇ »Explicit sermo bonus dom. Chonradi — Waldhauseri? — de piscacione«. f. 70ᵇ **Legenda de Pilato**).

f. 132ª—205ª **(Jacobi de Lausanna vel Bonaventurae) Sermones de sanctis.** »Michi autem absit gloriari . . . Narrat Valerius« × »Explicit liber de sanctis per manus **Erhardi de Prachaticz**«. »Posco finales, quia deficiunt sotulares«.

f. 205ᵇ—206ª Tabula sermonum praecedentium.

f. 206ᵇ—207ᵇ Sermo super »Cum egressus fuero de urbe hac.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. libri liturgici saec. XII—XIII. In operculo super. haec nota occurrit: »Iste liber pertinet in Borowan nove fundacionis dei genitricis virginis Marie.« Dein codex erat bibl. Rosenbergicae (a. 1609), postea monast. Borovanensis, postremo (a. 1718) Třebonensis.

1107 *VI. D. 18.*

membran. saec. XIII et XIV ff. 115 num., 30 × 23 cm. 2 m. cum init. pict.

Graduale monasterii S. Coronae notis musicis instructum.

Duae partes libri facile discernuntur, altera antiquior a f. 27 usque ad f. 98, item 102—115, altera recentior f. 1—26 et 99—101 libro multo usu attrito et mutilato saec. XIV addita. In operculo super. intrinsecus manus saec. XVII annotavit: »Liber monasterii S. Spineae Coronae in Bohemia. Pro choro prioris.«

1108 *VI. D. 19.*

chart. saec. XIV—XV ff. 229, 30·5 × 22 cm. 2 m.

f. 1ª—2ᵇ Registrum operis sequentis.

f. 3ª—146ª **Tractatus theologicus 1) de fidei articulis, 2) de sacramentis, 3) de virtutibus et vitiis.** »Incipit opusculum in tres libros

divisum . . . Cum solus in cella sederem« X »me cogente hoc opusculum sum aggressus. Deo gracias Amen.« (Cf. cod. Vindob. 1589.)

f. 147ª—228ª **Nicolai de Hanapis Liber de exemplis sacrae scripturae.** (Post indicem:) »Creacio rerum fuit ita mirabilis« X »Expl. lib. de ex. s. s. compositus a fr. Nicolao de Hanapis ord. pred., patriarcha Hierosolimitano.«

f. 228ª—229ª Registrum operis praecedentis.

In fol. praeligato occurrit nota cultro mutilata testans codicem hunc monasterio cuidam reliquisse quendam Jehlinum. Operculis cultro artificiose insculpta sunt verba: Ave Maria gracia plena.

1109 *VI. D. 20.*

chart. saec. XV ff. 651, 32 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti initio et passim in medio mutilata.

f. 596ª—603ª Initia pericoparum per circulum anni.

f. 603ᵇ—651ª **Expositio vocum hebraicarum in bibliis occurrentium ordine alphabetico** (alia manu addita).

1110 *VI. D. 21.*

chart. saec. XV in. ff. 769, 31 × 22 cm. 1 m.

Testamentum Novum cum expositione interlineari et marginali.

f. 2ª (Initium expositionis) »Quatuor facies uni, Ezech. I« X f. 759ª (Finis expos. Actuum) »per martyrii palmam transiit in gloriam, ad quam nos perducat« etc.

f. 759ᵇ—762ᵇ **Gilberti (de Hoylandia?) Prologus in Apocalypsin cum expositione interlineari et marginali.**

f. 762ᵇ—769 Versus memoriales Novi Testamenti.

In fronte fol. praeligati annotatur a. 1413, quo codex iam absolutus esse videtur.

1111 *VI. D. 22.*

chart. a. 1564—1575 ff. 108, 32 × 20 cm. d. m.

Georgii Netoliceni, archidiaconi Pilsnensis et Crumloviensis, Copiarium literarum a. 1564—75 a diversis (imprimis ab Antonio archiepiscopo Prag. et eiusdem consistorio) acceptarum et ad diversos datarum, quarum nonnulae sunt bohemicae (Jiříka Netolického, arcijáhna Plzeňského a Krumlovského Listy některé české z l. 1564—75).

Ad calcem f. 1ª haec nota occurrit: »Collegii S. J. Giczinii a. 1626.« (Cf. Balbini Boh. doct. ed. Ungar, II p. 166 notam 162 et Věstník Č. A. 1899 p. 415.)

1112 *VI. D. 23.*

chart. saec. XVII (post a. 1649) ff. 16, 32 × 20 cm. 1 m.

Historia collegii Soc. Jesu Egrensis ab a. 1628 usque ad a. 1649.

1113 *VI. D. 24.*

Codicis membran. saec. VII—VIII binis col., 23 lin., literis uncialibus eleganter exarati folia duo. Scriptio continua inter lineas subula ductas. Distinctio per singula vel bina puncta. Ligaturae et abbreviaturae perpaucae.

Evangelii s. Lucae cap. XXII v. 58—71, XXIII v. 1—3, XXIV v. 45—53.

Fragmentum hoc operculis libri »Valvassors Topographie Kärndtens«, in bibliotheca Richnoviensi asservati, desumtum bibliothecae nostrae donavit Franciscus comes de Kolowrat, ut declarant adiacentes literae Rosae de Kolowrat, uxoris eius, datae 12. mart. 1839 ad Antonium Spirk, praefectum bibliothecae Clementinae. Arbitrium Kopitari custodis, cuius in literis mentio fit, iam non superest. Praeter literas R. de K. appositum est exemplar tertiae fragmenti paginae accurate descriptum (= Facsimile) a Fr. Dambeck custode, item collatio textus fragmenti cum textu editionis bibliorum vulgatae (v: Serapeum 1842 p. 172 et cf. Hanslik p. 603). Fragmentum hoc inter cimelia nostra asservatur.

1114 *VI. E. 1.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 168, 27 × 21 cm. 1 m. cum init. pict.

Vitae SS. Catharinae Alex., Afrae, undecim millium virginum, Mariae Aegyptiacae, Barbarae, Alexii, Margarethae, Caeciliae, Mariae Magdalenae, de inventione et exaltatione s. crucis, Aegidii abb., Albani, Leonardi abb., Matthiae apost., Georgii mart.

In lit. init. f. 2ª picta est s. Catharina, quam adorat quaedam monialis; eadem in fine legendae, praesidio s. Catharinae se commendans, vocatur Petronella.

1115 *VI. E. 2.*

membran. saec. XII—XIII ff. 189, 26 × 17 cm. d. m.

S. Remigii Homiliae quadragesimales.

f. 1ª (initium operis deest) »rent quid in sacrificio domini« X f. 189ᵇ »nosque proprio sanguine voluit redimere dom. nost. J. Chr., cui cum patre etc . . Explicit liber Omeliarum Remigii in XL.«

1116 *VI. E. 3.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 250, 26 × 18 cm. 1 m. cum init. pict.

Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti.

E collegio S. J. Crumloviensi.

1117 *VI. E. 4a.*

membran. saec. XIV in. ff. 312, 24 × 18 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario, (in quo occurrunt nomina mensium bohemica, ex. gr. Martius brzysen, Junius zaczeruen, October rzugen)

1118 *VI. E. 4b.*

membran. saec. XIV in. ff. 377, 25·5 × 17 cm. d. m.

Breviarium in usum monasterii S. Coronae praecedente calendario (in quo 26. Aug. occurrit nota rubricata »Obiit dom. Othakarus rex Boemie fundator s. Corone«, item manibus recentioribus annotati sunt dies obitus abbatum eiusdem monasterii).

Ex monast. S. Coronae.

1119 *VI. E. 4c.*

membran. saec. XII/XIII ff. 234 + 7, 23·5 × 17 cm. d. m.

Breviarium notis musicis, quae dicuntur neumae, instructum praecedente calendario (in quo festa sanct. Bohemiae patron. rubricata occurrunt).

Verisimiliter ex mon. S. Georgii.

1120 *VI. E. 5.*

chart. a. 1636 ff. 296, 26 × 18 cm. 1 m.

Processus canonisationis S. Francisci de Paula. Transsumtum de originalibus in conventu S. Trinitatis de Urbe in Monte Pincio asservatis a. **1636**, ut declarant corrector et seniores eiusdem conventus in folio praeligato (cuius dimidia pars tamen abscissa est).

In eodem fol. truncato annotatum est: »Hunc librum canonizationis s. Francisci de Paula incorporavit conventui (Paulanorum) S. Salvatoris Veteris Pragae fr. Michael Lindich Corrpcinimgr (?) a. 1650 die 15 Septembris.«

1121 *VI. E. 6.*

chart. saec. XV ff. 385, 22 × 14 cm., d. m.

Sermones de tempore ab adventu usque ad pentecosten.

f. 1ª »Cum appropinquaret . . . Sed quia hoc ewangelium« × f. 385ᵇ »ad docendum, non ad inutilia exercendum.«

1122 *VI. E. 7.*

membran. saec. XIV (ante a. 1361) ff. 166, 23·5 × 16 cm., d. m.

Sermones de sanctis.

Praecedunt duo folia non num., in quibus variae notae sunt, ultima haec: »A. d. 1361«, quo anno codex absolutus esse videtur. In fine ultimi sermonis annotatum est nomen possessoris saec. XIV, sed hoc radendo ita deletum est, ut solummodo legi possit »Liber plebani in . . . icz.« Sermonibus super. alia manu eodem saec. exeunte addita est:

f. 165ª (anepigr.) Missa valde efficax cum precibus bohemicis. **Mše u veliké nouzi s modlitbami českými.** »Kto welykey nvsy iest« × »tako boh day.« Sequitur

f. 165ª—166ª Sermo de omnibus sanctis.

1123 *VI. E. 8.*

chart. saec. XVII ff. 11, 30 × 21 cm., 1 m.

»Consilium medicum pro Illmo et Exmo dom. heroe ac comite Francisco Augustino de Wallenstein, equite Melitensi, S. C. M. ab intimis consiliis« († 1684). Nomen medici in fine excisum est.

1124 *VI. E. 9.*

membran. a. 1582 ff. 19, 22 × 15 cm., una manu (ut videtur Tychonis Brahe) nitide exaratus. In super. operculo impressus est hic titulus: „T. B. O. Tabulae sinuum. 1582.“

Tychonis Brahe (Othonidis) Tabulae sinuum.

In fol. 1ª annotatum est: »Collegii caesar. S. J. Pragae a. 1642. Ex bibliotheca Tichoniana.« Ad calcem alia manus inscripsit: »*οἰσέον καὶ ἐλπισέον.*« De codice hoc prolixius disseruit F. J. Studnička, Sitzungsber. d. k. böhm. Ges. d. W., Math.-nat. Cl. 1899 N. XXXIX, et Prager Tychoniana p. 26—31 (Prag 1901).

1125 *VI. E. 10.*

chart. saec. XV ff. 395, 22 × 16 cm., 1 m.

f. 1ª—77ª **Henrici de Frimaria Expositio decalogi.** »Audi Israel precepta domini« × »quod vinum nobis meritis glor. virg. Marie prestare dignetur« etc.

f. 77ª—84ᵇ Registrum operis praecedentis.

f. 85ª—100ª Tabula super »Sermones discipuli.«

f. 100ᵇ—132ᵇ **»Exempla pulcra de variis materiis«.** »Legitur in quodam libello de iniciis ordinis Cisterciensis« × »nos de sumpno (sic) surgere.«

f. 133ª—395ᵇ **Sermones Discipuli (= Johannis Herolt) super epistolas dominicales totius anni.** »Hora est iam nos de sompno surgere« × »hoc quere ibidem P. 82 etc.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam liturgici saec. XIII. In operculo super. occurrit index contentorum. In fronte f. 1ª: »Residentiae Soc. Jesu ad Matrem Dolorosam sub Grupna a. 1669.«

1126 *VI. E. 11.*

chart. saec. XIV—XV ff. 276, 21·5 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—129ᵇ **Evangelium s. Matthaei cum glossa.** »Liber quasi apotheca« × »qui in actibus apostolorum leguntur. Et sic est finis huius voluminis.«

f. 130ª—276ᵇ **Sermones de tempore et sanctis** incipiendo a festo paschatis. »Egressus Jesus de templo« × »cum Christo prius humiliari.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. libri missalis saec. XIV. Nota in f. 276ᵇ: »Iste liber est monast. Borowanensis alias Forbbos Prag. dyocesis.« Deinde erat bibliothecae Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

1127 *VI. E. 12.*

chart. saec. XV (pars a. 1415) ff. 200, 21 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—140ᵇ **Sermones dominicales per circulum anni,** ut docent interpolationes bohemicae in textu, **a quodam Bohemo, qui tamen sermonibus Guilelmi Peraldi Lugdunensis usus esse videtur, compilati.** »Hora est iam nos de somno surgere« × »ad delicias societatis eterne, ad quas.«

f. 141ª—173ª **Sermones diversi.**

f. 174ª—174ᵇ Notae theologicae variae.

f. 175ª—177ᵇ (anepigr.) **Johannis Hus Tractatus de matrimonio** (edit. Norimb. I, 33).

f. 178ª—195ᵇ **Quaestiones super quarto Sententiarum a dist. 27 incipiendo.** »In quarto libro sentenciarum dist. 27 tractatus de matrimonio. Duplex est institucio matrimonii« × »Expl. liber questionum de IV libro Sentenciarum finitus sabbato ante festum s. trinitatis sub a. d. **1415.**«

f. 196ª—196ᵇ Institutiones papales.

f. 196ᵇ—200ᵇ Notae variae theologicae.

In membrana operculo infer. adligata occurrunt rescripta quaedam vocabula latino-bohemica. In membrana operculo super. adglutinata annotata sunt contenta totius codicis. Nota in f. 200ª: »Iste liber est monasterii Borowanensis alias Forbos.« A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde iterum monasterii praefati.

1128 *VI. E. 13.*

membr. saec. XII—XIII ff. 462 (= 924 pp. num.), 22×15 cm. d. m.

Breviarium (ut videtur) **in usum monialium s. Georgii in castro Pragensi conscriptum praecedente calendario.**

Diligentius observandae sunt **vitae s. patronorum Bohemiae** libro insertae, quarum una (s. Venceslai incip. p. 415 »Sub regno gloriosissimo romanorum«) in Font. rer. boh. desideratur. Item annotandum vitam s. Procopii (pp. 540—543) libro insertum esse serius, quod factum esse post canonisationem a. 1204 probatur. Codex sine dubio e monast. s. Georgii provenit.

1129 *VI. E. 14.*

membran. a. 1423 ff. 518 (+ 2 chart.), 20 × 14 cm., d. m. cum init. pict.

Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti.

f. 476ᵇ »Hanc bibliam fecit scribere Michael sacerdos filius Georgii de Cluswar nec non succentor metropolitane ecclesie Transsilvanensis s. Michaelis archangeli . . . que finita est sub a. **1423** in vigilia epiphaniarum.«

f. 477ª—512ᵇ Interpretatio vocabulorum hebraicorum.

f. 513ª—517ᵇ Series et initia pericoparum.

f. 517ᵇ—520ª Index alphabeticus rerum in bibliis occurrentium.

f. 520ª **Právo a ustavenie královstvie Českého o lichvách.** »Toto ustavenie učiněno jest v Čechách leta od narozenie božieho 1360 za prvnieho arcibiskupa této země Arnošta.«

In operculo super. inter alias notas occurrunt nomina avium latino-bohemica (**Jména ptáků z XV. stol.**) In fronte fol. 1ª: »Ex bibliotheca Pragensi FF. Minimorum.«

1130 1131 *VI. E. 15. a & b*

chart. saec. XV, alter ff. 378, alter 263, 21 × 15 cm. d. m.

Commentarius in psalmos 103—107 et 109—118 initio et fine carens (cum paucis glossis bohemicis).

Codice **a** continetur commentarius in psalmos 103—107, qui carens initio f. 378ᵇ sic absolvitur: »Si deus pro nobis, quis contra nos? Sequitur psalmus 108, sed quia est de passione Christi, ideo predicatus (?) est; ergo psalmus 109 incipiendus est. Vide ultra in nomine Christi Jesu.« Initium codicis **b**: »Sequitur psalmus 109. Dixit dominus domino meo«.; finis in f. 263ᵇ comment. in ps. 118: »cum deficeret parvulus et lactans in plateis opidi« (cetera desiderantur).

1132 *VI. E. 16.*

chart. a. 1376 ff. 167 num., 21 × 15 cm. d. m.

Titulus in operculo super. extrinsecus: »Sermones Crisostomi,« titulus in eodem intrinsecus: »In hoc libello continentur sermones Crisostomi de diversis viciis et principaliter de VII capitalibus«; in fronte f. 1ª: »Incipiunt sermones de diversis viciis et principaliter de VII capitalibus recollecti ex moralibus Crisostomi archiepiscopi Constantinopolitani.«

Sermones de vitiis recollecti ex Moralibus Johannis Chrysostomi.

f. 1ª »Multos enim audio dicentes« × f. 165ª »A. d. **1376** finitus est liber iste proxima feria secunda post Andree festum.«

f. 165ᵇ—166ª Nota de VII vocibus Christi in cruce.

f. 166ᵇ—167ª Registrum alphabeticum sermonum praecedentium.

In fol. ultimo truncata est rubrica indicans donatorem libri (ut edocemur alia rubrica in f. 165ª) monasterio Trzebonensi. Deinde codex erat bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato. Sermones non omnes esse Chrysostomi, etiam ex nota in f. 2ª colligo, ubi inter praedicatores etiam Milicius allegatur. Item ibidem observandum dictum: »Dom. Christus habet lontrichtar vel poprawcze« . . . Operculo infer. adglutinata erat copia **Literarum Caroli IV, quibus monasterio Skalicensi ord. Cist. bona in villa Sobuticz ad instantiam Theodorici archiep. Magdeburg. donantur** (sine anno VII cal. Maii). Copia haec nunc separatim inter fragmenta ms. asservatur.

1133 *VI. E. 17.*

membran. saec. XIV ff. 150, 21 × 17 cm. d. m.

Parte prima codicis continentur:

f. 1ª—39ª **Collectarius** carens initio.

f. 39ª—85ᵇ **Benedictionale** (ut docet f. 46ᵇ) **usui monasterii Plasensis adaptatum,** in fine mancum.

Parte altera continetur:

f. 86ª—150ᵇ **Hymnarius perpetuis notis musicis instructus,** in fine mancus.

Ut edocemur inscriptione in operc. infer. »Anthonius Neukirchner zu Plas«, codex etiam posteriori aetate in monasterio Plasensi permanebat; unde pervenit ad nos.

1134 *VI. E. 18.*

chart. saec. XVII ff. 22, 26·5 × 20 cm. d. m.

Elogia patrum S. J. Andreae Schambogen († 1665), Georgii Bohatý († 1662), Joannis Saxii († 1666), Joannis Molitoris († 1670), a sociis conscripta.

E collegio quodam S. J.

1135 *VI. E. 19.*

chart. saec. XV ff. 376, 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—93ᵇ **Miracula b. virginis Mariae.** Post miraculum unum serius additum »Incipit prefacio de miraculis s. M. v. Ad omnipotentis dei laudem« × »Expliciunt miracula b. v. secundum brevitatem« . . .

f. 94ᵃ—97ᵇ **Miraculum de Udone episc. Magdeburgensi.**

f. 98ᵃ—104ᵇ **»Legenda de s. Johanne Chrysostomo.«**

f. 105 »Dictum de Beda presbytero«, item »quomodo sit inventus hymnus Gloria laus.«

f. 106ᵇ—110ᵇ **Vita s. Gunegundis,** uxoris imper. Henrici Pii.

f. 111ᵃ—146ᵇ **S. Hieronymi Liber de viris illustribus.** Prologus ad Dexterum. »Hortaris, Dexter« × »ad tempus declamare. Expl. lib. vir. illust. Jeronimi presb.«

f. 147ᵃ—147ᵇ **Eiusdem Epistola ad Damasum papam de symbolo.**

f. 148ᵃ—154ᵃ **Eiusdem Epistola ad Ctesiphontem.**

f. 154ᵃ—164ᵇ **Eiusdem Dialogus Attici (= Hieronymi) et Critoboli (= Pelagii) cum prologo.**

f. 164ᵇ—178ᵇ **Eiusdem Liber contra Rufinum.**

f. 178ᵇ—183ᵇ **Eiusdem Epistola ad Cellanciam.**

f. 184ᵃ—204ᵃ **Eiusdem Commentarius in Ecclesiasten.**

f. 204ᵃ—212ᵇ **Beda super Canticum canticorum ex dictis b. Gregorii super idem.**

f. 213ᵃ—219ᵇ **Eiusdem libri de aedificatione templi.**

f. 220ᵃ—243ᵃ **Excerpta de Eusebii historia ecclesiastica ab Hieronymo translata.**

f. 244ᵃ—270ᵃ **Excerpta de libro s. Hieronymi contra Jovinianum.**

f. 270ᵃ—278ᵃ **Hieronymi Apologeticus ad Pammachium.**

f. 278ᵃ—279ᵇ **»Litanie due metrice.«** »Summus et omnipotens genitor« . . . »Ardua spes mundi« . . .

f. 280ᵃ—303ᵇ **Excerpta ex sermonibus b. Bernardi super Cantica.**

f. 304ᵃ—327ᵇ **Excerpta de summa ecclesiasticorum officiorum Johannis Beleth.** »In primitiva ecclesia« × »odor sumus hiis, qui salvi sunt.«

f. 328ᵃ—328ᵇ **Venantii Fortunati Carmina duo de s. cruce.**

f. 329ᵃ—342ᵇ **Cl. A. Prudentii Hymni aliquot.**

f. 343ᵃ—351ᵇ **Excerpta de (Pseudo-) Dionysii Hierarchia caelesti et ecclesiastica.**

f. 351ᵇ—357ᵃ **(Pseudo-) Dionysii Liber de divinis nominibus** (in fine mancus).

f. 357ᵇ—369ᵇ Excerpta varia theologica et canon.-iuridica.

f. 370ᵃ—375ᵃ **Tabula intervalli cum expositione.** (In fronte nota: A. d. 1444 fuit unum pro aureo numero.)

f. 376ᵃ—377ᵇ S. Augustini Sermones duo de S. Johanne Baptista.

In fol. praelig. non num. occurrit index libro contentorum, quem passim et nos secuti sumus. In fronte f. 4ᵃ haec nota est: »Iste liber est monasterii s. Johannis in Insula«, cui manu recentiori superscriptum est: »Monasterii s. Joannis sub rupe.«

1136 *VI. E. 20.*

chart. saec. XVII ff. 39, 18 × 14 cm. 1 m.

Censura censurae latae a. 1684 (in prooemio occurrit a. 1674) **a PP. Revisoribus Soc. Jesu contra librum de recto usu opinionum probabilium** compositum a (auctor libri ignoratur titulo forfice truncato).

1137 *VI. E. 21.*

chart. saec. XV/XVI ff. 16, 21 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—12ᵃ **Johannis de Hese presb. Itinerarius a Jerusalem per diversas mundi partes. Item Tractatus de decem nationibus christianorum.** »A. d. 1389 Johannes de Hese« × »ad unam fidem et obedienciam romane ecclesie reduxissent.« (Cf. Röhricht, Bibl. Palaest. p. 92.)

f. 12ᵇ—14ᵃ **Epistola Johannis Soldani Babyloniorum ad Pium papam II.**

f. 14ᵃ—16ᵇ **Pii II Epistola responsoria ad Soldanum** data Senis V kal. Mart. 1460.

Videtur esse apographum exemplaris typis editi s. l. et a. — circa 1480 et modice concordat cum textu librorum nostrorum 44. G. 2 n. 1 et 44. G. 47 n. 2. Codex olim adligatus erat libro nostro 50. B. 31.

1138 *VI. F. 1.*

chart. saec. XVIII (post a. 1712) ff. 147, 22·5 × 17 cm. 1 m.

Petri Bourdon Privilegiorum et libertatum Cleri Secundarii Leodiensis nec non eorum, quae tam ex adverso quam pro illis tuendis in hunc usque diem subinde gesta sunt, brevis narratio. Ad posterorum instructionem, eorundem privilegiorum ac libertatum (si forte posthac rursus impugnentur) opportunam defensionem fideliter conscripta a (cetera desunt folio truncato. Nomen auctoris e subscriptione literarum dedicatoriarum sumsimus). Annus novissimus diplomatum et documentorum in libro occurrentium est 1712.

In fol. praeligato possessoris nomen est: »J. W. von Horst« et precium: »con. 4 écus d'empire.«

1139 *VI. F. 2.*

chart. saec. XV—XVI ff. 30, 21 × 14 cm. 1 m. cum picturis.

Pars super. fol. 1 cultro resecta et titulus mutilus est.

Jacobi Canteris Phrysii Rosa Rosensis. Carmen dramatico-epicum ad honorem familiae Rosenbergicae conscriptum.

1140 *VI. F. 3.*

membran. a. 1341 ff. 387 num., 22·5×16 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario (manu recentiori exarato, in quo occurrunt nomina mensium et stellarum bohemica, ex. gr. wodnarz, rybarz, bykowecz, blyznecz, rakonoh etc.).

f. 387b »A. d. **1341** iste liber perfectus est in die s. Lucie virginis . . . (lacuna radendo facta) scriptus per manus **Wilhelmi scriptoris.**«

1141 *VI. F. 4.*

chart. saec. XV ff. 210, 22·5×16 cm. d. m.

Sermones de sanctis (a festo s. Andreae usque ad annunciationem b. Mariae) diversorum auctorum **cum multis glossis bohemicis.**

Hiis inserta est:

f. 57 & 63 Vita s. Nicolai ep. bohemica. **(Život sv. Mikuláše bisk.)**

f. 79b—80a **Bulla concilii Basiliensis de festo conceptionis b. Mariae virg. celebrando, data XV. kal. Oct. 1439.**

Nonnulli sermones incip. a f. 123 habent in fine hanc notam: »Pro Hnatkone«. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde a. 1718 monasterii Třebonensis.

1142 *VI. F. 5.*

chart. saec. XV (a. 1401?) ff. 129, 21×15 cm. 1 m.

f. 1a—35a **Expositio super psalmo »Miserere mei deus«.** »Septem sunt defectus« × »non possimus investigare.«

f. 35a—35b Registrum praecedentis expositionis.

f. 36a—65a **Gregorii papae I Expositio Cantici canticorum.** »Quia si ceco longe a deo posito« × »et corpus debemus.«

f. 65b—80a **Sermones Philippi de Nawarra.** (Ad sacerdotes. Ad praedicatores. Ad praelatos. Ad poenitentes etc.) × »Sermones prescripti sunt Mag. Philippi de Nawarra«.

f. 80a—83b S. Augustini Sermo de trinitate.

f. 84a—96a **Sermones pro ferialibus diebus per adventum.**

f. 96a—100a **Sermones diversi.**

f. 100a—105a Expositio missae.

f. 105a—109b Notae de confessione.

f. 109b—111b »De passione« Christi.

f. 112a—115a Collectanea de iure canonico.

f. 115a—115b S. Ambrosii »Documentum patris ad filium.«

f. 115b—116b »Liber prenosticorum.«

f. 116b—126a **Sermones diversi.** In fine: »Istum librum scripsit **Gregorius presbiter**« . . .

f. 126b—127a Sermo de s. Martino.

f. 127a—129a Registrum rerum in opusculis praecedentibus occurrentium.

In operculo infer. rubricatum est: »Sub a. d. **(1401?)** ego **Gregorius altarista s. Procopii in Pyeska** scripsi hunc librum.« Deinde codex erat »Wenceslai de Tyn in Ripis Multavie«, qui eundem donavit monast. Borovanensi, ut

inscriptione in fol. praeligato edocemur. A. 1609 codex erat in bibl. Rosenbergica, ex qua restitutus est monasterio praefato. Operculo super. adglutinatae sunt literae magistri civium civit. Piesek ad quendam magistrum de annuo censu altaristae s. Sigismundi in Piesek comparato (saec. XIV—XV).

1143 *VI. F. 6.*

chart. saec. XV ff. 253, 22×15 cm. 1 m.

f. 1a—144a **(Jacobi de Voragine) Sermones quadragesimales cum glossis bohemicis.** »Quamvis solempnitas quadragesimalis« × »eiecerunt et crucifixerunt.«

f. 144a—184b **Sermones adventuales** cum glossis bohemicis. »Hora est iam nos de sompno surgere« × »possimus regnare«.

f. 184b—253b **Sermones de sanctis cum glossis bohemicis.** »De s. Barbara. Virgo cogitat« × »non creditis mihi. Joh. VIII.«

In fol. praeligato eadem manu scriptae sunt petitiones, quae codicem cuiusdam monasterii in Bohemia (Třebonensis) fuisse docent. Item forma confessionis generalis bohemica (**Zpověď obecná česká**), item orationes bohemicae: **Zdráva královno et Zavítaj svatý duše.** Operculis adglutinatae sunt **Quatuor icones aeri arte punctili incisae (Schrotbilder) et coloratae repraesentantes 1) Mariam Jesulum manibus tenentem, 2) sudarium s. Veronicae, 3) s. Christophorum, 4) s. Bernhardinum.** (saec. XV). A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis.

1144 *VI. F. 7.*

chart. misc. saec. XV (1425, 1446—48) ff. 175, 21×15 cm. 2 m.

f. 1a—52a **Johannis de Sacrobosco Tractatus de sphaera materiali cum commentario.** »Magna est sapiencie divinitas« × »mundi machina dissolvetur. Expl. tract. spere materialis finitus per **Johannem de Nowe Myasto** fer. III post letare circa almam universitatem Cracoviensem in domo prioris pauperum burse a. d. **1425.**« Sequens quaedam nota cultro excisa est.

f. 53a—98b **Liber de altitudine mundi recollectus.** »Avicebron libro fontis vite: In alciori intersticio acris« × »Et sic est finis huius materie, que quidem materia scripta ac collecta est per me **Andream de Costen** baccal. Cracoviensem in eodem studio in bursa pauperum ex quodam libro, qui intitulatur lib. de alt. m. obmittendo ibidem sensum misticum sive theologicum a. **1446.**«

f. 98b—100b Recommendatio artium liberalium et specialiter astronomiae.

f. 101a—102a **Ali De dispositione aëris.** »Ad prenosticandam« × »Expl. liber Haly de d. a. finitus per **Andream de Costan** arcium baccal. in bursa pauperum ipso die s. Spiritus.«

f. 102a—103a »Stelle fixe aërem turbantes.« »28 mansiones lune.«

f. 103b—112a **M. Guidonis (Bonati Foroliviensis) Tractatus de dispositione aëris.** »Ne te in astrorum iudiciis« × »grandinem tempestuosam . . . per **Andream de Costan.**«

f. 113ᵃ—122ᵇ **Alkindi Dicta (de aëribus et pluviis).** »Rogatus fui« × »Et sic est finis Alkindi per **Andream Ruczel de Costan** in vigil. Margar. a. **1447** in bursa pauperum.«

f. 123ᵃ—123ᵇ Notae de pluviis.

f. 124ᵃ—124ᵇ »De revolucione mundi et domino anni.«

f. 125ᵃ—132ᵃ **Hermetis Trismegisti Flores.** »Omnis planeta sub luce solis« × »Finis florum divi Hermetis per **Andream de Costan** a. d. **1447** in studio Cracoviensi in bursa pauperum.«

f. 132ᵃ—135ᵇ **»Albumazar Florum de domino anni et eventibus.** Dixit Albumazar: Oportet« × »significat bellum. Et in hoc terminatur opus huius sciencie.«

f. 136 Notae variae astrologicae.

f. 137ᵃ—142ᵃ **Galeni Anatomia.** »Galienus testatur in tegni« × »vel tantum feminas. Expl. anathomia Galieni.«

f. 142ᵇ—143ᵇ **Arnoldi de Villa nova Tractatus de benedicta arbore quercina eiusque fructibus ad Richardum episc. Cantuariensem.**

f. 144ᵃ—147ᵃ **Abraham Aben Esra »de diebus creticis«** (sic). »Abraham Auennerre in tractatu suo de diebus creticis« × »Expl. liber Auennerre de luminaribus sive diebus creticis per **Andream Ruczel de Costen.**«

f. 147ᵃ—148ᵇ Notae medicae et astrologicae.

f. 149ᵃ—149ᵇ »Algorismus de proporcionibus.«

f. 150ᵃ—155ᵃ **Arnoldi de Villa nova Tractatus astronomiae.** »De hiis que spectant ad medicum . . . vel tractatus introductorius ad iudicia astronomie« × »Et sic est finis huius libelli per **Andream de Costan.**« . . .

f. 155ᵃ—162ᵇ **Johannis Hispalensis Quadripartiti prima pars.** »Zodiacus dividitur« × »Expl. prima pars Quadripartiti Yspalensis.«

f. 163ᵃ Versus de viribus herbarum: »Herbarum quasdam dicturus carmine vires« . . . .

f. 164ᵃ—167ᵃ **»Mirabilia mundi de XXII regibus.** Cum sublimis natura« × »Et sic finitur materia presens.«

f. 167ᵇ—169ᵃ Notae variae astrologicae.

f. 170ᵃ—175ᵃ **Mag. Martini Regis Ars metrificandi.** »Ad composicionem metrorum« × »Expl. ars metr. subtilis a Mag. Martino Rege composita per **Andream** baccal. **de Costan** scripta quam vis non bene correcta ante festum Galli **(14)48.**«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam astron. saec. XV. Ex bibl. Rosenbergica codex monast. Třebonensi obtigit.

1145 *VI. F. 8.*

chart. a. 1679 ff. 201 num., 21 × 16 cm. d. m.

Folium tituli, in quo nomen auctoris fuisse videtur, evulsum est.

Fundamenta theologiae moralis et regularis in breve compendium redacta. (Praecedit protestatio generalis data 23. apr. **1679**).

Hiis accedunt:

f. 198ᵃ—199ᵃ Selectiores aliquae quaestiones et resolutiones ex Dianae operibus XII.

f. 200ᵃ—201ᵇ Fundamenta theologiae praeterintentionalis breviter adumbrata.

De auctore cf. notam in descriptione cod. VI. F. 9.

1146 *VI. F. 9.*

chart. a. 1676—79 ff. 60, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ᵃ—31ᵃ **Theologia naturalis posterior ad hypothesin Hermeticam analogizata. A. 1676.**

f. 34ᵃ—43ᵃ Tractatus de spiritu universali seu natura ipsa.

f. 44ᵃ—48ᵇ Brevis substantia huius philosophiae Hermeticae.

f. 49ᵃ—51ᵇ **Principia philosophiae Hermeticae** in brevem nucleum reducta.

f. 52ᵃ—60ᵃ Appendix ad partem primam theologiae naturalis.

Tractatus hos praecedit protestatio auctoris data 23. apr. 1679, eadem manu scripta atque in codice VI. F. 8. Ideo utriusque libri auctor idem esse videtur. »Est monast. Eremit. discalc. s. Augustini Neo-Pragae.«

1147 *VI. F. 10.*

chart. saec. XV ff. 103 num., 21 × 15 cm. 1 m.

Sermones de tempore.

f. 1ᵃ »Dicite filie Syon. Math. XXI« × f. 103ᵇ »dissipata sunt omnia ossa mea. Sequitur (sic) Est liber hic scriptus, deus ergo sit benedictus per f. W.«

In membrana praeligata notata est tabula rerum alphabetica, in cuius fronte manu paulo recentiori inscriptum est: »Libellus monasterii S. Corone.«

1148 *VI. F. 11.*

chart. saec. XIV—XV ff. 139, 21 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—78ᵇ **»Compilacio in 5 partes divisa valens predicatoribus.«** »Desiderio meo volens satisfacere« × »descendisses humiliata.«

f. 78ᵇ—79ᵇ Registrum compilationis praecedentis.

f. 79ᵇ—80ᵇ (anepigr.) **Notae historicae imprimis familiam Rosenbergicam et a. 1310—1426 concernentes.** (Edid. Höfler Script. rer. hus. II, 71—73 et Salaba, Věstník k. spol. 1902 čís. 13.)

f. 81ᵃ Nota de nativitate Johannis filii Nicolai Slama a. 1433 et de expeditione Orphanorum circa Weselé.

f. 81ᵃ—81ᵇ **Trchonis Carmen querulum de persecutione Husitarum** (a. 1421 compositum) (Edid. mendose Höfler ibidem p. 74—76, cf. Věstník Č. A. 1899, p. 416).

f. 81ᵇ »Aqua ad dolorem dencium et tocius oris.«

f. 82ᵃ—84ᵃ **Johannis de »Prossichida« Compendium de occultis naturae.** »Et primo dicendum est, quid sit medicina« × »porcum mactare december.«

f. 84ᵃ—84ᵇ Notae medicinales.

f. 85ᵃ—115ᵇ (anepigr.) **Moralitates seu descriptiones virtutum.** »De misericordia non respectu« × »subiugatum habere.«

f. 116ᵃ—120ᵃ (anepigr.) **Praecepta medica per singulos menses.**
f. 120ᵃ—126ᵃ **Mag. Alexandri Liber de complexionibus omnium hominum.**
f. 126ᵃ—127ᵇ »De speciebus et visonomia (sic) Aristotilis omnium hominum in mundo vivencium.«
f. 127ᵇ—133ᵇ **Tractatus de virtutibus herbarum.**
f. 133ᵇ–139ᵇ Tractatus de febribus et aliis morbis.

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. **Literarum Johannis guardiani Novae Domus, quibus duo latomi »super opere ereccionis ambitus« conducuntur a. 1369.** Ut docet nota ad calcem f. 139ᵇ, codex saec. XV erat monast. Třebonensis; dein a. 1609 bibl. Rosenberg., postremo iterum monasterii praefati.

1149 *VI. F. 12. a.*

membran. saec. XIV ff. 552 num., 21 × 16 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario (in quo rubricata sunt festa ss. patronorum Bohemiae).

In margine f. 1ᵃ haec nota est: »Monast. S. Coronae 1640.«

1150 *VI. F. 12. b.*

mixtus saec. XV ff. 194 num., 20 × 16 cm. 1 m.

Breviarium (sine calendario).

A. 1609 liber erat bibl. Rosenbergicae, ex qua monasterio Třebonensi obtigit.

1151 *VI. F. 12. c.*

membr. saec. XIV ff. 290, 21 × 15 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—171ᵇ **Psalterium** in fine mancu .
f. 172ᵃ—174ᵃ Orationes.
f. 174ᵃ—175ᵃ Ordo lavandorum pedum pauperum in caena domini. Item ordo lavandorum per abbatissam pedum sororum.
f. 176ᵃ—290ᵇ **Breviarium** in fine mancum.

Codicis partes quondam cuiusdam monasterii monialium (verisimiliter S. Georgii) fuisse videntur.

1152 *VI. F. 13.*

chart. saec. XV ff. 204 num., 21·5 × 16 cm. 1 m.

Valerii Maximi Factorum et dictorum memorabilium libri IX cum commentario marginali et interlineari.

f. 1 et 2 (membran.) Index librorum et vita auctoris.
f. 204 »Dans (sic!) Florentinus de monarchia« (= Excerpta ex hoc opere Dantis.)

A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, dein monasterii Třebonensis.

1153 *VI. F. 14.*

membran. saec. XIII in. ff. 287 num., 20·5 × 14 cm. d. m. cum pict.

»Flores evangelii« sive Sermones de tempore et sanctis cum nonnullis glossis bohemicis saec. XIV in.

f. 1ᵃ (rubr.:) »Incipiunt flores evangelii« . . . f. 287ᵇ (sermo in nativit. virginum) »ante faciem eius ipso adiuvante, qui« etc.

Sermones hi sunt diversorum patrum antiquorum, Ambrosii, Gregorii, Augustini cet. E monast. Třebonensi.

1154 *VI. F. 15.*

chart. a. 1420—26 ff. 384 num., 22 × 16 cm. 1 m.

Testamenti Veteris libri: Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientiae, Ecclesiasticus cum expositione marginali et interlineari Nicolai de Lira.

f. 1ᵇ »Istum prologum premittit Jeronimus . . . Jungat epistola« . . .
f. 131ᵃ »Explicit cantica II fer. post Andree a. **1420.**«
f. 384ᵇ »Hec gloza Lire finita est dominico ante Georgii a. d. etc. 26 **(1426)** currente.«

In operculo super. haec nota atramento illita occurrit: »Iste liber est **Simonis sacerdotis** . . . . custodis . . . . ibidem reportatus propria manu seu per se.« In operculo infer. haec: »Iste liber sapiencialium pertinet ad Fabianum bacalarium in Nazaret«, cui notae alia manus saec. XV addidit: »et mortem meam. Si autem, quod absit, Fabianus prius solverit debitum carnis, quod ad me revertatur.« Utrique operculo adglutinatum est fragmentum libri cuiusdam censualis, in quo saepius occurrit villa Nepomuk (saec. XIV—XV). Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. codicis cuiusdam grammatici saec. XIII.

1155 *VI. F. 16.*

chart. a. 1417 ff. 196, 21·5 × 15 cm. 1 m.

Sermones de tempore et de sanctis a prima dominica in adventu usque ad epiphaniam cum raris glossis bohemicis.

f. 8ᵇ (Absoluto registro) »Prima pars istius libelli (in operculo super. inscribitur: Prima pars comportature) finita est per **Nicolaum Mnissek(?)** plebanum in Chotikow tunc presidentem ecclesie **in Swin a. d. 1417** XXVI die Julii . . . multis tunc currentibus incommodis« . . .
f. 9ᵃ (Dom. ante adventum) »Ecce dies veniunt . . . Notandum quod s. patres« × f. 196ᵇ »vocatum est nomen eius Jesus.«

Nota in operculo super.: »Libellus dom. Nicolai plebani Baworowiensis.« Deinde liber bibl. Rosenbergicae, postremo monast. Třebonensis fuit.

1156 *VI. F. 17.*

chart. a. 1418—19 ff. 305, 22 × 16 cm. 1 m.

Sermones de tempore et sanctis a capite ieiunii usque ad dominicam Oculi cum glossis bohemicis interlinearibus et marginalibus.

f. 12ª (absoluto registro) »Registrum istud finivi a. d. 1419 die X mensis Octobris . . . in Swin.«

Quamquam dimidio fol. ultimo 305 resecto nomen scribae evanuit, tamen, si scripturam cod. VI. F. 16 contulerimus, dubitari non potest, quin liber a **Nicolao Mnišek** exaratus sit. Operculis adligatae sunt membran. origin. Literae indulgentiarum a Pileo cardin. ecclesiae cuidam in Bohemia concessarum a. 1380. In membrana super. annotatum est: »Libellus Nicolai plebani Baworowiensis« (alia manus addidit:) »sed iam Trzebonensis per eundem legatus.« Deinde codex erat bibliothecae Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

1157 *VI. F. 18.*

chart. saec. XV ff. 120, 22 × 16 cm. 1 m.

Sermones diversi cum glossis bohemicis et opuscula varia. Quorum haec habent suos auctores aut agnoscuntur esse certorum auctorum:

f. 1ª—4ᵇ **Mag. Stanislai (de Znojma) Sermo de resurrectione.** »Surgens Jesus mane« × »Expl. sermo de res. Mag. Stanislai«.

f. 5ᵇ—14ª **Johannis Hus Gesta Christi** (edit. Norimb. II, 1).

f. 31ª—42ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Sermo de exsequiis.** (edit. Norimb. II, 49—53).

f. 60ª—67ª **Eiusdem Tractatus de corpore Christi.** »Impugnantibus« × »Et sic est finis huius sermonis (sic) editi per venerab. Mag. Johannem Hus.« (ibidem I, 163—167).

f. 70ª—73ᵇ **M. (Petri de) Stupna Sermo super** »Lex propter transgressores posita est« × »M. P. de Stupna«.

f. 73ᵇ—79ª **M. Johannis Hus Tractatus de sortilegio.** »Sciendum ergo« × »Et sic est finis huius opusculi compilatum (sic) per reverendiss. Mag. Huss.«

f. 79ª—82ᵇ S. Remigii Sermo paschalis.

f. 86ª—88ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Sermo de assumtione b. Mariae virginis.**

f. 105ª—107ᵇ S. Augustini Sermo de castitate coniugali.

f. 107ᵇ—116ª (anepigr.) **(M. Jacobi de Misa,** cf. cod. VII. E. 6. f. 6.) **Tractatus de potestate regis Bohemiae super clerum.** »Magne sanctitatis ille vir« × »verba Ambrosii.«

Praeter sermones et opuscula M. Johannis Hus supra recensita etiam alia codicis opuscula eiusdem auctoris esse videntur (ex. gr. Sermo super »Tu es Petrus« f. 97ᵇ). Operculo infer. adglutinatum est fragmentum chart. Actorum quorundam iudiciariorum. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis.

1158 *VI. F. 19.*

chart. saec. XV ff. 160, 21·5 × 15 cm. 1 m.

(Pauli Wanni) Sermones de sanctis cum raris glossis germanicis. »Rabi ubi habitas« × »in omni sua miseria.« His insertae sunt:

f. 128ᵇ—148ª Pericopae evangeliorum.

f. 160ᵇ **Deutsche Farben-Recepte,** darunter: »ein andere grune varb auf pergamen« (saec. XV ex.).

In operculo super. intrinsecus notatum est: »Sermones de sanctis pro ecclesia in Neuraz filiali ecclesie in Nepomuk.« Postea codex erat bibl. Rosenbergicae, postremo monasterii Třebonensis.

1159 *VI. F. 20.*

chart. saec. XV—XVI ff. 332, 20·5 × 14·5 cm. 2 m.

Breviarium secundum rubricam ecclesiae Misnensis, carens initio et fine.

Librum in usum dioeceseos Misnensis exaratum esse docent notae in f. 294ª. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis.

1160 *VI. F. 21.*

chart. saec. XV ff. 275, 22 × 16 cm. 2 m.

Lectionarium de tempore et sanctis ab adventu usque ad festum s. trinitatis cum expositione (= Postilla magna ex parte M. Johannis Hus a f. 146 bohemice interpolata). (Postilla s velkou část Husova, latinská s českými vsuvkami od l. 146 počínajíc.) Cf. cod. III. A. 6.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. libri cuiusdam liturgici saec. XII—XIII. In fragmento super. haec interlinearis nota saec. XV occurrit: »Census s. Georgii in Lipnicz. Bohunyek piscator de Swietla XV gr. Marzka vidua z Hlasne Lhoti XVII½ gr.« Ut docet nota in f. 274ᵇ, saec. XV ex., codex erat bibl. monast. Třebonensis, deinde bibl. Rosenbergicae, postremo iterum monasterii praefati.

1161 *VI. F. 22.*

chart. saec. XV (ante a. 1420) ff. 276, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—17ᵇ Notae et sermones diversi.

f. 18ª—256ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Postilla de sanctis cum glossis bohemicis.** (Concordat per omnia cum codice I. E. 45 praeter duos sermones finales; etiam glossae bohemicae sunt paene eaedem.)

f. 256ᵇ—259ᵇ **Kázaní o navštívení p. Marie.** »Hlas choty k swemu zmylelemu . . . W teto epistole« × »zada twe krasy«.

f. 260ª—266ᵇ Sermones diversi.

f. 267ᵇ—268ª (anepigr.) **M. Jana Husi Kázaní o sv. trojici** (neúplná, srovn. Erben. vyd. II. str. 228—230).

f. 269ᵇ—270ᵇ Notae variae theologicae, latinae et bohemicae.

f. 271ᵇ—272ª (anepigr.) **Epistola (magistrorum Pragensium?) ad quendam virum nobilem probans licere statui saeculari potestate coactiva uti adversus hostes veritatis divinae, data »a 1420 sabbato carnispriviali«.**

f. 273ª—276ª Auctoritates de excommunicatione et symonia.

(= Johannis Hus Tractatus de sex erroribus cap. V et VI).

f. 276ᵇ (anepigr.) Epistola quaedam monens fideles, ut caveant ab hominibus miranda prophetantibus, data »Rakovník fer. II in die Vincentii« (22 ian. 1420; edid. Höfler, Geschichtsschr. II, 835).

A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, postea monast. Třebonensis.

1162 *VI. F. 23.*

membran. saec. XIV. ff. 132, 21·5×15·5 cm. 1 m.

Jacobi de Voragine (»Jacubini«) **Sermones quadragesimales.**

f. 1ª—13ª Tabula rerum alphabetica.

f. 14ª »Filia populi mei crudelis induere cilicio« × f. 132ᵇ »Explicit Jacubinus de tempore per quadragesimam **fratris Bartholomaei.**«

Operculis adglutinata sunt documenta ordinem fratrum minorum in Bohemia concernentia. Inibi nominantur minister Boh. et Pol. fr. Tobias, Nicolaus custos Pragensis, Martinus custos Grecensis (a. 1317), item Martinus minister Boh. et Poloniae (1319). Ex monasterio S. Coronae.

1163 *VI. F. 24.*

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1389) ff. 106, 18·5×11 cm. d. m.

f. 1ª—2ᵇ (membranae praelig.) Notae et excerpta varia.

f. 3ª—17ᵇ **S. Augustini Liber de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox« × »aliis trade«.

f. 17ᵇ—18ᵇ Notae variae theologicae (Moralitas de quercu exstirpata).

f. 19ª—54ª **Roberti Holgot Moralitates.** »Theodosius de vita Alexandri« × »Expl. moralitates Roberti fratris Holcotis inceptus a scriptore in die b. Francisci et finitus in die b. Malachie sub a. (13)89; singulis tamen diebus non continuavit.«

f. 54ᵇ Tabula operis praecedentis.

f. 55ª—92ᵇ **Hugonis prioris Liber de avibus ad Rainerium.** »Desiderii tui, karissime, peticionibus . . . Si dormiatis« × »Explicit liber de animalibus mistice et moraliter expositus.«

f. 93 Notae variae theologicae.

f. 94ª—96ᵇ Sermo ad religiosos incip.: »Filii Syon incliti«.

f. 96ᵇ—102ᵇ Sermo ad clerum incip.: »Deponentes mendacium«.

f. 102ᵇ—106ᵇ et in operculo infer. Notae theologicae et praecepta medica versificata.

E monast. S. Coronae.

1164 *VI. G. 1.*

chart. saec. XV in. ff. 214, 21·5×15·5 cm. d. m.

f. 1ᵇ—125ª **Sermones de tempore ab adventu usque ad pascha.** »Sanctam et desiderabilem« × »et milites custodirent illud« (finis deest).

f. 126ª—126ᵇ Notae de X praeceptis (& české »Wěřím v buoha«).

f. 127ª—130ᵇ »Glossa diversorum auctorum super dominicam oracionem.«

f. 131ª—148ᵇ **Expositio decalogi.** »Ascende in montem« × »quod letificat deum et cor hominis.«

f. 148ᵇ—181ª (inscriptio cultro laesa) **S. Bonaventurae Expositio canonis missae.** »Christus assistens pontifex« × »sicut romana docet curia, inseratur.«

f. 181ª—183ª Instructio pro sacerdotibus de novo celebraturis.

f. 183ª—195ᵇ **Chronica Longobardorum secundum historiam Pauli Diaconi.** »Pelagius papa« × »usque hodie vacat. Et sic est finis istius.«

f. 195ᵇ—196ª Indulgentiae monasterio in Luctar (=Lutter) prope »Brawnczyk« concessae.

f. 198ª—203ᵇ (anepigr.) **Tractatus de VII peccatis mortalibus** in fine mancus. »Vidi de mari ascendentem« × »maledictus est, quidquid agat« (cetera desunt).

f. 204ª—207ᵇ Qui a communione prohibentur tempore quadragesimae.

f. 208ª—214ª (anepigr.) **Expositio orationis dominicae** in fine manca. »Pater noster excelsus in creacione« . . . (f. 213ᵇ occurrunt »Johannite, Wyglefiste, Machometiste«) × »dominante ipso regnemus« (cet. desunt).

A. 1609 codex erat in bibl. Rosenbergica, postea in monasterio Třebonensi.

1165 *VI. G. 2.*

mixtus saec. XIV ff. 226, 19×14 cm. d. m.

f. 1ª—133ᵇ **Psalterium,** initio manu saec. XVII in chartis suppletum.

f. 134ª—139ᵇ Orationes diversae.

f. 140ª—183ª **Hymnarius.**

f. 183ª—226ᵇ **Breviarium** in chartis suppletum, in fine mutilatum.

Codex ex 3 fragmentis liturgicis a. 1615 coadunatus ex monasterio S. Georgii provenisse videtur.

1166 *VI. G 3a*

membran. saec. XIV ff. 256, 17·5×13·5 cm. d. m. cum init. pict.

Antiphonarium notis musicis instructum et usui cuiusdam monasterii (ord. s. Benedicti? fortasse S. Georgii) in Bohemia adaptatum.

Codice hoc Dreves (Cant. bohem.) non usus esse videtur. Observa imagines s. Ludmilae in f. 67ᵇ et s. Wenceslai in f. 80ª.

1167 *VI. G. 3b.*

membran. saec. XIV ff. 220, 19×13·5 cm. d. m.

Antiphonarium et Processionale notis musicis instructum et usui monialium s. Georgii in castro Pragensi adaptatum.

De officio paschali in f. 80 sq. cf. ČČM. 1891 p. 7. Sine dubio e monast. s. Georgii.

1168 *VI. G. 4a.*

membran. saec. XIV ff. 205, 16×11 cm. d. m.

Rituale precum magna ex parte pro defunctis.

1169 *VI. G. 4b.*

membran. saec. XIV ex. ff. 336 num., 16×11 cm. 1 m. Opercula lignea obducta corio atro, cui impressa sunt varia ornamenta et sententiae, quae tamen valde attritae legi non possunt.

Breviarium initio et fine carens.

In fine occurrunt bullae papales festa lanceae dom. et corporis Christi instituentes. E monast. S. Coronae.

1170 *VI. G. 5.*

membran. saec. XIV in. ff. 258, 15·5×12 cm. 1 m.

Antiphonarium cum responsoriis, notis musicis instructum et usui monialium (s. Georgii in castro Pragensi?) adaptatum.

Sine dubio e monast. S. Georgii.

1171 *VI. G. 6.*

membran. saec. XIV—XV ff. 602, 17·5×13 cm. d. m. cum init. pict.

Breviarium secundum rubricam Pragensem compilatum (olim Benedicti de Waldstein, episc. Caminensis), initio et in fine recentioribus manibus suppletum.

In membrana praeligata hae notae occurrunt: I. »Hic liber est Mag. Nicolai, olim regie cancellarie prothonotarii, hereditarius rev. in Chr. patris et dom. Benedicti baronis de domo Walsstayn, episcopi (Caminensis).« II. »Ego Benedictus episcopus ecclesie Caminensis hunc librum ven. monasterio Trzebonensi dono dedi usum eius ad vitam propriam reservans. Manu propria ann. 1493 XX die Junii« . . . . Cf. Balbini Boh. d. III, 167. Sed nobis codex e collegio S. J. Crumloviensi obtigit.

1172 *VI. G. 7.*

membran. saec. XV ff. 66, 16·5×12·5 cm. 1 m.

Rituale continens ceremonias baptismi, funerales, benedictiones, ordinem ad visitandum infirmum. Libro inserta est

f. 9—12 Sequentia »Dies irae« cum notis musicis, in fine mutila.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. libri cuiusdam liturgici saec. XIII, init. lit. pictis et deauratis exornati. In fronte f. 1ª: »catalogo inscriptus Domus Professae 1733.«

1173 *VI. G. 8.*

membran. saec. XIV ff. 205, 18×13 cm. d. m.

Sermones de sanctis (carentes initio).

Operculo infer. adligata sunt 3 folia chartacea, in quorum primo enumerantur prohibendi a communione manu saec. XV.

1174 *VI. G. 9.*

chart. saec. XV—XVI ff. 485, 15·5×11 cm. 1 m.

Breviarium praecedente calendario.

In fronte fol. 1ª annotatum erat monasterium, cuius catalogo codex a. 1605 erat inscriptus, sed inscriptio haec radendo deleta est.

1175 *VI. G. 10a.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 194, 16×12·5 cm. 1 m.

Antiphonarium cum responsoriis, notis musicis instructum et monialibus cuiusdam monasterii in Bohemia adaptatum.

In fol. 1ª alia manus (saec. XIV in.) annotavit: »Agnez wyrgo castyssima, in bonis operibus, que facis, mei memento« . . . In operculo super. manus tertia (etiam saec. XIV in.) annotavit: »Pro fratribus et sororibus nostris . . . . uribus«. Eadem manus ibidem bohemice addidit: »Myey sye dobrzye myla . . . pros boha za mye.« Notae hae valde attritae vix legi possunt. Verisimiliter ex monasterio s. Georgii.

1176 *VI. G. 10b.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 243, 17×13 cm. 1 m.

Antiphonarium cum responsoriis, notis musicis instructum et monialibus (s. Georgii in castro Pragensi?) adaptatum.

Observa imprimis officium in sancta nocte f. 72ᵇ—78ᵇ. Codex e monast. s. Georgii sine dubio provenit.

1177 *VI. G. 11.*

membran. saec. XII ex. (cca 1195) cum chart. addit. saec. XVI ff. 317 num., 14·5×11 cm. 1 m. cum 1 init. pict.

Breviarium, ut docet praecedens calendarium, **usui monachorum s. Benedicti Břevnoviensium destinatum.**

f. 1ᵇ—6ª Calendarium initio carens (a mense Martio usque ad Decembrem) cum **Necrologio Břevnoviensi vetustissimo saec. XII ex. et XIII in.** (edit. Věstník Č. A. 1899 p. 451).

f. 6ᵇ Notae computisticae ad a. 1195—1226 spectantes.

f. 316 et 317 chart. continentur additamenta saec. XVI.

1178 *VI. G. 12.*

chart. saec. XVI ff. 140 num. (recte 142), 14×12 cm. d. m.

Breviarium particulare continens cursus horarum de quibusdam sanctis. Praecedunt, insunt et sequuntur preces bohemicae:

f. 1ª— 3ᵇ
f. 97ᵇ—110ᵇ } **Motlitby zejména pro osobu ženskou.**
f. 125ᵇ—140ª

Consideranda videtur oratio contra tempestatem superstistiosa cum imagine calamo delineata in f. 110ᵇ.

1179 *VI. G. 13.*

membran. saec. XIV ex. ff. 538 num., 13·5×9 cm. 1 m. cum init. pict.

Breviarium carens initio et fine.

1180 *VI. G. 14.*

chart. saec. XV—XVI ff. 144, 15·5×10·5 cm. d. m.

Breviarium.

Operculo super. adglutinata est **Icon xylographica colorata repraesentans reginam caeli Jesulum manibus tenentem; saec. XV impressa.** (Sed observa modum impressionis!)

1181 *VI. G. 15.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 145, 14·5×11 cm. 1 m. cum init. pict.

Antiphonarium cum responsoriis, notis musicis instructum et usui monialium s. Georgii in castro Pragensi adaptatum.

In f. 137ª, 143ª et 145ᵇ occurrunt capita monachorum a moniali quadam calamo delineata cum notis bohemicis, de quibus v. Listy filolog. 1879 p. 244. (**České přípisky jeptišky svatojirské**). Operculis adligata et adglutinata sunt fragmenta membr. codicis cuiusdam theologici saec. XIII. Sine dubio e monast. s. Georgii.

1182 *VI. G. 16. a*

membran. saec. XV ff. 144, 15×10 cm. 3 m.

Breviarium particulare (seu potius Rituale) usui monialium cuiusdam monasterii adaptatum et germanicis rubricis et orationibus instructum. (Lateinisches Brevier eines Nonnenklosters mit deutschen Rubriken und Gebeten.)

Operculo infer. adglutinatae sunt chart. literae germanicae saec. XVI datae »Der erwirdigen frawen Vrsula Moserin zu Egern in dem Kloster vnnser lieben schwester gehört der brieff in ir handt.« Verisimiliter ex mon. S. Clarae Egrensi.

1183 *VI. G. 16. b.*

membran. saec. XIV in. ff. 91, 16×12 cm. 1 m.

Breviarium particulare seu potius Rituale, continens imprimis preces pro infirmis et mortuis, **usui monialium s. Georgii in castro Pragensi adaptatum praecedente calendario,** cui insertum est

f. 1ª—6ᵇ **Necrologium monasterii s. Georgii usque ad a. 1321 procurrens.**

Sine dubio e monast. S. Georgii.

1184 *VI. G. 16. c.*

membran. saec. XIV—XV ff. 156, 15×11 cm. 1 m. cum init. cal. delin.

Cursus s. Mariae et orationes diversae monialibus destinatae.

Operculis intrinsecus inscriptae sunt manu saec. XV—XVI Sententiae bohemicae versificatae et initium cantionis cuiusdam popularis. (**Průpovědi české veršované a počátek písně národní**: »Ktot milosti nezna.«) Item in operculo super. legitur nomen: »Marketa de Rupow.«

1185 *VI. G. 17.*

membran. saec. XIV ff. 588, 13·5×10·5 cm. 1 m.

Breviarium praecedente calendario, in quo festa patronorum Bohemiae occurrunt rubricata.

1186 *VI. G. 18.*

chart. a. 1700 ff. 120, 15×19 cm. (forma oblonga), 1 m. cum 46 picturis.

»**Heroico descripta metro fundatio Klattae.**« Poema inceptum a **Daniele** patre et continuatum ab **Adalberto** filio **Worzissek** a. 1693, denique epilogo poetico instructum ab **Innocentio Worzissek a. 1700.**

Exemplar hoc dedicatorium in operculo super. intrinsecus hanc inscriptionem habet: »Olim P. F. Innocentii Dominici Worzissek S. O. Praed. filii conventus S. Laurentii Klattoviensis, qui librum hunc pro memoria donavit . . . . Adalberto Francisco Worzissek J. U. L. germano fratri a. (1721 — annus hic chronogrammatice expressus est) secunda Octobris.« De posterioribus libri fatis nil constat.

1187 *VI. G. 19.*

chart. a. 1649—1655 ff. 192, 14×10 cm. 1 m. cum picturis.

Carmina »Nudipedum Augustini clientum« **(= eremitarum s. Augustini discalceatorum) Labacensium**

f. 1ª—45ᵇ **in obitum Mariae Leopoldinae, coniugis Ferdinandi III. (composita a. 1649 mense Sept.),**
f. 46ª—112ª (anepigr.) **gratulatoria Ferdinando IV, Rom. regi electo,**
f. 113ᵇ—152ª **in obitum eiusdem** (a. 1654),
f. 153ᵇ—192ª **in obitum Eleonorae, coniugis Ferdinandi II. (a. 1655).**

Tituli carminum istorum secundum morem illius aeri per totas paginas evagantur. Codex a. 1862 bibliothecae dono obtigit.

1188—1190 *VI. H. 1. a, b, c.*

chart. a. 1806—1807 ff. 80, 84, 103, 26×20 cm. 1 m. (Joh. Schohay).

Johannis Hablesreuter, profess. semin. Budvicensis, **Theologia moralis a. 1806—7 praelecta.**

Codices hi a. 1845 bibl. donati sunt.

1191—1193 *VI. H. 2. a, b, c.*

chart. cca. a. 1806 ff. 158, 93, 146, 25×19 cm. 2 m.

Josephi Nowak, prof. semin. Budvicensis, **Praelectiones theologiae dogmaticae et polemicae. Accedunt praelectiones introductoriae in eandem et de iure canonico.**

Alter scriba vocatur J. Schohay. Codices a. 1845 bibl. nostrae donati sunt.

1194 *VI. H. 3.*

chart. cca. a. 1806 ff. 68, 22×17 cm. 1 manu Joh. Schohay.

Compendium iuris canonici alumnis seminarii Budvicensis cca. a. 1806 praelectum.

Codex a. 1845 bibl. donatus.

1195 *VI. H. 4.*

chart. saec. XVIII pag. num. 759, 21 × 17 cm. 1 m.

Academicarum praelectionum Commentatio in ius publicum ecclesiasticum.

Codicem bibl. a. 1865 donavit dr. Joh. Palacký.

1196 *VI. H. 5.*

chart. saec. XVIII (ante a. 1771) ff. 316, 21 × 19 cm. 1 manu (Martini Tausch).

Josephi Schuster, profess. publ. in univers. Prag., **Annotationes ad Institutionum Divi Justiniani lib. I.** conscriptae in usum **Martini Tausch iur. auditoris.**

Inscriptio in fol. praecedente: »Liber I Institutionum in usum Francisci Mühlpeck a. 1771.« Codicem bibl. donavit a. 1865 dr. Joh. Palacký.

1197—1207 *VII. A. 1a—l.*

chart. saec. XVI—XVII. (pp. 385, 2690 (= 7 vv) num. & 3 vv indicum non pag.) d. m.

»A. A. A. **Numismatωn antiquorum** διασκευὴ hoc est, Chaldaeorum, Arabum, Libycorum, Graecorum, Hetruscorum, ac Macedoniae, Asiae, Syriae, Aegypti, Syculorum, Latinorum seu Romanorum regum a primordio Urbis, Deûm, consulum tempore Reipublicae, et crescente adhuc tam sub Caesaribus Latinis in occidente quam Graecis Imperatoribus in oriente declinante Imperio P. R., denique Hexarchorum, Barbarorum principum Ducumve: Metallicarum eiconum **explicatio. Ex Musaeo Jacobi Stradae Mantuani, Antiquarii,** civis Romani. Cum septem indicibus« . . . .

Jacobus Strada († 1588 Pragae) imperatorum Maximiliani II et Rudolphi II antiquarius erat. Operis eiusdem duo volumina asservantur in bibl. regia Monacensi, cf. Cat. III, I, p. 28. Ex collegio Crumloviensi Soc. Jesu.

1208 *VII. A. 2.*

chart. saec. XVIII (partes a. 1733—37) pp. 857 num., 34·5 × 22 cm. 1 m.

Semita cursus philosophici, seu universa Aristotelis philosophia auctore P. Theophilo Kherbaum ord. Cisterc. monast. Plassensis prof. Adest solum **Tom. II Physicam universalem** complectens.

Libro praeligata est **Imago s. Bernardi Claraevall. ab A. Birckhart Pragae aeri incisa.** Sine dubio e monast. Plasensi.

1209 *VII. A. 3.*

chart. saec. XVIII ff. 89, 35 × 23 cm. 1 m.

Mathiae Eudocii Persici S. J. Nepomucenidos libri VIII. His accedit eiusdem poëtae **Epinicium in Pragensem obsidionem d. Joanne opem ferente feliciter solutam a. 1757.**

In fol. tituli annotatum est: »Bibliothecae caes. reg. collegii S. J. Pragae ad S. Clementem inscript. a. 1763.« Nepomuceneis typis excusa est Pragae ad S. Clementem a. 1773 (cf. exemplar bibl. nostrae 52. B. 31).

1210 *VII. A. 4. (Y. III. 6. n. 4.)*

chart. autographus a. 1745 ff. 86 (= 172 pp. num.), 35 × 22 cm.

Principia verae religionis studio et opera Duffiadis.

Ad calcem f. 1ª nota: »4. mart. 1745«, in fine operis: »Aug. 29. **1745.**«

1211 *VII. A. 5.*

chart. saec. XVIII (a. 1742 scribi coeptus) ff. 91 (= 182 pp. num.), 33 × 21 cm. d. m.

Josephi Barisien, presbyt. et bibliothecarii archiepisc. Prag., **Conceptus poëtici et alia ad materiam poëticam pertinentia, uti et ad rhetoricam (et inferius ad numismaticam) spectantia etc.** A. **1742 inchoata. . . . . Pars I et II.**

Nota in operculo super.: »Ex munificentia J. Barisien etc. collegio Neo-Prageno S. J. Donatus 1771.«

1212 *VII. A. 6.*

chart. saec. XV ff. 399, 41 × 32 cm. d. m.

Johannis Gasparis Grassi Lecturae super decreto pars prima.

f. 1ª »Ad laudem eterni dei . . . ego Johannes Gaspar« × f. 398ᵇ—399ª »Ego Johannes Grassi . . . . in hoc felici gygnaxio (sic) Thaurinensi . . . Datum Thaurinii die XVIII mensis Martii 1449 sub . . . dominio . . Ludovici Sabaudie ducis . . . et sacrorum canonum defensoris.«

Codicem hunc recens. Schulte, Canon. Hdschft. p. 25. In f. 1ª adglutinata est schedula hanc inscriptionem impressam exhibens: »Ex bibliotheca Regii Coenobii S. Spineae vulgo Aureae Coronae S. Cisterciensis ordinis.«

1213 *VII. A. 7.*

chart. a. 1410 ff. 260, 40·5 × 29 cm. 1 m.

Nicolai de Gorram Expositio psalterii.

f. 1ª »Laudacionem domini loquetur os meum« × f. 260ª »nec dormire poterit nec lassari. Ad quam patriam nos perducat . . . Expliciunt postille fr. Nicolai de Gorra a. d. MCCC decimo« (sic pro **1410**).

Operculis adligatum est fragmentum membr. instrumenti publici notarii concernentis praepositurarum in ecclesia Lubucensi et Raynaldum Cardinalem, dati a. 1393. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, a. 1718 monast. Třebonensis.

1214 *VII. A. 8.*

mixtus saec. XVI—XVIII ff. 37, (membran. 17 et chart. 20) 40 × 31 cm. d. m.

Necrologium monasterii s. Coronae anno 1533 scribi coeptum et usque ad annos saec. XVIII priores continuatum. (Edid. J. Emler, Věstník král. české spol. náuk. 1888.)

Ad calcem f. 17[b] (ultimi membran.) haec nota occurrit: »Ulteriorem mensium seriem cum annotatis defunctorum nominibus et origine SS. Capparum quidam (una vox atramento illita) Crumlovio (sic) studiosi exciderunt in capitulo 1647«. Ideo pars ulterior chartacea addita est. E monast. S. Coronae.

1215 *VII. A. 9.*

chart. a. 1756 ff. 156, 40×27 cm. 1 m.

Historia sacri canonici ordinis Crucigerorum cum Rubeo Corde de Poenitentia Beatorum Martyrum in quatuor tractatus divisa . . . . . ad bilancem chronologiae examinata . . . . . **per Joannem Carolum Rohn,** Boëmum Reichenbergensem, eiusdem ord. ad S. Crucem Maiorem Pragae canonicum regularem. A. d. **1756.**

Ex eodem monasterio.

1216—1218 *VII. A. 10a, b, c.*

chart. autogr. a 1744—1780 ff. 245, 227, 180, 35·5×22 cm.

Janus bifrons respectans praeterita, agens praesentia, prospiciens futuris, seu Liber archivi I, II, III Sanctae Crucis complectens acta per temporum decursum a primo Pragam . . . Crucigerorum b. mart. de poenitentia adventu . . . collecta . . . sub regimine . . . Wenceslai Kirchmayer de Reichwitz praepositi ad S. Crucem Maiorem (scribi inchoata) **a. 1744 (et usque ad a. 1780 procurrentia opera et manu Johannis Caroli Rohn).**

Ut in praefatione libri I edocemur, his tribus libris tantum sexta pars operis maioris continetur; partem secundam vide sub sig. XIII. B. 6, tertiam sub XV. A. 2, quartam sub VII. A. 11, quintam sub XIV. C. 6 (prima desideratur), indicem totius operis sub VII. B. 3. Ex monast. Cyriacorum Prag.

1219 *VII. A. 11.*

chart. a. 1741—1779 ff. XII+L (62), 36×23 cm. d. m.

»**Ortus et occasus . . . Crucigerorum cum Rubeo Corde ad S. Crucem Maiorem . . . seu Liber archivi S. Crucis continens** litteras natalium, professionum, emissarum, s. ordinum susceptorum et **syllabum religiosorum« . . . (inchoatus a. 1741 et procurrens usque ad a. 1779** auctore **Johanne Carolo Rohn).**

Est quarta pars operis maioris (cf. cod. praeced.) magnam partem autographa. Ex monast. Cyriacorum Prag.

1220 *VII. A. 12.*

membran. saec. XIV ff. 400, 37×25 cm. d. m.

Breviarium secundum rubricam Pragensem praecedente calendario.

1221 *VII. A. 13.*

chart. saec. XVI—XVII ff. 384, 35×24 cm. d. m.

Antiphonarium missae notis musicis instructum.

In operculo infer. annotatum est: »J. L. M. A. D. 1601.« In fronte f. 1[a]: »Bibliothecae minoris« (adde: collegii S. J. Clementini).

1222 *VII. A. 14.*

chart. a. 1753 ff. 91, 35×22 cm. 2 m.

»**Gnomonica facilitata, seu Tabellae gnomonicae,** quarum ope horologia solaria . . . delineantur, partim . . . **combinatae** partim ex probatis authoribus desumptae **a P. Theophilo Kherbaum,** s. ord. Cisterc. regii **monast. de Plass professo.** Anno **1753.«** (75 ff. textus cum 16 tab. geometricis.)

Sine dubio ex monast. Plassensi.

1223 *VII. A. 15.*

chart. saec. XVIII (post a. 1748) ff. 150, 34×21 cm. 1 m. (autogr.?)

»**Grave principium regiminis . . . Mariae Theresiae sive Memorabilia . . . ab a. 1740 . . . (usque ad a. 1748)** gratae posteritati tradita per **Joannem Carolum Aloysium Rohn** . . . s. ord. crucigerorum cum rubeo corde . . . . canonicum regul.«

Operi insertae sunt 5 tabulae (4 aeri incisae, quarum prima repraes. **delineationem Pragae a. 1742 occupatae sculptore Birckhart,** una calamo delineata). Ex bibl. monast. Cyriacorum Prag.

1224 *VII. A. 16.*

Fragmenta diversorum codicum latinorum minora, quae tamen alicuius sunt momenti, chartis involuta.

I. **Fragmentum cuiusdam vitae ss. Cyrilli et Methodii.** Dimidium folii membran. ex quodam breviario **saec. XIV** sumti.

II. **Fragmenta formularii saec. XIV,** quo Johannis Bohemiae regis literae continebantur. 2 ff. chart. de operculis cod. XIV. F. 2 sumta.

III. **Fragmentum protocolli inquisitionis Waldensium Pragae a. 1393—94 institutae.** Fol. chart. sumtum de operculo cod. V. H. 19. (Ed. Věstník Č. Akad. 1899 »Paběrek XXVI«.)

IV. **Fragmenta inquisitionis Waldensium a. 1400 Tyrnoviae institutae.** Sex segmenta chart. de operculis cod. X. H. 7 sumta. (Cf. Čas. hist. 1903, »Paběrek 64«, p. 196.)

V. **Fragmenta libri acceptorum et expensorum lat.—boh. Petri castellani Rotsteinensis a. 1403 et 1404,** sumta de cod. X. F. 23 (partim ed. Věst. Č. Akad. IX, 625).

VI. **Fragmenta 53 actorum iudiciariorum officialis archiep. Prag. a. 1377, 1380 et 1389,** sumta de operculis cod. IV. A. 15, IV. B. 10, IV. D. 22 (ed. Tadra Act. iud. VII, 181—216).

VII. **Fragmenta 16 actorum iudiciariorum archiep. Prag. saec. XIV,** sumta de operculis codicum III. D. 7, IV. C. 9, V. A. 7, V. A. 21, V. D. 17, VI. A. 18, VIII. B. 15, VIII. B. 16, X. F. 15 (ed. ibid. 217—246).

VIII. **Fragmentum membran. codicis saec. XII, quo Caesaris commentarii de bello gallico continebantur.** Supersunt duo folia, quorum pagina altera textum lib. VII. 27, 3—29, 4 et 33, 3—35, 3 exhibet, in al-

tera scriptura erasa est, quibus foliis olim opercula »Catalogi« cuiusdam obducta erant.

IX. Duo folia membran. cod. saec. **XI-XII characteribus langobardicis** exarati exhibentia **Livii Hist. Rom. III, 35,7—40,4.**

X. **Fragmenta rationum** saec. XIV in Planá inventa (ed. J. Truhlář Pam. arch. XIII, 107).

1225 *VII. B. 1.*

chart. saec. XVIII ff. 412 (= 824 pp. num.), 36 × 22 cm. 1 m.

»**Collegia iuridico-practica seu Expositio praxeos iudiciariae praecipue Boemiae tam in causis civilibus quam criminalibus.**« (Huic titulo praecedit alter: Collegia practica de iure bohemico **a professore (Josepho) Azzoni tradita.** De auctore cf. Kalina Nachrichten III.)

1226 *VII. B. 2.*

chart. saec. XVIII ff. 312 (623 pp. num.), 35 × 23 cm. 1 m. (T. J. Kraus).

»**Manuale scriptum**« (alter titulus addit: »in quo continentur notatae origines omnium ordinum religiosorum, virorum ac monialium virginum diversarumque canoniarum ac catalogus can. regul. Later. et simul sub regula s. patris Augustini ord. militantium« — cetera evulsa sunt) T. J. K. C. R. L. P. (= **Thomae Johannis Kraus, canon. regul.** Later. p.?) in Carlow.

Insunt **Collectanea historiam Bohemiae ecclesiasticam, praecipue canonicorum regularium s. Augustini concernentia,** quorum haec videntur esse maioris momenti:

p. 157—225 Historia canoniae Carloviensis auctore, ut videtur, Thoma Joa. Kraus.

p. 226—289 **Rosa Trebonea canonicorum regularium s. Augustini in roseto Trebonensi . . . exposita . . . a Joanne Floriano Hammerschmidt a. 1720.**

p. 293—312 Notae historiam monast. Rudnicensis et Borovanensis concernentes.

Sequitur fragmentum operis typis excusi: **Francisci Petri,** canon. Wettenhusanae canonici, **Germaniae canonico-Augustinianae. Tom. V. pars II** (deficiente titulo pp. 3—184).

p. 534—582 **Notitiae regni Bohemiae pars I collecta a Guilelmo Etzweiler, ex autographo auctoris in lucem edita, notis aucta et illustrata a Carolo Krziz** (Approbatio censurae data est Pragae 30. Maii **1763). Apographum** edit. Prag. 1764.

Codici huic, qui Carolum Navrátil (Paměti kostela . . a kláštera. . . na Hoře Karlově, v Praze 1877) non omnino latuisse videtur, praeterea insertae sunt multae imagines aeri incisae (ex. gr. Caroli IV sculptore Birckhart, b. Mariae Carloviensis sculptore Nypoort, s. Mariae Sacromontanae, paparum Pii V, Benedicti XIII, Clementis XII, Pii VI, excidii canoniae Carloviensis a. 1611), denique duo opuscula typis excusa:

p. 184 (adglut.) **T(homae) J(ohannis) K(raus) Carmen gratulatorium novo abbati Carloviensi Augustino Johanni Paukert oblatum a. 1770.** (Unum folium.)

inter 480 et 481 ligat. **Uber die . . . den 11. Julii anno 1730 getroffene Wahl . . . Clementis XII. sollte seinen Glückwunsch . . . darlegen C. L. v. W.** (2 folia). Ex bibl. canoniae Carloviensis.

1227 *VII. B. 3.*

chart. a. 1747 ff. 151 num., 35 × 22 cm. 1 m.

»**Index universalis archivi S. Crucis Maioris canonici ordinis crucigerorum cum rubeo corde de poenitentia beatorum martyrum, confectus a. 1747 et deinceps continuatus« (cura et manu Johannis Caroli Rohn).** Index hic spectat ad cod. VII. A. 10 **a b c** et VII. A. 11 et XIII. B. 6.

Ex monast. S. Crucis Maioris Prag.

1228 *VII. B. 4.*

chart. autogr. a. 1747 ff. 363, 35 × 22 cm.

»**Fragmenta et sententiae sapientum . . . per alphabeticos titulos in ordinem disposita a Josepho Ernesto Barisien a. 1747. Tom. I. A—J.**«

Tom. II. vid. I. A. 24 et supplementa I. A. 16. Codex ab auctore a. 1766 donatus est bibliothecae collegii S. J. Pragae ad S. Ignatium.

1229—1231 *VII. B. 5. a, b, c.*

chart. a. 1705 ff. 284, 367, 465, 34 × 21 cm. 1 m.

Joannis Wenceslai de Krigelstein, in univers. Prag. profess., **Explicationes collegiales Digestorum iuxta commentarium Zoesii a libro 15 usque ad 50,** quas sibi describi fecit Paulus Joh. Axlar, S. M. E. Prag. scholasticus a. 1705.

1232 *VII. B. 6.*

chart. saec. XV ff. 348, 31·5 × 22 cm. 1 m.

(Benedicti Massiliensis) Tractatus fidei contra diversos errores cum Expositione decretalis »Firmiter credimus«.

f. 1ª—11ª Tabula rerum alphabetica.

f. 12ª—25ᵇ Textus symboli cum indice errorum parallelo.

f. 26ª (rubr.:) »Incipit tractatus fidei contra diversos errores super titulum de summa trinitate et fide katholica in decretalibus. (atram.:) Quoniam fides est tocius spiritualis edificii fundamentum« × f. 341ᵇ »et ego vitam eternam do eis. Quam retribucionem nobis prestare dignetur ipsa veritas, que hanc promittit dom. nost. J. Chr. Amen.«

f. 341ᵇ—348ª Praecepta de haereticis tractandis. (Folio ultimo truncato nomen auctoris excidit).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam liturgici, notis musicis instructi, saec. XIV—XV.

1233 *VII. B. 7.*

chart. saec. XV ff. 368 num., 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

Expositio Parabolarum Salomonis usque ad cap. XXXI v. 9. cum notis marginalibus latinis et glossis bohemicis interlinearibus et marginalibus. (Přísloví Šalamounova s českými glossami.)

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis liturgici saec. XIII. Ex bibl. collegii S. J. Neo-Pragensis.

1234 *VII. B. 8.*

chart. saec. XV in. (pars a. 1401) ff. 274, 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—81ª (anepigr.) **S. Bonaventurae Diaeta salutis.** »Hec est via, ambulate in ea« × f. 73ᵇ »gloria dei, que est infinita, ad quam« etc. Ineptus scriba addidit varia excerpta theologica, quibus absolutis f. 80ᵇ: »incipiunt capitalia (sic) tractatus Diete salutis«; deinde f. 81ª: »Finis adest operis, mercedem posco laboris. Scriptori pro penna detur pulchra puella.«

f. 81ª—81ᵇ **Notae historicae Bohemiam a. 1342—89 concernentes.**

f. 81ᵇ—194ª **Innocentii papae IV (recte Thomae de Cabham) Summa de poenitentia.** »Cum miseraciones domini« × »Hec summa tractans de iure canonico edita per . . . Innocencium papam II finita est Budweis per dom. **Benessium de Budweis** ibidem proxima fer. VI ante Oculi et in festo translacionis s. Wenceslai . . . nono kal. (sic) mensis Marcii anno **1401**« (codex habet 1400 et lineam atramento illitam).

f. 195ª—238ª **»Biblia curtata.«**

f. 238ª—271ᵇ (anepigr.) Martyrologium per circulum anni.

f. 271ᵇ—273ª Notae historicae a Pelagio papa usque ad Innocentium IV.

f. 273ª—273ᵇ **Notae historicae praecipue Bohemiam a. 1240—1351 concernentes.**

f. 273ᵇ—274ª Sermo de dedicatione in fine mancus.

Codicem hunc recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 33. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis.

1235 *VII. B. 9.*

chart. saec. XVII (circa 1655) ff. 488 num., 31 × 19 cm. 1 m.

Breviarium, ut praecedens calendarium indicare videtur, **in usum patrum S. J. compilatum.**

Cum tabula festorum mobilium libro praemissa ab a. 1655 incipiat, anno eodem vel praecedente codex exaratus esse videtur. Sine dubio e bibl. cuiusdam collegii S. J. in Bohemia.

1236 *VII. B. 10.*

chart. a. 1457 ff. 632, 31 × 22 cm. 1 m.

Commentarius in evangelium S. Johannis.

f. 1ª »Beda super Johanne similiter et Augustinus« × f. 632ᵇ »cunctis fidelibus salus, ad quam nos deducat etc. Finitum opus est a. d. **1457** sexta fer. post festum omnium sanctorum.«

Auctorem fuisse Husitam declarant verba (in f. 606ª et 606ᵇ) adversus concilium Basiliense et Johannem de Capistrano concertantia. In fol. praeligato annotatum est: »Hic liber est probabiliter ex Insulano monasterio.«

1237 *VII. B. 11.*

chart. a. 1536 ff. 457, 31 × 21 cm. 1 m.

Dictionarium theologicum alphabetice digestum, quod hic **»Quodlibet«,** alibi (cod. I. B. 8, III. B. 22, VI. B. 4) **»Reportorium«** seu **»Repertorium morale«** vocatur, est **Petri Pictaviensis** opus.

f. 1ª »A a domine deus nescio loqui« × f. 457ª (absolvitur vox »Zelus«) »Item de zelo Pauli bono et malo, Actus 9.«

1238 *VII. B. 12.* (*Y. III. 6. n. 8.*)

chart. saec. XVII ff. 833 (= pp. 1666 num.), 30 × 20 cm. d. m.

(Caroli de Grobbendoncq S. J.) Historia »de ortu et progressu spiritus politici. Decas II prosequens pseudopoliticismi tum incrementa tum decrementa a raptu Eliae usque ad transmigrationem Judaeorum in Babylonem.«

Decas I. prodiit Pragae a. 1666. Decadem II una cum III vide sub X. D. 17. Decadem IV v: VIII. B. 9. Ex bibl. Ignatii Car. com. de Sternberg, cuius insigne operculo super. impressum est.

1239 *VII. B. 13.*

chart. saec. XIV—XV ff. 335, 29·5 × 22 cm. d. m.

(Jordani de Quedlinburg) Sermones de tempore. Pars I et II (ab adventu usque ad resurrectionem).

f. 1ª »Jordanis ripas alphei sui . . . Sicud dicit b. Augustinus« × f. 335ᵇ »amputavit auriculam eius dextram. Jesus autem respondens« (cetera desiderantur).

In operculo super. intrinsecus haec nota occurrit: »Prima pars Jordanis« (sed inest etiam secunda a f. 189ᵇ) »domini Johannis pro domo Jermerensi«.

1240 *VII. B. 14.*

chart. saec. XIV ex. ff. 244, 30 × 22 cm. d. m.

f. 222ª—235ᵇ **Tractatus de octo beatitudinibus.** »Beatitudines sunt habitus virtutum« × »sponso desiderabilissimo.«

f. 235ᵇ—244ª **»Concordancia passionum quatuor evangelistarum.«**

f. 244ª—250ᵇ **(S. Augustini) Speculum peccatorum** (mutilatum initio et in fine).

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. Regulae ord. hospitalensium s. Johannis saec. XIII. In eodem operculo extrinsecus manu saec. XV ex. annotatum est: »Pro loco Grupcensi«. De posterioribus libri fatis nil constat.

1303 *VII. E. 14.*

chart. saec. XV ff. 170 num., 22×14·5 cm. 2 m.

Sermones diversi.

f. 1ª »Sermo de penitencia. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Cum expertus medicus« × f. 170ª (Sermo super: Multi sunt vocati) »electis dei in vita eterna« . .

1304 *VII. E. 15.*

chart. saec. XV ff. 219, 21×14 cm. 2 m.

f. 1ª—82ᵇ **Johannis Nider Tractatus de lepra morali.** »Olim deum legimus in Levitico« × »ut supra late dictum est. Et sic . . . . rali dixisse sufficiat. Explicit in die . . .« (subscriptio mutilata).

f. 83ª—137ª **Eiusdem Manuale confessorum.** »Quoniam iuxta b. Gregorii in pastorali sentenciam« × »Et tantum de confessorum erudicione sub compendio dicta sufficiant. Finivi librum, scripsi sine manibus ipsum.«

f. 138ª—197ª **Nicolai de Dinkelspuel Tractatus de tribus partibus poenitentiae.** »Sermo primus. Ecce nunc tempus acceptabile« × »contra triplex ius, naturale, ecclesiasticum et divinum. Expl. tract. de tr. part. pen. Mgri Nicolai de Tynkelspuhl.«

f. 198ª—201ª Registrum operis praecedentis. × »Expl. registrum cum suo tractatu de tribus partibus penitencie, editus (sic) per rever. dom. Nic. de Tynklspuehl theoloice facultatis doctorem alme univers. Wyennensis Austrie gloriose.«

f. 201ᵇ—202ª »Juridica forma ad eligendum aliquem in prelatum monasterii.«

f. 202ᵇ—210ª **Nicolai de Dinkelspuel Sermo de ieiunio.**

f. 210ᵇ—214ᵇ Quaestiones et notae theologicae variae.

f. 215ª—217ᵇ **Quaedam dubia soluta per Mag. Nicolaum de Dinkelspuel.** × »Per eius manus scriptum G. p. nomine dictum vorwar.«

f. 217ᵇ—219ᵇ Sermo de tribus substantialibus religiosorum.

Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 44. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, postea monast. Třebonensis.

1305 *VII. E. 16.*

chart. saec. XVI ff. 432, 21·5×16 cm., 1 m.

Missale.

In fronte fol. 1ª nota: »Residentiae S. J. ad Matrem Dolorosam sub Grupna a. 1669.«

1306 *VII. E. 17.*

chart. saec. XV ff. 219 (recte 221), 20·5×13·5 cm. d. m.

f. 1ª—14ª Sermones duo de redemptione humani generis.

f. 15ª—94ª **(S. Bonaventurae) Diaeta salutis.** »Hec est via, ambulate in ea« × »synodi refertur. Expl. dieta sal.«

f. 94ᵇ—119ᵇ **Tractatus de septem criminalibus vitiis et eorum effectibus et incommodis.** »Superbia est regina viciorum« × »quod nichil ante fuit. Explicit.«

f. 120ª—134ª **»Tractatus de virtutibus moralibus in speciali«.** »Visa igitur natura virtutis« × »ad salutem anime mee peccatricis. Amen.«

f. 134ᵇ—148ª **Jacobi (de Paradiso) Carthusiensis Tractatus de duabus civitatibus scilicet Jerusalem et Babylone.** »Rebecca consors fidei« × »manentibus inviolatis.«

f. 148ᵇ—155ᵇ **Eiusdem Tractatus de cautelis vivendi cap. XII.**

f. 156ª—217ᵇ **Anselmi Cantuariensis archiepiscopi Liber de similitudinibus.** »Voluntas tripliciter intelligitur« × »in quantum volunt. Expl. Ans. de simil.«

f. 217ᵇ—219ª **Eiusdem Epistola ad quendam novicium.**

Saec. XV ex., ut docet nota in fragmento membran. cod. praeligato, codex erat monasterii b. Mariae et s. Johannis ord. canon. regul. prope Segeberge dioecesis Lubecensis, deinde domus professae S. J. ad S. Nicolaum Pragensis.

1307 *VII. E. 18.*

chart. saec. XIV ff. 185 num., 21·5×15·5 cm. 1 m.

f. 1ª—32ª **(Engelberti abbatis Admontensis) Commentarius super XII antiphonas adventuales.** »Laudes et preces, que a fidelibus« × »gloriam in futuro.«

f. 32ᵇ—43ᵇ **(Eiusdem) Tractatus de gratia salvationis et iustitia damnationis.** »Judica michi« × »sileat et quiescat.«

f. 44ª—47ª **Eiusdem Tractatus super antiphona »Cum rex gloriae.«** »De illo glorioso« × »venerabiliter acceptanda.«

f. 47ᵇ Registrum Commentarii super XII antiphonas.

f. 49ª—180ᵇ **Eiusdem Tractatus de vita et virtutibus beatae virginis.** »Letetur anima vestra« × »eterne beatitudinis in celis. Quod nobis« etc. (Edid. Pez Anecdot. tomo I).

f. 181ª—184ª Registrum operis praecedentis.

f. 184ᵇ—185ª »Hee antyphone sunt incipiende in secundis vesperis s. Lucie virginis.«

Operculo super. adligata sunt duo folia membr. codicis liturgici saec. XIII—XIV, quibus continentur lectiones de miraculis s. Udalrici; operculo vero infer. duo folia membr. alius codicis liturgici saec. XIII. In fronte fol. infer. rubricatum est: »Liber Martini de Weissmberg.« Nobis vero obtigit codex ex collegio S. J. Březnicensi.

1308 *VII. E. 19.*

chart. saec. XVIII ff. 200, 20×16 cm. 1 m.

Epitome comitiorum in Bohemia celebratorum (ab a. 722 usque ad a. 1707.)

In fronte f. 1ª annotatum est: »Milit. ordinis Crucigerorum cum rubaea stella catalogo inscriptus Pragae a. 1727.«

1309 *VII. E. 20.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 172, 20×16 cm. 1 m.

»Consiliorum bellicorum liber II. et III.«

Ex bibl. conventus S. Wenceslai eremit. discalc. s. Augustini Neo-Prageni.

1310 1311 *VII. E. 21 a & b.*

chart. a. 1729 ff. 316, 20×16 cm. 1 m.

(Philippi Reinhardi) Vitriarii Dictata ad ius publicum. Lib. (I. II.) (III. IV.)

Est lectura in librum eiusdem auctoris typis impressum: »Institutiones juris publici Romano-Germanici selectae«, quarum editio nova prodiit Lugd.

Batav. ex officina Boutesteniana 1723. Scriba codicis alterius in fine annotavit: »die 7 mart. a. 1729.« In charta praeligata legitur: »Ex libris Ferdinandi Woldrzich J. U. C.«

1312 *VII. E. 22.*

chart. autogr. saec. XVII ff. 302, 20·5×16 cm.

Bohuslai Balbini S. J. Adversariorum pars I seu litt. A.

Ut commemorat R. Ungar in II parte Bohemiae doctae Balbinianae p. 32, secunda pars huius operis habetur in bibliotheca Strahoviensi.

1313 *VII. E. 23.*

chart. saec. XVI ff. 287, 20×16 cm. 1 m.

f. 2ª—20ª **»Encomium Cornelii Mussii, episcopi Bitontini a Bernardino Tomitano doctore lingua thusca scriptum, a Sigismundo Dominatio a Pisnicz translatum et auctum.«**

f. 21ª—150ᵇ **»Sigismundi Dominacii a Pisnicz equitis Bohemi, Welessinensis parochi, Declamationes sacrae IV super evangelium de suscitatione Lazari.«**

f. 151ª—287ª **»Contio habita Florentiae . . . super evangelium de duobus discipulis euntibus in Emaus . . . translatore Sigismundo Dominatio« . . .**

Ista tria opera literis f. 1 praemissis Sigismundus translator »principi Ursino Gulielmo de Monte Rosarum, Bohemiae proregi« dedicavit. Ad nos codex provenit ex collegio S. J. Crumloviensi.

1314 *VII. E. 24.*

membran. saec. XIII ff. 313, 20×15 cm. 1 m.

Psalterium cum canticis.

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis liturgici saec. XIV, in quo rubricator bohemice annotavit. »Such dub chlapom panny a panye.«

1315 *VII. E. 25.*

chart. a. 1678 ff. 90, 21×16 cm. 1 m.

»Anima historiarum publicarum nostri et antecedentis seculi conscripta anno 1676.« (Post registrum sequitur titulus alter:) **»Idea Machiavellica sesquiseculi Gallicani,** id est: Brevis epitome machinationum Galliae ab a. 1519 usque in hodiernum diem adversus domum Austriacam« . . . .

f. 90ª »Finitum mense Februario a. **1678**« (alia manus superscripsit: »mense Martio a. 1677«).

Exemplar a. 1676 habetur XII. A. 8. »Est fratrum Eremit. discalc. S. August. Neo-Pragae.«

1316 *VII. E. 26.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 110, 19·5×16 cm. 2 m.

»Exercitationes mathematicae continentes horographiam, architecturam, militarem, opticam et astronomiam, ex diversis authoribus collectae a P. Francisco Tillisch S. J.« Initium deest. 89 ff. textus et 21 figurae calamo delineatae.

1317 *VII. E. 27.*

chart. saec. XV ff. 73 num., 20·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—31ª **Martini minoritae Flores temporum** (»vel excerpta de cronicis et dicitur cronica Martimiani« — sed falso, cf. Potthast) **seu chronicon imperatorum et pontificum ad Carolum IV continuatum.** »Prima etas duravit« × »communiter diffidavit. Explicit excerptum cronice.«

f. 31ª—31ᵇ Aliae notae historicae.

f. 32ª—36ᵇ **Tractatus de fide catholica et de sacramentis.** »Quia sine fide neminem convenit salvari« × »pari pena sunt puniendi. Expl. tract. de fide cath. et de sacramentis.« (Tractatus de fide maxima ex parte concordat cum **Catechismo bohemico M. Johannis Hus**, quem edidit Palacký, Docum. 703.)

f. 37 (anepigr. alia manu) **List ke vší obci o blízkém posledním soudu.** »Milost otcze wsemohuczeho« × »wsiczkny werny. Napomynam was pro gmeno bozie aby tento list bil oznamen wsy obczy.«

f. 38ª—72ª **(Jacobi de Misa) Tractatus de communione sub utraque specie contra conclusiones doctorum Constantiensium.** »Prima conclusio: Cristus post cenam etc. Fundamentum aliud« × »illic et minister meus erit. Expl. conclusiones de Constancia contra communionem sub utraque specie et responsiones ad eas« . . . (opus integrum edit. Hardt III, 591 sq.).

f. 72ª—73ª **»Auctoritates collecte Prage a magistris et ad concilium Constanciense directe a. 1417 post festum pentecostes«** (fragmentum).

f. 73ª—73ᵇ (anepigr.) **Promulgatio quatuor articulorum Pragensium.** »Notum sit omnibus Christifidelibus« × »paratissimos exhibemus.«

Praeligatum est fragmentum membr. codicis liturg. saec. XIV, in quo occurrunt quaedam benedictiones, item 6 fol. chart., in quibus sunt notae historicae partim ad opus »Flores temporum« spectantes.

1318 *VII. E. 28.*

chart. saec. XVI ff. 144, 21 × 16 cm. 1 m.

Urbani Rhegii Rudimenta philosophiae Aristotelis.

f. 1ᵇ (Epistola:) »M. Urbanus Regius discipulis suis . . . Ex ruinoso Liliorum contubernio Angelipoli decima Junii a. virginei partus 1516« × f. 144ª (Peroratio:) »Deo optimo maximo . . . . animamque totam perfecta iucundissimaque fruitione in sec. sec. Soli deo gloria.

Codex hic antea adligatus erat libro 12. B. 92.

1319 *VII. E. 29.*

chart. a. 1539 ff. 31, 20·5 × 15·5 cm. 1 m.

Sphaera Johannis de Sacrobosco in compendium digesta. Anno salutis nostre MDXXXIX.

Secundum notas folio praeligato inscriptas codex hic una cum libris impressis olim adligatis (Lucae Gaurici Tractatus astrologiae iudiciariae, Norimb.

1540, Albubatris Genethliacus, Norimb. 1540, Hier. Cardani Libelli duo, Norimb. 1543 — qui libri nunc sub sign. XIV. F. 16 in bibliotheca nostra asservantur) primum erat cuiusdam Andreae Schöner Norimbergensis, ad quem etiam spectant notae manu scriptae in aliquot foliis vacuis inter opera Albubatris et Cardani impressa occurrentes. Deinde codex hic una cum suis adligatis impressis in bibliothecam **Tychonis Brahei** pervenit, ut docet monogramma »T. B.« in codice ter occurrens. De posterioribus librorum fatis nil constat.

1320 *VII. F. 1.*

chart. saec. XV ff. 321, 22 × 15 cm. 1 m.

Sermones varii (»Collecture sermonum de tempore et de sanctis«).

In fronte f. 3ª rubricatum est: **»Wenceslai de Tyn in Ripis Multavie«**; sed fueritne hic Wenceslaus collector sermonum an possesor tantum libri, diiudicare non audeo. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, ex qua, ut docet nota in f. 12ᵇ, »restitutus est« monasterio Borovanensi.

1321 *VII. F. 2.*

chart. saec. XV (partes a. 1438 et 1451), ff. 394, 22 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—74ᵇ **Nicolai de Dinkelspühel Sermones quadragesimales de poenitentia.** »Ecce nunc tempus acceptabile« × »ius naturale, ecclesiasticum et divinum.«

f. 74ᵇ—218ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Sermones de praeceptis domini.** »Scribitur Math. 22, quod quidam legis doctor« × »premio glorie sempiterne . . . . Explicit hoc totum, ora pro scriptore **Thoma.** Et sic est finis huius operis a. d. **1438** in die s. Othmari. Leich mir fleschil her.«

f. 219ª—343ᵇ (anepigr.) **Eiusdem tractatus de vitiis et virtutibus.** »Homo quidam fecit cenam magnam« × »preces fundere neglexerit. Et sic est finis.«

f. 343ᵇ—394ᵇ **Eiusdem tractatus de octo beatitudinibus.** »In evang. quod legitur in festo omnium sanctorum« × »ad beatitudinem eternam . . . Et sic est finis a. d. **1451** in profesto Otylie.«

Operculo super. adligatum est fragmentum chart. cod. saec. XV, quo continebantur sermones latini germanice interpolati; operculo infer. fragmentum membr. codicis liturgici saec. XII.

1322 *VII. F. 3.*

chart. saec. XV ff. 185 (recte 186), 21 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—2ᵇ Index excommunicatorum partim germanicus.

f. 3ª—121ᵇ (anepigr.) **Martyrologium** carens fine (magna ex parte **Jacobi de Voragine Legenda aurea.**)

f. 122ª—182ᵇ **Sermones diversi.**

f. 183ª—185ᵇ Dubia quaedam circa missam.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis theologici saec. XIV.

1323 *VII. F. 4.*

chart. a. 1443 ff. 137, 21 × 15 cm. 1 m.

Alani ab Insulis Carmen de planctu naturae cum commentario in margine et glossis interlinearibus.

f. 1ª (Initium comm.) »Circa inicium Alani de planctu nature notandum« × f. 137ᵇ »de cuius fonte manarunt . . . . Sub a. **1443** fer. tercia proxima post festum Michaelis per manus nescio cuius« (sic).

1324 *VII. F. 5.*

chart. saec. XIV ex. ff. 102, 21×15·5 cm. d. m.

f. 1ª—21ª Fragmenta opusculorum quorundam carentia initio, quae in f. 21 truncato sic absolvuntur: »Explicit secundus liber soliloquiorum«.

f. 22ª—43ª **»Summula rudium« sacerdotum.** »Quia varia dicta sanctorum« × (cap. 33 casus papales) »pro parentum percussione.« (Schulte non recensuit).

f. 43ᵇ—45ª **»Dolus mundi« (Carmen vagantium scholarium** edid. Höfler, Script. rer. hus. II, 51).

f. 45ª **Fragmentum »Occulti« Nicolai de Bibra** (ed. ibidem).

f. 46ª—80ª **Dionysii Catonis Ethica (= Disticha) cum glossa marginali.** »Seneca: Si te moribus et virtutibus lactaveris« (textus:) »Cum animadverterem« × »consorcio regni polorum.« (Textus non est integer.)

f. 81ª—94ª **»Auctoritates philosophorum secundum ordinem alphabeti«.**

f. 94ª—96ᵇ **(Henrici de Hassia) Speculum animae** (alter titulus: **Tractatus de christiana vita**). »Onerant anima te« × »ultimam reduccionem. Finis speculi anime.«

f. 97ᵇ—100ᵇ **Hugonis de Folieto Liber de claustro animae.** »Introduxit me« × »quartus beatorum. Explicit claustrum anime Hugonis.«

f. 100ᵇ—102ᵇ Excerpta et fragmenta quaedam.

1325 *VII. F. 6.*

chart. saec. XV ff. 174, 20×15 cm. 2 m.

f. 1ª—115ª (anepigr.) **M. Johannis Hus Sermones de sanctis cum glossis bohemicis.** »Nolite arbitrari . . . . Postquam salvator suis discipulis dedit potestatem predicandi« × »et ambo conservantur.«

f. 116ª—133ª **Sermo de passione Christi.** »Egressus Jesus trans torrentem . . . . Carissimi, quam vis indignus nunccius« × »sedentes contra sepulcrum.«

f. 133ª—174ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Passio Christi ex IV evangelistis** (in fine mutilata) (cf. edit. Norimberg. II. 9).

A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, postea monast. Borovanensis.

1326 *VII. F. 7.*

chart. saec. XVI ff. 150 num., 20×14 cm. 1 m.

Vitae imperatorum Romanorum a J. Caesare usque ad Maximilianum II cum imaginibus eorundem impressis, ex alio quodam opere sumtis.

Ex bibl. com. Ignatii de Sternberg aut novae bibliothecae Carolinae aut conventui Hibernorum Pragensi codex hic obtigit.

1327 *VII. F. 8.*

membran. saec. XIV ff. 303, 19·5×13·5 cm. 1 m.

Breviarium (in fine mutilum).

1328 *VII. F. 9.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 199, 19×16 cm. 1 m.

»Historiae de casu imperii a temporibus Caroli Magni« usque ad Carolum IV.

Ut finis edocet, opus imperante Leopoldo I. conscriptum est. »Ex libris seminarii archiep. Pragensis.«

1329 *VII. F. 10.*

chart. saec. XIV ff. 117, 20×14 cm. d. m.

Sermones de tempore et de sanctis.

f. 3ª (post registrum sermonum de tempore) »Domin. I in adventu. Ecce rex tuus . . . Nota istum regem debemus« × f. 59ᵇ (de dedicatione) »indulgencias facere consuevit.«

f. 59ᵇ—63ª Sermo de dedicatione (alia manu insertus).

f. 66ª (post registrum sermonum de sanctis). »De s. Andrea. Vestigia eius . . . Nota quod IV sunt, que viam« × f. 117ᵇ »converte te a malo et fac bonum.«

Ex monast. Třebonensi.

1330 *VII. F. 11.*

membr. saec. XIII ff. 66, 20×14·5 cm. d. m.

Hymnarius notis musicis instructus cum psalterio.

Ut docent notae in f. 2ª et 65ª, saec. XV codex erat monast. s. Johannis Bapt. in Seycz; nobis autem obtigit e carthusia Waldicensi.

1331 *VII. F. 12.*

chart. saec. XV ex. ff. 231, 20×15 cm. 2 m.

Expositio psalmorum 44—49 carens initio et fine.

1332 *VII. F. 13.*

chart. a. 1524 ff. 226 num. (+ 2 n. n.), 19×15 cm. 1 m. In superiori operculo occurrit auro impressum insigne cuiusdam abbatiae inter literas Z. B. P. C. et annum 1657, quo liber ligatus est; in infer. imago s. Wenceslai auro impressa.

Antiphonarium perpetuis notis musicis instructum et usui ord. Praemonstratensis adaptatum (initio mutilum).

f. 226ª »A. d. 1486 de Premonstratu ex vero exemplari sumptum, sed a. d. **1524** in die Felicis et Adaucti completum.«

Fortasse ex mon. Chotěšoviensi.

1333 *VII. F. 14.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 135, (pag. num. 50 + 220), 21×16 cm. 1 m.

»Notata erudita et curiosa« et »Misculantiae seu notata diversa« e scriptoribus sacris et profanis excerpta.

1334 *VII. F. 15.*

chart. a. 1595—98 ff. 325, 19·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—35ᵇ **Edmundi Hollyngi, prof. Ingolstad., Notae breves et eruditae in artem semeioticam. 1598.**

f. 36ᵃ—111ᵃ **Eiusdem Tractatio de urinis et pulsibus. 1596.**

f. 112ᵃ—186ᵇ **Eiusdem Notae in sex libros Galeni de morborum ac symptomatum differentiis. 1595.**

f. 187ᵃ—325ᵃ **Philippi Menzelii, prof. Ingolstad., Methodus curandi praecipuos humani corporis morbos. 1596.**

Ex bibl. conventus Pragensis Carmelitarum discalceat.

1335 *VII. F. 16.*

chart. a. 1596—97 ff. 275, 19·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—144ᵇ **Edmundi Hollyngi, profess. Ingolstad., Notae in artem medicinalem Galeni. 1596.**

f. 145ᵃ—275ᵇ **Eiusdem Notae in divinos Hippocratis Aphorismos. 1597.**

Ex bibl. conventus Pragensis Carmelitarum discalceat.

1336 *VII. F. 17.*

chart. a. 1597 ff. 366, 19·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—165ᵇ **Edmundi Hollyngi, profess. Ingolstad., Tractatio de primis medicinae quasi fundamentis. 1597.**

f. 166ᵃ—366ᵇ **Eiusdem Anatome vel descriptio partium humani corporis. 1597.**

Ex bibl. conventus Pragensis Carmelitarum discalceat.

1337 *VII. F. 18.*

chart. a. 1597 ff. 344, 19·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—219ᵇ **Compendium controversiarum philosophicarum et medicarum Francisci Vallesii in decem libros distinctum . . . congestum per M. Gaudemannum Romelinckrhadanum med. studiosum. 1597.**

f. 220ᵃ—228ᵇ Index controversiarum (secundum edit. III descriptus).

f. 229ᵃ—236ᵃ Appendix sumpta ex edit. III Francof. 1590.

f. 237ᵃ—337ᵇ **Epitome methodica in 14 libros methodi therapeutices Galeni collecta per M. Gaudemannum Romelinckrhadanum, med. candidatum. Ingolstadii 1597.**

f. 338ᵃ—342ᵇ Epitome σημειοτικῆς. 1597.

f. 343ᵃ—344ᵇ De officio medici.

Ex bibl. conventus Pragensis Carmelitarum discalceat.

1338 *VII. F. 19.*

membran. saec. XV ff. 14 insutis 4 chart., 21 × 15 cm. 1 m.

Antiphonae duae (altera in festo purgationis s. Mariae, altera in dominica palmarum) **notis musicis instructae.**

In operculo infer. legitur: »Margaretha Malterin« manu saec. XV—XVI. De posterioribus libri seu potius fragmenti fatis nil constat.

1339 *VII. F. 20.*

chart. saec. XVI ex. ff. 103, 20 × 16 cm. d. m.

Nicolai Salii S. J. Vitae sanctorum Bohemiae patronorum: Ivani eremitae, Wenceslai, Adalberti, Procopii, Sigismundi et b. Agnetis.

Opus hoc anonymum nota titulo manu propria adscripta Bohuslaus Balbinus attribuit Nicolao Salio (cf. eiusdem Boh. doctam ed. Ungar. II, 420). E nostro codice vitam s. Procopii editam vide apud Surium VII, 185. Ex bibl. collegii S. J. Crumloviensis.

1340 *VII. F. 21.*

chart. saec. XVII ff. 223, 19·5 × 15 cm. 1 m.

»Catalogus nobilium regni Scotiae iuxta titulos suos in classes redactorum, prout status regni ferebat a. Chr. 16 . .« (finis tituli evulsus est). Sequuntur index operis mancus et 217 insignia colorata.

Ex bibl. Patrum Hibernorum Pragensi.

1341 *VII. F. 22.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 107 num., 19 × 13 cm. 1 m.

Goffredi de Trano Summa super rubricis decretalium.

Recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 47.

1342 *VII. F. 23.*

membran. a. 1353 ff. 827, 18·5 × 13 cm. 1 m.

Breviarium Chotěšoviense praecedente calendario.

f. 817ᵇ »Explicit liber, quem comparavit fr. Johannes in Chotyssaw, canonicus ecclesie Teplensis ad laudem gloriose virginis Marie et ad honorem s. Wenceslay gloriosi martyris. Scriptum per **Johannem scriptorem eiusdem loci** et finitum a. d. **1353** Nonas Novembris.«

f. 818ᵃ—827ᵃ (alia manu) Officium festi visitationis s. Mariae.

f. 827ᵃ—827ᵇ Hymnus ad s. Barbaram notis musicis instructus.

Operculo infer. adligatae sunt literae Nicolai Gleynicz, papae poenitentiarii, datae Petro professo Teplensi Romae a. 1424. In iisdem versis occurrit collecta de s. Cyrillo et Methodio. Ex monast. Chotěšoviensi.

1343 *VII. F. 24.*

membran. saec. XIV ff. 144, 19·5 × 15 cm., 1 m.

Jacobi de Voragine Legenda aurea.

f. 1ᵃ »Universum tempus presentis vite« × f. 139ᵃ (de s. Paulo) »flamma crescebat. Hec Crisostomus.«

f. 139ᵃ—144ᵃ (recentiori manu) Vitae s. Udalrici, Margarethae, Alexii (haec mutila in fine).

Ex bibl. collegii S. J. Crumloviensi.

1344 *VII. F. 25.*

cnart. saec. XV ff. 238, 19 × 15 cm. d. m.

Breviarium (seu potius fragmenta breviariorum in unum coadunata). **magna ex parte Proprium de sanctis continens.** Praecedit calendarium,
A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, postea monast. Třebonensis.

1345 *VII. F. 26 a.*

membran. saec. XIV ff. 325, 18·5 × 13 cm., d. m. cum init. pict.

Breviarium praecedente calendario (in quo desunt festa patronorum Bohemiae).

1346 *VII. F. 26 b.*

membran. saec. XV ff. 220, 18 × 12·5 cm. 1 m.

Breviarium praecedente calendario, in quo occurrunt festa s. patronorum Bohemiae.
Nota in operculo super.: »Detur alicui moniali.«

1347 *VII. G. 1.*

chart. saec. XV ex. ff. 149, 13·5 × 10 cm. 1 m.

f. 1ª—49ª **L. Annaei Senecae Epistolae ad Lucilium de institutione morum.** »Ita fac my Lucili« × (epist. 89) »nihil scire. Vale.«
f. 49ᵇ—62ª Index rerum in epistolis occurrentium alphabeticus.
f. 62ᵇ S. Hieronymus in Catalogo de Seneca. Item epitaphium Senecae.
f. 62ᵇ—65ª **Eiusdem et s. Pauli epistolae** (spuriae).
f. 66ª—138ª **Auctoritates librorum Aristotelis.**
f. 138ª—138ᵇ »Apuleius de deo Socratis.« Empedoclis dictum de philosophia.
f. 139ª—146ᵇ **Auctoritates operum Senecae.**
f. 146ᵇ—148ᵇ **Auctoritates Timaei Platonis.**
f. 149ᵇ Versus de more pigri. **Niederdeutscher Reimspruch über die Altersperioden des Menschen.**
Ut docet nota in fol. praeligato a. 1513 inscripta, praeter opuscula supra recensita codice hoc olim contenta erant haec: J. Chrysostomi tractatus de reparatione lapsi impressus a. 1495, Innocentii tractatus de vilitate humanae conditionis. Opusculum h c nunc desideratur, illud require inter incunabula typogr. Secundum notam eandem a. 1513 codex noster erat canonicorum regularium monasterii s. Mariae prope Segeberghe Lubec. dioec., postea »Henrici equitis cognomine Rantzou«, postremo domus professae S. J. ad s. Nicolaum Pragae.

1348 *VII. G. 2.*

chart. saec. XVI ff. 85, 15 × 10·5 cm. 1 m.

Liber precum, cui inserta sunt:
f. 45ᵇ—47ᵇ **Thomae de Kempis Alphabetum devoti monachi.**
f. 54ᵇ—56ª **S. Hieronymi Epistola ad Paulinum.**
f. 56ª—61ª **S. Augustini Liber de contemptu mundi.** »Audite fratres charissimi« × »reddamus gracias J. Chr.«

1349 *VII. G. 3.*

chart. saec. XVII ff. 294 (pp. 588), 14·5 × 9·5 cm. 2 m.

Ferdinandi II Constitutio regni Bohemiae renovata in suos titulos digesta.

1350 *VII. G. 4.*

chart. saec. XV ff. 111, 14·5 × 10·5 cm. 1 m.

f. 1ª—108ª **Prosperi Aquitani** vel potius **Juliani Pomerii De vita contemplativa libri tres.** Initium deest × »pro rebus enuncciandis verba sunt instituta. Amen et sic est finis. Explicit Prosper de vita contemplativa.«
f. 108ᵇ—111ª (anepigr.) Descriptio diei iudicii.

1351 *VII. G. 5.*

membran. saec. XII—XIII ff. 257, 14 × 11 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario, in quo occurrunt festa ss. Adelberti et Wenceslai non rubricata.

1352 *VII. G. 6.*

chart. saec. XVII ff. 123, 14 × 10·5 cm. 1 m.

Bellum Bohemicum recensente Andrea (Habervešl) ab Habernfeld ab anno 1617. Exemplar de opere sub eodem titulo Lugduni Batavorum **a. 1645 impresso descriptum,** cuius tamen 13 folia initialia desiderantur. Incipit: »Sensum concionis domini burgravii« (= p. 25 libri impressi).
Librum typis editum v: 50. F. 61.

1353 *VII. G. 7.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 209, 14·5 × 11 cm. d. m. in principio lit. init. picta et deaurata (sed nunc valde attrita) exornatus. Liber a. 1615 recompactus est in usum Z. A. Z. H. (= Žofie Albinka z Helfenburka, abatyše u sv. Jiří), ut docet inscriptio operculo super. impressa, nuperrime autem reparatus in dorso et titulo „Liber precum" instructus.

Breviarium, ut demonstrant officia s. Georgii et s. Ludmilae in f. 179ª—201ᵇ, **in usum monialium s. Georgii in castro Pragensi compilatum.**
f. 178ᵇ (manu dimid. saec. XIV) **Hymnus rhythmicus in laudem b. Mariae incipiens »Salutaris stella maris«** (ineditus).
f. 206ᵇ—208ᵇ (alia manu) **Formularius literarum cuiusdam abbatissae s. Georgii ad episcopum Pragensem.**
f. 208ᵇ—209ᵇ Notae variae usui monialium accommodatae.
Sine dubio e monast. s. Georgii.

1354 *VII. G. 8.*

mixtus a. 1486 ff. 438, 15 × 10 cm. d. m.

Breviarium.

f. 438ᵇ »Finitum est hoc nocturnale per me **fr. Silvanum de Polonia** in loco nostro s. Nicolai **in Bythom** in die s. Briccy **1486.**«

Medio saec. XVI codex erat »Johannis Ruperti Tachoviani in Pfraunbergk«, qui passim notas familiam suam concernentes inscripsit.

1355 *VII. G. 9 a.*

membran. a. 1488 ff. 254, 14·5 × 10 cm. 1 m.

Liber precum (initio mutilus).

f. 250ᵇ »Letha bozieho **1488** w pondiely po s. Sskolasticze dokonany su tyto knizky ruku **Ssymona z Plane tehdaz pissarze w Przessticzych.** Panno Anna prosyž za nieho boha.« Idem scriba etiam in fine f. 254ᵃ nomen suum subdidit.

Operculo super. intrinsecus adglutinata est **Icon xylographica colorata s. Catharinae saec. XV.**

1356 *VII. G. 9 b.*

membran. saec. XV ff. 118, 15 × 11 cm. 1 m.

Liber precum, quarum una in f. 41ᵇ—42ᵇ conscripta est dialecto Germaniae inferioris **(Niederdeutsches Gebet nach der Communion).**

Hiis addita sunt haec opuscula maioris momenti:

f. 86ᵃ—93ᵇ »**Sertum b. Marie virginis** per alphabetum conscriptum.«

f. 93ᵇ—99ᵃ »Crinale b. virginis« (ed. Mone 507).

f. 109ᵃ—117ᵃ »**Libellus de conflictu vitiorum et virtutum**« (ab Augustini opere discrepans). »Cuius exercitus« × »lucis sue globos amittere.«

f. 117ᵃ—118ᵃ De virtute psalmorum (verba s. Augustini).

In fronte f. 1ᵃ: »Hic liber Henrici est equitis cognomine Rantzou a. d. 1583 aetatis suae 58.« Nobis vero ex bibl. domus professae S. J. obtigit.

1357 *VII. G. 10.*

membran. saec. XIII ff. 68 (= 137 pp. num.), 15 × 11 cm. d. m.

Vitae sanctorum Frontonis episc., Vigilii episc., Vincentii episc., Leonardi conf., Godehardi episc.

Ex conventu s. Wenceslai ord. fratr. Eremit. discalc. s. Augustini Neo-Pragae.

1358 *VII. G. 11.*

chart. autographus a. 1619—1624 ff. 117, 15·5 × 9 cm.

»Sentimenta spiritualia Joannis Ernesti Platisii a Plattenstein electi episc. Olomucensis« (annis 1619—1624 propria manu conscripta).

In fine libelli tertia manu annotatum est, auctorem a. 1637 mense Augusto Olomucii obiisse et sepultum esse ad S. Wenceslaum Neo-Pragae apud Augustinianos excalceatos. (Cf. Věstník Č. A. 1900 p. 148.) Verisimiliter ex bibl. eorundem patrum.

1359 *VII. G. 12.*

membran. saec. XV—XVI ff. 29, 15 × 10 cm. 1 m.

»Officium b. Mariae virginis secundum consuetudinem Romanae curiae.«

Libellus hic carens initio et fine tantum fragmentum cuiusdam breviarii esse videtur. Fol. 1ᵃ in fronte adglutinata est icon XVI s. aeri incisa repraesentans annunciationem b. Mariae. Nonnullae rubricae libri germanicae sunt.

1360 *VII. G. 13.*

chart. saec. XV ff. 133, 15·5 × 11 cm. 1 m.

Psalterium cum officiis defunctorum, corporis Christi, visitatoniis b. Mariae, s. Margarethae, s. Annae, S. Coronae, s. Catharinae (initio mutilum).

f. 131ᵇ Canticum »Salve regina« germanice redditum. (Cf. Kelle, Serapeum 1868 p. 354.)

1361 *VII. G. 14.*

chart. saec. XV ff. 366, 15 × 10 cm. d. m.

f. 1ᵇ—2ᵃ (anepigr.) **Píseň nábožensko-politická z doby Jiřího z Poděbrad** (vyd. Hanuš v Mal. Výboru na str. 30).

f. 2ᵇ—3ᵇ Cisioianus cum expositione interlineari et mensibus etiam bohemice expressis.

f. 4ᵇ »Fides katholica« (= Symbolum:) »Quicunque wlt salvus esse.«

f. 5ᵃ—5ᵇ De sanctificatione sabbati.

f. 6ᵇ—7ᵃ **Notae historico-chronologicae res Bohemicas ann. 894 u. a. 1434 concernentes** (edid. Höfler, Script. rer. hus. II, 67).

f. 9ᵇ—357ᵃ **Testamentum Novum cum glossis bohemicis (Nový Zákon česky glossovaný)** × »perhibet istorum. Ay tot konecz, przyprawiz zatu (sic) mazanecz, buoh to day.«

f. 357ᵇ—365ᵇ »Registrum epistolarum et evangeliorum totius missalis per circulum anni.«

f. 366ᵃ »Epistola in die Johannis apostoli« cum glossis bohemicis.

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum chart. cuiusdam libri medici bohemici (**Zlomek lékařské knihy české z XV stol.** s těmito rubrikami: »Kterak ziwot nass podoben gest k lampie — Wcziem zywot czlowietczij zalezij — Kdyz chczess za stuol siesti, kterak se mass przi gidle a przi napogi gmieti«. Poslední vyd. Hanuš v M. Výb. str. 93). Operculo super. adglutinatae sunt **duae Icones opere punctili impressae, altera repraesentans sepulturam Christi altera Christum ad infernum descendentem, saec. XV—XVI.**

1362 *VII. G. 15.*

membran. saec. XIV et XV ff. 252, 16 × 11 cm. d. m.

Breviarium (fine carens).

Operculo super. adglutinata est **Icon aeri incisa colorata s. Dorotheae,** infer. **Icon cuiusdam sancti (Teigdruck).** Etiam f. 1ᵃ adglutinatae sunt tres icones xylo- et chalco-graphicae minores.

1363 *VII. G. 16.*

membran. saec. XIV in. ff. 238, 16×12 cm. d. m.

Processionale (ut videtur) **monialium s. Georgii in castro Pragensi, perpetuis notis musicis instructum.**

Sine dubio e monast. s. Georgii.

1364 *VII. G. 17. a.*

membran. saec. XV ff. 255, 15·5×12 cm. 1 m. cum init. pict.

Breviarium rubricis germanicis instructum (carens fine).

1365 *VII. G. 17. b.*

membran. saec. XIV ff. 151, 15·5×11 cm. 1 m. cum init. pict.

Psalterium cum canticis (carens initio et fine).

Ex monasterio Teplensi.

1366 *VII. G. 17. c.*

membran. saec. XIV ff. 173, 17×12 cm. 1 m.

f. 1ᵇ—35ᵃ Preces variae.

f. 35ᵇ—172ᵃ **Psalterium s. Mariae** (ut patet ex inscriptione) **auctore quodam Johanne.** Incip.: »Ave virgo vite lignum.«

f. 124ᵇ (manu recentiori — saec. XV? — insertae sunt:) **Notae historico-chronologicae res bohemicas ann. 1126—1400 concernentes.**

f. 172ᵃ—173ᵃ Hymnus de s. Catharina »Ave virgo Katerina« (= Mone 1009).

1367 *VII. G. 17. d.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 257, 17×12 cm. 1 m.

Breviarium particulare Cunegundis abbatissae monast. s. Georgii, continens officia de s. trinitate, de s. spiritu, de corpore domini, translationis s. coronae nec non diversas preces et hymnos, inter quos etiam occurrit

f. 146ᵇ—151ᵇ **Píseň po sv. přijímání »Vítaj králu všemohúcí«** (vyd. A. Patera v Mus. 1882 str. 103—122 & Flajšhans v Pam. str. 152 až 155).

Nota in fol. praeligato: »Iste liber pertinet ad dom. abbatissam de S. Georgio Cunegundem filiam Ottacari regis Bohemie.« Sine dubio ex monast. S. Georgii.

1368 *VII. G. 18.*

membran. saec. XV ff. 61, 16×10·5 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—10ᵇ **»Francisci Petrarche Psalmi septem (penitentiales)** ad Sagramors de Pomeriis (Sacramore di Pommiers) monachum Cisterciensem.« »Heu michi misero« × »limus et umbra te« (finis deest).

f. 11ᵃ—24ᵃ **Eiusdem »Psalmi** contra septem mortalia peccata« (= Psalmi **confessionales).** »Dies labuntur« × »et tibi confitentem, domine, ne repellas.«

f. 24ᵇ—27ᵃ **Eiusdem »Orationes contra aëreas potestates.«** »Miserator humani generis« × »invocamus Jesum Christum, qui etc.«

f. 27ᵇ—53ᵇ (anepigr.) **(Eiusdem?) Retractatio aliorum septem psalmorum.** »Domine cuius revera« × »in secula benedictus.«

f. 53ᵇ—61ᵇ Orationes diversae (quarum finis deest codice mutilato).

Ex collegio S. J. Egrano, quod codicem obtinuit »ex donatione Morstadiana (?)«, ut docet inscriptio in f. 1ᵃ.

1369 *VII. G. 19.*

membran. saec. XV ff. 45, 16·5×12 cm. d. m.

Responsoriale notis musicis instructum (initio carens).

Operculo super. adglutinatum est monogramma Jesu rubricatum et inscriptione germanica circumdatum cum anno radendo laeso 1499.

1370 *VII. G. 20* (*Y. II. 6. n. 20.*)

chart. saec. XVII ff. 91, 17×11 cm. 1 m.

Quaestiones dogmatico-polemicae.

1371 *VII. G. 21.*

membran. saec. XIV ff. 73, 17×12·5 cm. 1 m.

Rituale.

1372 *VII. G. 22.*

chart. saec. XVI ff. 72 (= 144 pp. num.), 17×11 cm. 1 m.

Pappi Alexandrini Mathematicae collectiones. A Federico Commandino Urbinate in latinum conversae et commentariis illustratae. Venetiis, apud Franciscum de Franciscis Senensem 1589. (Apographum libri typis excusi.)

1373 *VII. G. 23.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 98, 17·5×12 cm. 1 m.

Sermones de tempore et de sanctis a nativitate domini per circulum anni.

f. 1 »De vigilia nativitatis domini. Cum esset desponsata . . . In hoc verbo datur nobis b. virgo« × f. 98ᵃ (de die dominico observando) »et quicunque non custodiret, anathematizaretur. Et post hec« (cetera desunt).

1374 *VII. G. 24*

membran. saec. XIV in. ff. 280, 18×12 cm. d. m.

Missale ex duabus partibus coadunatum, quarum altera sic absolvitur:

f. 168ᵃ »Explicit liber **fr. Nicolai predicatoris de Nova Domo dicto (sic) Rumplerii«.**

Liber hic liturgicus usui **fratrum minorum in Nova Domo** olim fuisse videtur.

1375 *VII. G. 25.*

membran. saec. XII—XIII ff. 104, 18 × 10 cm. d. m.

f. 1ª Versus medicinales: »Custodit vitam, qui custodit sanitatem« etc.

f. 1ᵇ—13ª (anepigr.) **Marbodi Redonensis Lapidarius.** »Evax rex Arabum« × »ceu potio Lethes.«

f. 13ª—14ª Notae de ponderibus medicinalibus.

f. 14ª—53ᵇ (anepigr.) **Macer: De virtutibus herbarum cum glossis germanicis.** »Herbarum vires dicturus carmine quasdam« × »apta solucio fiat.«

f. 53ᵇ—72ᵇ (anepigr.) **Liber medicus secundum seriem membrorum digestus.** »Membrorum series certo deducta tenore« × (cap. 64) »pellit medicina dolorem.«

f. 72ᵇ—83ª Formulae medicae. »Cosmas, Damianus, Ypocras, Galienus. Quos claros orbe celebrat medicina magistros« (sic incipit prooemium versificatum operis medici, virtutes herbarum pertractantis) × »Herba agrimonia contrita et apposita aperit apostemata et sanat ea.«

f. 83ᵇ—96ᵇ **Speculum medicorum.** »Ne tibi displiciat« × »multi auctores laudaverunt«.

f. 96ᵇ—103ª (anepigr.) **Tractatus de curationum generibus.** »Libellum, quem roganti tibi promisi« × »iuvat habundantius.«

f. 103ᵇ—104ª Formulae medicae partim germanicae.

Codicem hunc recens. Kelle in Serapeum 1859 p. 70 & Sternberg, Pflanzenkunde I, 22. A. 1733 codex inscriptus erat catalogo Domus professae S. J.

1376 *VII. G. 26.*

membran. saec. XV ff. 118, 17 × 12·5 cm. 1 m.

Breviarium rubricis germanicis passim instructum (in fine mutilatum).

In fol. operculo infer. adligato haec nota manu saec. XVI scripta occurrit: »Das Buch hat mir Ursula Höpffin ver ert die lieb schwest Kunigunt Schindtlerin got sei ihr Beloner.«

1377 *VII. G. 27.*

membran. saec. XV—XVI ff. 136 (+ 3 chart.), 17 × 11·5 cm. 1 m. cum init. picta in f. 39ᵇ.

Processionale notis musicis instructum (carens initio).

f. 136ᵇ »Libellus monasterii Chotiessowiensis. Knižky klasstera Chotiessowskeho.«

f. 137ª—139ª (chart. saec. XVII) Hymnus de s. Maria. »Ave stella matutina.«

1378 *VII. H. 1.*

membran. saec. XIV ff. 158, 11 × 7·5 cm. d. m.

Hymnarius de sanctis aliquot, praecipue patronis Bohemiae, perpetuis notis musicis instructus.

1379 *VII. H. 2.*

mixtus saec. XV ex. ff. 273, 10·5 × 8·5 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario cum tabulis computisticis spectantibus ad annos 1494—1542.

1380 *VII. H. 3.*

membran. saec. XIV ff. 157, 12·5 × 8·5 cm. 2 m.

Isidori Hispalensis De summo bono libri IV.

1381 *VII. H. 4.*

chart. saec. XVII ff. 403, 13 × 8 cm. 1 m.

f. 1ª—53ᵇ Formulae medicae.

f. 54ª—66ᵇ Chymicorum quorundam medicamentorum doses.

f. 67ª—69ª De ponderibus et mensuris medicis.

f. 69ᵇ—78ᵇ Doses medicamentorum pharmacoephticorum.

f. 79ª—135ᵇ **Hippocratis Aphorismi Nicolao Leoniceno interprete una cum annotationibus . . . Joannis Manelphi . . .**

f. 136ª—300ª **Joannis Praevotii Medicina pauperum.**

f. 301ª—368ᵇ **Eiusdem Tractatus de venenis eorumque alexipharmacis.**

f. 369ª—386ᵇ (initio evulso anepigr.) Formulae medicae.

f. 387ª—390ᵇ Index Medicinae pauperum J. Praevotii.

f. 391ᵇ—396ᵇ **Signa chymica.**

f. 397ª—403ᵇ »Significationes medicae« latino-germanicae **(Lateinisch-deutsche medicinische Terminologie).**

1382 *VII. H. 5. a.*

membran. saec. XV ff. 256, 10·5 × 8 cm. 1 m. cum init. pict.

Psalterium horis canonicis adaptatum.

1383 *VII. H. 5. b.*

membran. saec. XV—XVI cum addit. chart. saec. XVI—XVII ff. 145 (127 membr. et 18 chart.), 11·5 × 9·5 cm. 2 m.

Breviarium valde mutilatum.

1384 *VII. H. 5. c.*

membran. saec. XV—XVI ff. 121, 12·5 × 9·5 cm. 1 m.

Psalterium horis canonicis adaptatum.

Praeligata sunt 3 ff. chart., in quibus manu saec. XVI exarati sunt versiculi horas praecedentes.

1385 *VII. H. 5. d.*

membran. saec. XIV ff. 197, 13 × 9·5 cm. 3 m. cum init. pict.

f. 1ª—179ᵇ **Breviarium usui monialium adaptatum,** carens initio et fine.

f. 180b—197a Officium de corpore Christi. (Nota bohemica in fine deleta legi non potest.)

1386 *VII. H. 6. a.*

membran. saec. XV ff. 179, 12×9·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Breviarium.

1387 *VII. H. 6. b.*

membran. saec. XIV ff. 127, 12·5×9 cm. 1 m.

Breviarium carens initio et fine.

1388 *VII. H. 6. c.*

membran. saec. XIV ff. 250, 14×9 cm. 1 m.

Missale.

In 2 fol. praeligatis manu saec. XIV exaratae sunt benedictiones salis et aquae, sed initium earundem desideratur. In fol. ultimo verso occurrit manu saec. XV—XVI annotatum initium cuiusdam bohemici poematis epici (**Počátek básně epické**):

»Co bude tuto zpiewano,
To gest Žatci dobře znamo,
Slistez.«

Ibidem manus saec. XV annotavit: »Pessek de Ztrzebuno (?) Bieta uxor eius cum pueris et cum omnibus.«

1389 *VII. H. 6. d.*

membran. saec. XIV in. ff. 261 (& 2 ff. chart. saec. XV add.), 13·5×9 cm. d. m.

Breviarium carens initio et fine.

1390 *VII. H. 7.*

chart. saec. XV ex. ff. 454, 13×9 cm. d. m.

Breviarium (initio mutilum).

Operculo infer. adglutinata est **Icon aeri incisa s. Sebastiani saec. XVI.**

1391 *VII. H. 8.*

chart. saec. XVII ff. 143 num., 13×8·5 cm. d. m.

f. 1a—48a **»Directorium novitiorum.«**

f. 49a—102a »Itinerarium perfectionis sive **Instructio novitiorum« Carthusianorum.**

f. 103a—143b Exercitia spiritualia pro diversis festis.

In fronte fol. 1a manu recentiori inscriptum est: »Agenda novitiorum Carthusiae Waldicensis.«

1392 *VII. H. 9.*

membran. a. 1458 ff. 314, 13×9·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Diurnale (= Breviarium) fratrum minorum rubricis germanicis instructum.

f. 1a »In dem namen des vaters und des suns und des h. geistes hebt sich an das diurnal der minderen bruder nach gewanheit des stules czu rom« × f. 287a »Hoc diurnale scripsit fr. pauperculus **Ulricus Auracher** Bamberge in exilio, et complevit XIII. die mensis Novembris a. d. **1458.**«

f. 288—314 Sequuntur alia officia.

1393 *VII. H. 10.*

mixtus saec. XV ff. 434, 13·5×10·5 cm. 1 m.

Breviarium praecedente calendario cum notis computisticis.

Ex bibl. minori collegii S. J. Clementini.

1394 *VII. H. 11.*

mixtus saec. XVI ff. 70 membr. et 14 chart., 14×9·5 cm. d. m.

Responsoriale notis musicis instructum.

f. 1a rubricatum est: »Pro usu fratris **Petri Karoli de Heynchen«** (qui etiam librarius maioris partis libri esse videtur) **»1528«** (annus hic atramento illitus non satis tute legi potest).

Recentiores codicis possessores erant: saec. XVI Georgius Przibramenus, a. 1656 Paulus Constantinus Fiala de Faygelfeld, senator Antiq. urbis Prag., postremo ex pio legato rever. dom. Nosseczky domus professa S. J. Pragensis.

1395 *VII. H. 12.*

membran. saec. XV—XVI cum addit. chart. recentior., ff. 105 (membr.), 15·5×11 cm. 1 m.

Breviarium rubricis germanicis instructum, ut docent additamenta, **monialibus s. Clarae destinatum.**

Operculis adglutinatae sunt ruditer pictae imagines Jesuli, quarum inferior, repraesentans Jesulum filaglomerantem, inscriptionem habet germanicam versibus expressam.

1396 *VII. H. 13.*

chart. a. 1417 ff. 494, 15·5×10·5 cm. 1 m.

f. 1 Glossa super Magnificat.

f. 2a—21b (anepigr.) **M. Johannis Hus Vita Christi secundum IV evangelistas** (Edit. Norimb. II, 1).

f. 21b—24b Canon missae (Textus).

f. 25a—420a **Testamentum Novum cum glossis bohemicis interlinearibus et marginalibus. (Nový zákon česky glossovaný).**

f. 420b—474a Lectionarium epistolarum per circulum anni.

f. 474b—494b Initia epistolarum et evangeliorum per circulum anni legi solitorum. × »Explicit **Scutum fidei**, quo pugnant filii dei, oculus est iustorum, scandalum incredulorum« (eundem titulum in fronte f. 1 legimus) »finitum per me **Nicolaum** a. d. **1417.**« Huic Nicolao in veteri catalogo cognomen Mnissek additum est.

Operculis adligatum est fragmentum membr. cuiusdam registri expensarum franco-gallici saec. XIV. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, postea monast. Třebonensis.

1397 *VII. H. 14.*

membran. saec. XIV ff. 277, 16 × 10 cm. d. m.

Breviarium (in fine mutilum).

1398 *VII. H. 15.*

mixtus saec. XV ff. 64, 15·5 × 10 cm. 2 m.

Breviarium particulare monialium s. Clarae continens officia pro defunctis notis musicis instructa, item ordinem ad communicandas, inungendas, sepeliendas sorores.

Operculis adligatum est fragmentum membr. cuiusdam codicis liturgici notis musicis instructi saec. XIV.

1399 *VII. H. 16.*

chart. a. 1429 ff. 313, 15 × 11 cm. 1 m.

f. 1a—106a **Excerpta ex Avicennae libris Canonis.** »De diffinicione medicine . . . Dico, quod medicina est sciencia« × »Explicit fer. IV ante festum Magdalene a. d. **1429.**«

f. 107a—134b **Excerpta ex Averrhois libro, qui vocatur Colliget.** »De diffinicione medicine . . . Dicimus, quod ars medicine« × »Expl. fer. III in die vincula Petri a. d. **1429.**«

f. 135a—180b **Excerpta e Constantini Casinensis libris, quibus Pantechnon inscribitur.** »Lib. I. cap. 10. Medicina practica quid est« × »Expl. VI fer. in festum Bartholomei et fuit IV feria.«

f. 180b—188b **Excerpta ex Galeni libro de ingenio sanitatis.** »Liber I. Medicina videtur esse utilis« × »Explicit fer. VI post festum Bartolomei a. d. **(14)29.**«

f. 188b—209a **Excerpta ex Rhasis compendio medico, quod Almansor dicitur.** »Lib. I. Cerebrum fecit deus« × »Explicit III fer. ante festum Egidii et fuit IV fer. a. d. **1429.**«

f. 209a—234b **Excerpta ex libris Galeni.**

f. 235a—276b (anepigr.) **Commentarius in Hippocratis Aphorismos.** »Vita brevis ars vero longa« × »faciens humores temperatos. Et sic est finis a. d. **1429** VI fer.« (sic).

f. 277a—291a **Commentarius in eiusdem libros prognosticorum.** »Interest artificis, ut vires egri« × »in regione Hesperie temperatas. Et sic est finis a. d. **1429** II fer. post festum Dionysii.«

f. 291b—313b Excerpta ex variis libris medicis. f. 312a (ex Platearo) »humidis cibis et ductibilibus. Hec ibi. Explicit a. d. **1429** VI fer. ante Galli.«

Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. sermonum saec. XIII—XIV. In eodem operculo intrinsecus annotatum est a rubricatore: »Liber Thomaskonis.«

1400 *VII. H. 17.*

chart. a. 1474—1479 ff. 420, 15 × 8 cm. d. m.

Sermones diversi bohemice frequenter interpolati (Kázaní latinská s hojnými vsuvkami českými).

Cum in fronte f. 84a occurrat annus 1474 et in fol. membr. praeligato additae sint notae computisticae annos 1479—1515 concernentes, codex a. 1474—79 exaratus esse videtur.

f. 419b—420b Excerpta ex IV libro Regularum Vet. et N. Test. **Mathiae Parisiensis de Janov** de crebra communione.

Donavit Henricus Pštros, civis Pragensis, a. 1876.

1401 *VII. H. 18.* (*Y. II. 6. n. 25.*)

chart. saec. XV (partes 1475—77) ff. 249, 15·5 × 10·5 cm. d. m.

f. 1a—12b (anepigr.) **Modus visitandi infirmos.** »Sacerdos visitando infirmum« × »post mortem cum eo regnare.«

f. 13a—14b **Kázaní dvě krátká na den zvěstování p. Marie a v den obřezání páně.** Sequuntur sub titulo: »Benedicciones in epiphania« sex versus bohemici.

f. 15a Nota de sortilegio cum glossis bohemicis.

f. 15b—21a **M. Johannis Hus Sermo de sortilegio.** »Sciendum ergo« × »mercede effusi sunt.«

f. 21b—24b **S. Augustini Sermo de sortilegio.** »Bene nostis fratres karissimi« × »comprehensa sunt, redeatis« . . .

f. 25a—29a **M. Johannis Hus Sermo contra corisantes.** »Homo fidelis« × »demergatur in profundum maris.«

f. 29a—31b **S. Augustini Tractatulus de contemptu mundi.** »Audite, fratres karissimi« × »reddamus gracias Jesu Chr.«

f. 31b—32b **B. Ambrosii Epistola de moribus et honesta vita.** »Dilecte fili, dilige lacrimas« × »Expl. epistola etc. finita et scripta Prage ad b. virg. ante Letam Curiam fer. VI ante palmarum a. **1475.**«

f. 33a—34a (anepigr.) **Návod k chytání ryb na údici.** »Tuto se pisse« × »a puogdut mrzenkowe.«

f. 35a Finis orationum bohemicarum in die parasceves »script. in in Leta Curia fer. V magna a. 1475.«

f. 35a—36b **Kázaní v neděli masopustní.** »Obykli su lidee« × »p. Marie pozdrawme rzkucz Zdrawa M.« (Est tantum accessus vel prothema sermonis).

f. 37a—39a **M. Jana Husi Výklad menší na páteř** (latinsky interpol. a hojnější než text Erbenův I, 357).

f. 39b—42a **S. Augustini Libellus de honestate mulierum.** »Nemo dicat« × »cuius misericordia plena est terra.«

f. 42a—62a **Eiusdem Libellus de IV modis sacrae scripturae, qui dicitur Orosius.** »Divina scriptura quot modis« × »preesse desiderant,

non prodesse. Expl. liber dialogorum s. Augustini finitus fer. V ante palmarum . . . Et ipso die fuit apud me sacerdos Mathias de Rabstein cum Regulo« . . .

f. 62b—69a **Eiusdem Epistola de oratione.** »Quo studio« × »Expl. sabbato ante »Domine ne longe« a. **1477.**«

f. 69b—72b **Eiusdem Sermo de igne purgatorii** (In fine nota de piscatione librarii inani).

f. 73a—89b **Eiusdem Meditationes.** »Vigili cura« × »Finis post Vitalis fer. III **1477.**«

f. 90a—104a **Eiusdem Sermones de laudando deum, de laude charitatis, de humilitate et obedientia, de 3 habitaculis, de b. Joseph.**

f. 104a—110b **Thomae de Aquino Compilatio de adventu Antichristi.** »Ut de adventu ad iudicium« × »ita recito.«

f. 110b—115a **S. Hieronymi Dicta de vigiliis.** »Digna est res« × »Expl. fer. IV post Kyliani, et fui infirmus, paralisis me invaserat prima vice.«

f. 115b—125a **Canones apostolorum.** »Episcopo manus imponantur« × »manifeste errarent.«

f. 125b—133a (anepigr.) Notae variae opus praecedens supplentes.

f. 133b—136a Notae variae de praedicando.

f. 136a—155b **Tractatus de arte praedicandi.** »Verbum Christi propter Christum« × »non valet caritas. Hec Gloza ord.«

f. 156a—159b Sermo animarum.

f. 160a—182a Notae theologicae (hermeneuticae) variae.

f. 183a—241b **Sermones diversi** carentes initio.

f. 242a—249b Notae variae theologicae.

Ut inscriptio f. 1a docet, codex saec. XVI erat »dom. Johannis Kosovsky aneb Rziczansky«, postea bibl. S. J. Clement. (De codice isto, imprimis de opusculis eius bohemicis cf. Filolog. Listy 1878 p. 227.)

1402 *VII. H. 19.*

chart. saec. XVII ff. 184 num. + 2 n. n., 13 × 7·5 cm. 1 m.

Syntagma iuris universi Societatis Jesu in titulos decem X Constitutionum partibus respondentibus distinctum a r. P. **Valentino Mangionio** eiusdem S. J. pro Italia assistente. (Goswino Nickel praeposito generali S. J. dicatum.)

f. 184b (absoluto indice:) »Atque haec ad maiorem Dei ter maximi gloriam sanctique Ignatii honorem **Godefridus Aloysius Heinnachbar** m. p.«

f. 42ᵃ—116ᵇ (anepigr.) **Liber medicinalis in 4 tractatus divisus.** »In nomine domini, cuius bonitate vobis carissimis sociis et scolaribus meis« × »ad finem desideratum perduxit. Finitus est iste liber medicinalis a. d. **1407** fer. III in die Materni.«

f. 117ᵃ—133ᵃ (anepigr.) **Tractatus de curatione singulorum membrorum.** »Testa capitis tres continet cellulas« × »ad confortacionem puerpere.«

f. 133ᵃ—134ᵃ **Aristotelis Epistola ad Alexandrum.** »Cum sit corpus corruptibile« × »debilitant corpus et siccant.«

f. 134ᵃ—143ᵃ **Tractatus de arboribus.** »Quedam arbores sunt« × »quam multum conferunt.«

f. 143ᵇ—149ᵃ **Arnoldi de Villa Nova Tractatus de vinis.** »Vinum mirabile pro multis« × »in arthetica frigida. Expl. tract. de vinis editus a Mag. A. de Villa nova.«

f. 149ᵃ—150ᵇ (anepigr.) **Tractatus de theriacis.** »Teriaca magna, tyriaca interpretatur domina medicinarum« × »per horam mensibus sex.«

f. 150ᵇ—151ᵃ Praecepta medica de vinis.

Alia praecepta medica annotata sunt in 2 foliis praeligatis non numeratis. Vetus sign. C, X⁰.

1478 *VIII. C. 9.* (*Y. I. 3. n. 28.*)

chart. a. 1393 ff. 284, 29·5 × 22 cm. 1 m.

Jacobi de Voragine Legenda aurea.

f. 1ᵃ »Universum tempus vite presentis« × f. 284ᵇ (vita s. Osvaldi) »cum corpore in pulverem redacto. Sic est finis passionalis. Finitus liber sub a. d. **1393** in die Prothasii fer. V . . . Bwd buoh pochwalen a matka geho take. Amen tako buoh day.«

Nota in operculo inferiore: »Non deportabis, nisi camisiam dabis.« Vetus sign. A, 32.

1479 *VIII. C. 10.* (*Y. II. 2. n. 34.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 139, 30 × 22 cm. 1 m.

Expositio epistolarum dominicalium per circulum anni (seu liber dictus Custos).

f. 1ᵃ »Hora est iam nos de sompno surgere. In verbis propositis, prout exponi possunt« × f. 139ᵇ »advertamus iusticiam ut fide« (cetera desunt codice mutilato).

»Custos« inscribitur liber in operculo super. manu saec. XV. Vetus sign. O, 67.

1480 *VIII. C. 11.* (*Y. II. 1. n. 29.*)

chart. a. 1384 et saec. XIV ex. ff. 202, 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1ᵃ—58ᵃ **(Guilelmi Peraldi) Summa vitiorum.** »Dicturi de singulis viciis« × »tacuisse vero nunquam. Expl. summa viciorum a. **1384.**«

f. 58ᵇ—63ᵃ Sermones duo de passione Christi.

f. 63ᵇ—78ᵇ »Incipit imago vite« (= **S. Bonaventurae Breviloquium**). »Flecto genua mea« × »qui est trinus et unus . . . Expl. ymago vite sub a. d. **1384** finita in vigilia Philippi et Jacobi.«

f. 78ᵇ—79ᵇ Versus memoriales de festivitatibus anni.

f. 79ᵇ **Carmen rhythmicum de deliciis auctumnalibus.** »Autumpni fecunditas suprema iocunditas.«

f. 80ᵃ—82ᵇ Initium evangelii secundum Matthaeum cum notis musicis.

f. 82ᵇ **Píseň »Jezu Kriste, ščedrý kněže«** (poněkud odchylná ode všech textů známých, vyd. Věstník Č. A. 1900 str. 243).

f. 83 Registrum contentorum libro hoc omnium.

f. 84ᵃ—95ᵇ Sermones de conceptione b. virginis, de infantia salvatoris, de nativitate domini, de passione domini.

f. 95ᵇ—101ᵇ »Auctoritates secundum doctores.«

f. 101ᵇ—116ᵇ **»Sermones communes« de sanctis.**

f. 117ᵃ—202ᵇ **Sermones de sanctis** (praecedentibus aliquot aliis: de die iudicii, de corpore Christi, de dedicatione). Subscriptio in f. 202 excisa est.

Vetus sign. B, 9.

1481 *VIII. C. 12.* (*Y. I. 4. n. 37.*)

chart. a. 1382 ff. 239 num., 29·5 × 22 cm. 1 m.

Sermones veterum patrum de tempore.

f. 235ᵃ »Finite sunt hee omelie de tempore per circulum anni sabbato proxime ante festum Wenczeslai a. d. **1382.**«

f. 236ᵃ—239ᵇ Sermones duo, alter b. Augustini alter b. Hieronymi.

Operculis adligata et adglutinata sunt fragmenta membr. codicis grammatici saec. XIV. Vetus sign. O, 13.

1482 *VIII. C. 13.* (*Y. I. 3. n. 49.*)

mixt. saec. XV ff. 162, 29 × 21·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—51ᵇ **Francisci Petrarcae De remediis utriusque fortunae libri duo** (Exemplar in fine mancum).

f. 52ᵃ—53ᵇ **Johannis de Cervo, legum doctoris, Epistolae IV humaniores literas redolentes.**

f. 54ᵃ—55ᵃ »**Contencio aque et vini per Primatem.**« »Cum tenerent medium« × »dei patris Amen.«

f. 55ᵇ »Super hiis confessio Primatis.« »Estuans intrinsecus« etc.

f. 56ᵃ »**Litera (Sigismundi) regis Hungarie ad Gregorium papam XII**« (ed. Höfler, Geschichtschr. II, 133).

f. 57ᵃ **Gregorii XII Literae binae 1) Ruperto regi (pro Leodiensi electo dat. Viterbii X kal. Sept. 1407) 2) regi Portugalie (dat. Senis V idus Sept. 1407).**

f. 59ᵃ (sic) —59ᵇ »**Sermo factus Senis per ambasiatores Venetorum coram Gregorio XII et collegio cardinalium.**«

f. 60ᵃ—60ᵇ **Caroli VI Francorum regis Literae binae 1) ad Gregorium XII »existentem in Luca a. 1408«, 2) ad diversos principes dat. Paris. XII Jan. 1407.**

f. 61ᵃ—64ᵃ **Proverbia Senecae** seu potius Publii Syri secundum alphabetum. × »Explicit de proverbiis Senece.«

f. 64ᵃ—66ᵇ **Seneca de moribus.** × »Explicit Seneca de moribus.«

f. 67ᵃ—73ᵇ **Sermones academici in universitate Bononiensi habiti.**

f. 74ᵃ—76ᵃ »**Appellacio Bartholomei de Monticulo, lit. s. poenit. scriptoris et correctoris, a sentencia Gregoriana.**« (ed. Martene & Durand VII, 875.)

f. 76ᵃ—76ᵇ »De horis dicendis canonicis« × »Scriptum Pisis 25 oct. 1409.«

f. 77ᵃ—84ᵃ **Epistolae variae schisma magnum concernentes.**

f. 85ᵃ—102ᵃ **Collectio epistolarum humaniores literas redolentium** (in Italia, ut videtur, scriptarum).

f. 103ᵃ—105ᵃ (anepigr.) **Defensio Johannis Falkenberg, auctoris libri de mundi monarchia, adversus Matthaeum Cracoviensem, auctorem libri de squaloribus curiae Romanae.** (De auctore cf. ZK XVI, 392).

f. 106ᵃ—107ᵃ **Ciceronis epistola ad Octavium.** »Si per tuas legiones« etc.

f. 107ᵇ—109ᵃ (anepigr.) **Epistolae tres causam episcopatus Leodiensis concernentes,** prima et secunda data, ut videtur, ad capitulum, tertia ad Johannem de Bavaria electum Leodiensem.

f. 110ᵃ—117ᵃ **Ciceronis Paradoxa.**

f. 118ᵃ—118ᵇ Formulae epistolares et excerpta rhetorica.

f. 119ᵃ—119ᵇ & 130 **Sermo factus coram Gregorio XII Lucae 1408 in dom. Invocavit per fr. Jacobum episc. Laudensem.**

f. 120ᵃ—122ᵇ & 127ᵃ—128ᵇ »**Circa eleccionem Martini papae (V) collacio.**« »Eligite meliorem« etc. (omnino differt a sermone Jacobi Laudensis apud Hardt I, 20, 931).

f. 123ᵃ—126ᵃ **Johannis Boccacii Historia de Griselide a Francisco Petrarca latine reddita praecedente eiusdem epistola ad auctorem.** »Librum tuum . . . Est ad Italie latus« × »umbra castanee. Vale.«

f. 126ᵃ—126ᵇ (anepigr.) Epistola de laude vitae rusticae (auctor habitabat circa castrum s. Columbani).

f. 129ᵃ—129ᵇ (anepigr.) Epistola ad quendam papam supplicatoria.

f. 131ᵃ—131ᵇ Notae rhetoricae.

f. 132ᵃ—146ᵇ **Formulae literarum procuratoriarum ecclesiis vacantibus et aliae canonico iuridicae.**

f. 147ᵃ—152ᵇ **Antonii episc. Portuensis, cardinalis Aquilegiensis, Literae citationis adversus invasores ambasiatorum Wenceslai regis ad concilium Pisanum.**

f. 153ᵇ—154ᵃ Notae variae et excerpta theologica.

f. 154ᵇ—158ᵃ **Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium liber I et IIdi initium.**

f. 158ᵇ—159ᵃ Copia instrumenti publici notarii concernentis litem inter Buczkonem, rectorem ecclesiae in Sweraz, et Johannem abbatem Strahowiensem a. 1407 vergentem.

f. 159ᵇ—162ᵃ Notae theologicae variae.

Operculo infer. inscriptum est **Carmen rhythmicum de expugnatione arcis Corstein a. 1465** (ed. Věstník Č. A. 1900 p. 244), operculo super. tabula contentorum. In operculo infer. occurrit nomen (possessoris saec. XV?) »Mikess Switak de Tynczan«.

1483 *VIII. C. 14.* (*Y. III. 2. n. 54.*)

chart. saec. XV ff. 221, 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1ᵇ—23ᵇ **Gesta Romanorum moralisata.** »Dorotheus imperator« × (de Ponciano) »propter verbum uxoris vestre« (cetera desunt foliis sequentibus vacuis).

f. 24ᵃ—96ᵇ **(Conradi de Saxonia) Sermones de sanctis.** (De s. Andrea) »Extendam palmas meas« × »parate sunt ad intrandum.«

f. 97ᵃ—115ᵇ **Sermones de tempore super evangelia.** »Venite post me« × (f. 13ᵃ) »factus est pro nobis.«

f. 116ᵃ—213ᵇ **Mag. Johannis (Heremitae = Hieronymi de Praga monachi) Sermones dicti »Linea salutis«.** »Ve michi, quia tacui« × »o summum desiderium bonum, ad quod nos perducat J. Chr.« (Subscriptio deest folio truncato. Auctorem sumsimus de tabula in operculo superiore etiam cultro laesa. De eodem v.: Bidlo, Časopis Mus. 1895 p. 443.)

f. 213ᵇ—221ᵇ Notae variae theologicae, praecipue circa poenitentiam.

Operculis adligatae sunt litterae Fridrici de Zee de venditione bonorum quorundam a. 1380 confectae.

1484 *VIII. C. 15.* (*Y. I. 4. n. 116.*)

chart. saec. XV ff. 237, 29·5 × 22 cm. 2 m.

Antiphonarium de sanctis notis musicis instructum.

1485 *VIII. C. 16.* (*Y. I. 4. n. 52.*)

chart. saec. XV ff. 164, 29·5 × 22 cm. 1 m.

(Guilelmi Britonis) Vocabularius biblicus.

f. 1ª (Prologus versificatus) »Difficiles studeo partes, quas biblia gestat . . . Alfa sicut dicit Ysidorus« × f. 159ª (vox Zorobabel) »princeps inde existit. Verba sunt Ysidori Ethimol. VII.« Sequuntur versus epilogi: »Hic ego doctorum compegi scripta sacrorum« × »velud unus eorum.«

f. 160ª—164ᵇ S. Hieronymi Prologus galeatus in biblia et Prologus in Pentateuchum.

In operculo super. intrinsecus haec inscriptio est: »Exposicio vocabulorum Biblie valde bona Mgri Procopii de Plzna.« (Cf. Balbini Boh. docta (Ungar) II, 186). Vetus sign. A, 13.

1486 *VIII. C. 17.* (*Y. II. 1. n. 26.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 226, 28 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—43ᵇ **Sermones dominicales.** »Egressus Jesus . . . In ewangelio hodierno« × »in manus tuas.«

f. 43ᵇ—48ª **Evangelia nedělní přes celý rok.**

f. 48ᵇ Nota de antichristo.

f. 49ª—154ᵇ **Sermones dominicales per circulum anni** in fine manci. »Adventum domini recolentes« × (dom. 24 post pentec.) »in futura vita glorie.«

f. 155ª—214ᵇ **Sermones quadragesimales a septuagesima incipientes, bohemice interpolati. (Kázaní postní latinská s českými vsuvkami.)** »Simile est regnum celorum . . Hodie ecclesia commemorat« × »Qui diligit iniquitatem« (finis deest).

f. 215ª—220ᵇ Sermones duo paschales.

f. 221ª—222ᵇ Historia de s. Sigismundo.

f. 223ᵇ—226ᵇ Historia de s. Catharina. × »O Maria, mater Christi, virgo pia, audi me miserum viventem in scolis in miseria. Amen solamen, quia in scolis non habemus panem.«

Infer. operculo adligatum est fragmentum membr. epistolae indulgentiarum papalis ad archiepisc. Pragensem datae, adglutinatum vero fragmentum citationis a. 1405 promulgatae. Vetus sign. M, 5.

1487 *VIII. C. 18.* (*Y. I. 3. n. 71.*)

chart. saec. XIV (ante 1380?) ff. 108, 29 × 21 cm. d. m.

Expositio libri Alani de Insulis de planctu naturae.

f. 1ª »Sic igitur ipsam abicientes minus peccabimus . . . Hanc proposicionem scribit Aristoteles 2⁰ Eth.« × f. 107ª »alienacionis. Et sic est

finis huius exposicionis super complanctum nature Alani . . . Pane Mathyegy Harawyczky myestyenyne k twe lybosty.«

f. 107ᵇ—108ᵇ Hymni de s. Erasmo notis musicis instructi.

In operculo infer. annotatus est annus 1380, item epistola Welislai cuiusdam ad fr. Mauricium de directo libro »papieri«.

1488 *VIII. C. 19.* (*Y. I. 4. n. 57.*)

chart. saec. XIV ff. 83, 29·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—41ª **»Lilium originalium.« Tractatus de vitiis et poenis inferni et de virtutibus et gloria paradisi.** »Prius per conspersionem uniuscuiusque« × »omni mutabilitate. Boecius.«

f. 41ª—82ª »Itinerarius de contemplacione« (=**S. Bonaventurae Liber de septem itineribus aeternitatis**). »Eum, qui venit ad me, non eiciam« × »in eternum beatus. Amen. Explicit.«

f. 82ª—83ª Registrum operis praecedentis.

Nota in operculo inferiore: »1425 in die s. Urbani recepi a presbytero Wenceslao librum assimilacionum, loco cuius libri hoc volumen aput eum ego Smylo repono usque ad utriusque nostri voluntatem.« Vetus sign. D, 68.

1489 *VIII. C. 20.* (*Y. I. 4. n. 19.*)

chart. saec. XV ex. ff. 147, 27·5 × 20 cm. 1 m.

Petri Baldi de Perusio Alphabetum super toto corpore iuris.

f. 1ª »Absens quis dicatur« × f. 147ᵇ (vendicare) »de Judeis. Bal. Explicit Alphabetum d. Bal. de Peruxio legum doctoris super toto corpore iuris.«

1490 *VIII. C. 21.* (*Y. I. 4. n. 55.*)

chart. saec. XV ff. 139, 30 × 21 cm. d. m.

Guilelmi Durandi Rationale divinorum officiorum.

Vetus sign. B, 24. Cod. recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 37.

1491 *VIII. C. 22.* (*Y. I. 4. n. 54.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 156, 29·5 × 22 cm., 1 m. cum init. pict.

f. 1ª—132ᵇ **Petri Blesensis Epistolae 152.** (Prologus) »Henrico d. gr. illustr. regi Anglie« × »vicem martirii recompenset. Explicit.«

f. 132ᵇ—133ᵇ Registrum epistolarum praecedentium.

f. 134ª—155ᵇ (Pseudo-) **Aristotelis Tractatus de regimine principum seu Secretum secretorum.** »Ad gloriosum regem omnium regum« × »probabiliorem partem. Completus est tractatus de singulis moribus naturalibus hominum ad regem . . . Explicit tractatus de regimine principum alias secretum secretorum cuiusdam ad Alexandrum« (Subscriptio cultro paululum laesa.)

f. 156ᵇ **Notae historicae res circa Montes Cutnos a. 1399—1412 gestas concernentes auctore fr. Augustino, plebano Malinensi** (cf. Libri confirm. VII, 50. Mendose edid. Höfler, Script. rer. hus. II, 66).

Vetus sign. J, 45.

1492 *VIII. C. 23.* (*Y. II. 5. n. 66.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 211, 29×21 cm. d. m.

f. 1a—26a (anepigr.) **Vita s. Johannis evangelistae** carens initio. »Quarto decimo post premissa de glorioso Johannis transitu et sepultura« × »Explic. comparacio Johannis evang. ad Johannem Bapt.«

f. 26a—39a (anepigr.) **Prothemata sermonum.** »Conversacio predicatoris« × »nec oblivisci.«

f. 39b—42a Sermones duo, de dedicatione et assumptione.

f. 42b—69b **Arengae sermonum.** »Lapis intra aquam veniens« × »Explicit liber arenge.«

f. 70a—90b **Sermones breviusculi de tempore et sanctis.**

f. 90b—92a »Revelacio facta Augustino.« »Anime fideles sponse J. Chr.« × »memor mei esto apud filium« etc.

f. 93a—119b (anepigr.) **Dictionarium canonico-iuridicum.** »Abbas non debet eligi per preces« × »inde vero episcopus Valentine civitatis.«

f. 119b—131b (anepigr.) **Miracula b. virginis Mariae.** »Ad coronam et gloriam« × »effugere contempnunt.«

f. 132a—211b **Jacobi de Voragine Sermones** carentes fine. »Ecce rex tuus venit tibi . . . Anima fidelis« . . .

In fol. peaeligato occurrunt quaedam vocabula latino-bohemica (**Slovníček latinsko-český**), item registrum hominum censualium in villis: Lesczina, Dubrawycz, Przyeluka, Sucha Lhotka, Mokra Lhotka, Dolany, Javorniczek.

1493 *VIII. C. 24.* (*Y. I. 4. n. 34.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1393), ff. 193 num., 29·5×22 cm. d. m.

f. 1a—78b **Commentarius in Valerii Maximi Dicta et facta Romanorum memorabilia.** »Urbis Rome exterarumque gencium . . . Sciendum quod hic ponentur« × »fundamentum. Et in hoc terminatur summa Valerii per manus meas a. d. **1393** in sabbato ante Oculi.«

f. 79a—85a **Summa Historiae Alexandri Magni.** »Nota, quod pater verus Alex. dictus est Nectanabus« × »data est mihi omnis potestas. Et in hoc terminatur excerptum Alexandri.«

f. 85a—89a **Summa historiae Troianae.** »De historia Troyanorum hoc est in summa sciendum« × »terminatur summa belli Troyani.«

f. 89a—90a Excerpta historiae Antiocenae Roberti (Remensis).

f. 91a—95b **Tractatus de naturis animalium quorundam moralisatis.** »Igitur Jacob benedicens« × »quasi certam confirmare.«

f. 95b—106a (anepigr.) **Miracula b. virginis Mariae.**

f. 106b—170a **Sermones in festivitatibus b. virginis.**

f. 171a—173b Excerpta quaedam et sermones duo adventuales.

f. 173b—180b (anepigr.) **S. Augustini (?) Liber ad matrem de virtutibus.** »Tue non immemor peticionis« × »pro bona voluntate. Et sic est finis huius epistole s. Jeronimi (sic) ad matrem pro informacione virtutum.«

f. 180b—182b Sermo de annunciatione b. virginis.

f. 183b—193a Sermones duo, alter de humilitate, alter super »Homo quidam peregre proficiscens.«

Vetus sign. Q. 52.

1494 *VIII. C. 25.* (*Y. II. 5. n. 45.*)

chart. a. 1386 ff. 119, 30×21 cm. 1 m.

f. 1a—102b **Commentarius in Apocalypsin.** »Confiteor tibi pater« × »peccabit mortaliter. Expl. liber super Apocalypsym b. Johannis . . . per manus **Nicolai de Muta** finitus fer. III post nativit. b. virginis a. d. **1386**.«

f. 103a—117b **S. Johannis Apocalypsis.** (Textus) × »Explicit Apokalipsis liber a. d. **1386**«.

f. 117b—119a Sermo de s. spiritu (cuius initium in folio soluto codici imposito) × »A. d. 1387 in octava ascensionis domini.«

In fronte f. 1a haec nota saec. XV/XVI occurrit: »Hunc librum dedit dom. Nicolaus dictus Bardunek plebanus in Strassycz conventui in Insula glor. virg. Marie et s. Benigne ord. fratrum heremitarum s. Augustini.«

1495 *VIII. C. 26.* (*Y. II. 4. n. 4.*)

chart. a. 1382 ff. 220, 29·5×21 cm. d. m.

Testamenti Veteris libri prophetarum, glossis interlinearibus passim instructi.

f. 48b »Explicit prophecia Ysaie sub a. d. 1300 tercio Kalendas aprilis« (annus certe falsus est).

f. 119a Ezechielis visio quatuor animalium calamo delineata.

f. 220a »Expliciunt prophete maiores et minores finiti sub a. d. **1382** fer. V proxima ante ostensionem reliquiarum.«

f. 220b **Slovníček latinsko český oděvu a ozdoby ženské.**

Nota in fronte f. 1a: »Iste liber datus est ad domum pauperum per dom. Johannem de Pobednik, quondam socium ibidem, sub ista condicione, quod concedatur cuilibet in domo studere volenti et non extra domum.« Vetus sign. A, 19.

1496 *VIII. D. 1.* (*Y. II. 4. n. 33.*)

chart. saec. XIV ff. 244, 30×22 cm. d. m.

f. 1a—82a »Incipit **Formularium diversorum processuum secundum stilum curie Romane.**«

f. 82a—86a »Tractatus de ordine iudiciorum, diffinicione, equivocacione et divisione iudicii. Judicium, prout presentis operis supponit intencio« × »Item interrogandi sunt testes. Nota. Cetera de ordine iudiciorum patent in Summa Rulandini.«

f. 86b—93b Continuatio formularii.

f. 94a—151a »Incipiunt **Contractus dom. Rulandini« (Rolandini de Passageriis).** »Sapientum sequentes vestigia« × »pro defensione sua a iure permissa. Expliciunt contractus dom. Rolandini.«

f. 151b—165b (Pseudo-) **Aristotelis Secretum secretorum interprete Philippo clerico.**

f. 166a—171b **Formulae iuridicae praecipue Salzburgenses et Ratisponenses.**

f. 172a—243a **Excerpta »de opere Variarum Cassiodori«.** »Achaliarchus rex imperatori. Juste possim reprehendi« × »testimonium retinent.«

f. 243b—244b **Johannis Presbyteri,** »inter reges mundi christianissimi«, **Epistola ad Fridericum imperatorem.**

f. 244b Versus satyrici de quodam Conrado emortuo.

Codicem, qui olim erat collegii Nationis Bohemorum sub sign. Q, 43 (Cat. Rudnic. p. 173), recens. Schulte, Canon. Handsch. p. 39.

1497 *VIII. D. 2.* (*Y. II. 4. n. 3.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 170, 29·5 × 22 cm. d. m.

f. 1a—39b **Sermones de tempore** carentes initio (dom. II post trinit.) »consilium meum, quod dedi vobis« × (dom. trinit.) »ideo evangelium homo quidam etc.«

f. 40a—122a **M. Matthaei de Cracovia Sermones de sanctis.** »Ambulans Jesus iuxta mare Galilee« × »ut penitenciam quereret peccatorum«. (Alia manu:) »Pustilla Mgri Mathei de Cracowia, plebani quondam in Leta Curia Prage.«

f. 123a—170b **(Johannes Kortz dictus) »Contractus de sanctis« (Sermones).** »Si moram fecerit, exspecta« × (subscriptio magna ex parte evulsa, tamen legitur: Contractus per manus Welis . . .)

Operculis adligatum est fragmentum instrumenti publ. notar. Crucis nati quondam Benedicti Hoch de Miliczin recognoscentis Wenceslaum Jacobi de Horzowicz presbyterum instituisse causae suae procuratores a. 1405. In fronte f. 1a manu saec. XVII etiam Sermones de tempore attribuuntur Matthaeo Cracoviensi. Nota in operculo superiore: »De Bethleem«.

1498 *VIII. D. 3.* (*Y. II. 1. n. 3.*)

chart. saec. XV ff. 286 num., 31 × 22 cm. 1 m.

Biblia sacra continentia Testamenti Veteris libros sapientiales, Novi omnes.

In fronte f. 17a annotatum est Mrum Johannem de Rokycano a. 1459, cum esset rector universitatis, librum sapientiae praedicando exposuisse. Nota in operculo superiore: »Liber nacionis«. Vetus sign. concordans cum reg. Rudnic. A, 3.

1499 *VIII. D. 4.* (*Y. II. 2. n. 41.*)

chart. a. 1409 ff. 99, 31 × 21 cm. 1 m.

Expositio Psalterii.

f. 1a »Beatus vir etc. Cum omnes prophetas constet« × f. 99a »omnis spiritus scilicet angelicus laudet dominum. Amen. Alleluia . . . Exposicio textus psalterii solummodo in illis amminiculis sanctorum doctorum consummata in die Damiani fer. VI. ante festum s. Wenceslai sub a. 1409 . . . in Knyhnycz per (nomen librarii cultro excisum est). Et sic est finis. Deo gracias. Tak buoh day a pomahay my myly buoh.«

1500 *VIII. D. 5.* (*Y. II. 2. n. 33.*)

chart. saec. XV ff. 65, 30·5 × 21·5 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Commentarius in Boethii libros de consolatione philosophiae cum praeambulo cuiusdam magistri (Pragensis), qui a. 1455 (?) libros Boëthii »ad consolacionem pauperum scholarium« legere incepit.

f. 1a »Phylosophie servias oportet« × f. 65b »Explicit commentum Boecii de cons. phil. per manus mgri Thome de Aquino« (!).

1501 *VIII. D. 6.* (*Y. II. 4. n. 37.*)

chart. saec. XIV/XV ff. 267, 30·5 × 21 cm. 1 m.

Alberti de Padua Postilla de tempore.

f. 1a »Domine deus, ecce nescio loqui« × f. 267a »super egenum et pauperem. Rogemus« etc.

Monogramma in operculo super. Mag. Procopii Plznensis esse videtur. Vetus sign. librariae E, 16 non concordat cum reg. Rudnicensi.

1502 *VIII. D. 7.* (*Y. II. 2. n. 46.*)

chart. saec. XV ff. 247, 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

Testamenti Veteris libri: Parabolae, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Sapientiae, Ecclesiasticus, prophetae omnes, Job, Tobias, Judith, Hester, Esdras, Neemias, Machabaeorum.

f. 247a »Explicit liber per manus **Jacobi de Libomysl.**«

In operculo superiore annotati sunt anni et dies obitus Sigismundi imperatoris et Ladislai regis, item »A. 1438 fer. VI post circumcisionem dom. obiit dom. Agnes conthoralis domini Menhardi de Nova Domo«. Vetus sign. A. 13.

1503 *VIII. D. 8.* (*Y. II. 1. n. 30.*)

chart. saec. XV ff. 154, 30·5 × 21·5 cm. d. m. cum init. pict.

Petri Blesensis Epistolae 153.

f. 1a »Heinrico d. gr. regi Angliae . . . Petrus Blesnensis« × f. 153a »vicem martirii recompenset.«

f. 153b—154b Registrum epistolarum, ut docet nota atramento illita in fine, a. 1453 correctum.

Vetus sign. V, 8.

1504 *VIII. D. 9.* (*Y. III. 5. n. 1.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 200, 31·5 × 22·5 cm. 1 m.

Fr. Thomae de Aquino Summae theologicae prima secundae.

f. 1a »Incipit prima secunde partis summe de theologia edita a fr. Thoma de Aquino . . . Quia sicut Damascenus« × f. 197b »Et hec de moralibus in communi dicta sufficiant. Explicit.«

f. 198a—200b (manu paulo recentiore) Registrum, in cuius fine rubricatum est: »Explicit liber Mgri Adalberti Ranconis.« Subscriptio haec et nota recentior de codicis praestantia et aevo, operculo superiori adglutinata cultro barbari cuiusdam vitiata est. Adalbertum Ranconis possessorem libri declarat etiam nota coaeva in operculo superiore. (Hanslik p. 607). Vetus sign. M, 22.

1505 *VIII. D. 10.* (*Y. III. 2. n. 44.*)

chart. saec. XV ff. 204, 30 × 22 cm. d. m.

Nicolai de Lira Expositio psalmorum.

f. 1ª »Propheta magnus surrexit in nobis« × f. 204ᵇ (psalm. 150) »medius ordo medie Jerarchie« (finis deest).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam hebraici. Vetus sign. A, 6⁰.

1506 *VIII. D. 11.* (*Y. I. 4. n. 32.*)

chart. saec. XV ff. 318, 30 × 21 cm. d. m.

Roberti Holgot Lectura super libro Sapientiae.

f. 1ª—11ª Index rerum alphabeticus.

f. 12ª »Dominus petra mea . . . Artes et sciencie« × f. 318ᵇ »deducet ad regnum perpetuum. Ad quod nos perducat« etc.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. instrumenti saec. XIV—XV, quo quaestio quaedam iudiciaria recognoscitur, inferiori fragmentum membr. instrumenti publ. notar. Petri nati quondam Henrici, quo recognoscitur epistola Johannis Jensteinii archiep. Prag. data collectoribus pecuniae ad fabricam ecclesiae s. Viti (1379—1389). Vetus sign. D, 30.

1507 *VIII. D. 12.* (*Y. II. 2. n. 48.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 73, 29·5 × 21 cm. 1 m.

Mag. Rainaldi (vel Ramaldi) Florigerum in scientia medicinae oculorum.

f. 1ª »Incipit florigerum etc. ex philosophorum dictis compilatum . . Versus: Hoc leve Florigerum plantat Rainaldus (Ramaldus?) amenus« × f. 73ᵇ »sicut ysopus et mellilotum carmamilla et similia. Deo gracias. Finis huius.«

In fol. praeligato manu saec. XV annotata est germanice curatio phreneticorum (**Geisteskrankenkur**). Cf. Kelle, Serapeum 1868 p. 357. Saec. XV liber erat Petri de Sepekow. Vetus sign. E, XII⁰.

1508 *VIII. D. 13.* (*Y. I. 3. n. 104.*)

chart. saec. XV (pars a. 1411) ff. 257, 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—100ᵇ **(Galli abbatis Aulae Regiae?) Malogranati liber I.** (post registrum et notam de titulo operis) »Sancta trinitas« × »mutanda apparebat. Finitus codex a. d. **1411** fer. VI ante festum Margarethe.«

f. 101ª—136ª **(Johannis de Garlandia) Summa de poenitentia »Poeniteas cito« cum commentario et glossis bohemicis interlinearibus. (Penitenciál »Poeniteas cito« česky glossovaný).** »Iste liber, cuius subiectum« × »et tandem vitam eternam, quam nobis« etc.

f. 137ª—174ᵇ (anepigr.) **Institutio cleri secundum decretum conventus Aquisgranensis a. 1316 cum excerptis s. doctorum de vita monachorum et canonicorum instituenda.** »Cum in nomine s. et individue trinitatis christianissimus . . . Ludovicus« × »hoc est in capite ieiunii. Gracia larga sinit, quod cepta regula finit Canonicorum dans bona morum dona bonorum.«

f. 175ª—179ª **Sixti papae II Enchiridion cum praefatione Ruffini.** (Praefatio:) »Scio, quia sicut grex« (enchir.) »Fidelis homo electus homo dei est« × »dicere de deo«.

f. 179ª—211ª **S. Augustini Sermones** (quibus et alii inserti sunt, ex. gr. f. 181ª Bonifacii de abrenunciatione in baptismo, f. 192ᵇ Sermo de s. Wenceslao).

f. 212ª—231ª **B. Eusebii ad Damasum Epistola de morte s. Hieronymi.**

f. 231ª—235ª **S. Augustini ad Cyrillum Epistola de magnificentia b. Hieronymi.**

f. 235ª—251ª **S. Cyrilli ad Augustinum Epistola de miraculis b. Hieronymi.**

f. 251ª—257ª »Incipit **Liber b. Gregorii** (alia manus superscripsit **»vel Augustini«) de pugna vitiorum et virtutum«.** »Quam dirus, quam amarus est superbie gressus« × »in sompnis videntur vera. Expl. liber b. Gregorii de conflictu viciorum et virtutum.«

Operculis adligata sunt membr. fragm. codicis liturg. saec. XIV. Series contentorum in operculo super. cultro laesa.

1509 *VIII. D. 14.* (*Y. II. 3. n. 9.*)

membran. saec. XIV in. ff. 86, 30·5 × 23 cm. 1 m.

Thomae de Aquino Catena super evangelium s. Johannis (cum crebris notis in margine manibus recentioribus adscriptis).

f. 1ª »Divine visionis sublimitate illustratus« × f. 86ᵇ »multo facilius facere que volebat. Quia ipse est super omnia deus benedictus in secula. Amen.«

Vetus sign. A, 17.

1510 *VIII. D. 15.* (*Y. II. 4. n. 10*)

chart. saec. XV in. ff. 151, 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—3ᵇ (membran.) **Petri Lombardi Sententiarum materiae versibus redditae cum commentario interlineari.**

f. 4ª—18ª **Earundem Summa versificata cum commentario inter lineas et in margine.**

f. 18ª—21ᵇ Duplex argumentum bibliorum.

f. 21ᵇ—26ᵇ **Alphonsi eremitae,** olim episc. Greminensis (sic), **Tractatus de assumtione Urbani papae VI ad Manfredum marchionem Salluciarum.** »Magnifice mi domine . . . Rogastis me« × »lumine benedicto.«

f. 26ᵇ—27ª **Joachimi abbatis Prophetia de pontificibus cum expositione.**

f. 27ª—29ª Sermo de animabus, incip.: »Abraham mortuus est.«

f. 29ª—30ᵇ »Nucleus sermocinandi per modum auctoritatis sanctorum doctorum.«

f. 31ª—62ª **Alexandri de Villa Dei Summa capitum bibliorum versificata cum commentario.**

f. 63a—69a **(Johannis de Deo) »Abbreviacio decreti,** in qua sub planis et brevibus verbis continetur tota vis et intencio decretorum« × »Explicit auratum (sic) decretum« etc.

f. 69a—69b Notae de matrimonio et poenitentia.

f. 70a—73b **S. Augustini Manuale.** »Quoniam in medio« × »Expl. man. etc. legendus (sic) non in publico sed magis in secreto. Scriptum ad mandatum domini (superscriptum »Magistri«) Johannis de Praga.«

f. 74a—75a Divisio iuris. »Jus duplex scilicet« etc.

f. 75b—76a Abbreviaturae in iure decretalium.

f. 76a—77b **»Tituli vel rubrice decretalium« versificatae cum expositione interlineari.**

f. 78a—87b **Tractatus de pluralitate beneficiorum cum additamentis variis vitam clericorum et ecclesiae statum concernentibus.** »Volo, ut quicunque hoc legerit, sciat me a. 1238 fuisse Parisius« etc.

f. 87b—89b **S. Augustini Tractatus de contemptu mundi.** »Audite, fratres karissimi« × »reddamus gracias J. Chr.«

f. 89b—92a **Eiusdem Regula.** »Hec sunt, que ut observetis, precipimus« × »ipso auxiliante, qui vivit« etc.

f. 92a—130b (anepigr.) **Auctoritates vitam clericorum concernentes excerptae de operibus s. patrum.**

f. 130b—136a (anepigr.) **Tractatus de communione infantum.** »Videtur, quod sicut baptismus« × »ut estimo, dicitur Racionale.«

f. 136a—137a Notae variae de sacerdotibus.

f. 137b—138b (anepigr.) **Juxtapositiones legis Christi et legis humanae.** »Fidelis christianus« × »exequi nihilominus tenetur eandem« . . . (discrepat cum tabulis antiqui et novi coloris).

f. 139b—151b (anepigr.) **S. Augustini (?) Regula cum expositione.** »Ante omnia, fratres, diligatur deus« × »in temptacionem non inducatur.«

Operculis adligata sunt fragmenta duorum codicum membr. hebraicorum. Vetus sign. A, 35. Codicem hunc recens. Schulte, Canon. Handsch. p. 40.

1511 *VIII. D. 16.* (*Y. III. 2. n. 27.*)

chart. a. 1470 ff. 192, 31×22 cm. d. m. cum init. pict.

M. T. Ciceronis Epistolae ad familiares.

f. 192b »A. d. **1470** finitus est liber quarta feria ante Palmarum Epistolarum M. T. C. (sic) Contigimus portum, quo mihi cursus erat.«

In fronte f. 1a hae literae rubricatae occurrunt: »L. D. P. D. R. N. S. D. G. R. B.« (= liber domini Procopii de Rabstein notarii serenissimi domini Georgii regis Bohemiae?)

1512 *VIII. D. 17.* (*Y. II. 4. n. 6.*)

chart. saec. XV ff. 278, 30×21 cm. 1 m.

Johannis Duns Scoti Quaestiones super primum librum Sententiarum.

f. 1a »Cupientes aliquid . . . Circa prologum primi libri queruntur quinque. Primum est de necessitate« × f. 277a »principium et finis. Expl. liber primus Scoti.«

f. 277a—278b »Tituli questionum primi libri Scoti.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis philosophici saec. XIII—XIV.

1513 *VIII. D. 18.* (*Y. II. 2. n. 21.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 128 num., 30×22 cm. d. m.

f. 1a—21b **Sermones super communia evangelia de sanctis.** »Ego sum vitis vera. Hic consolatur« × »Expl. opusculum communium evangel. de sanctis per circ. anni.«

f. 21b—27b Sermo super »Liber generationis J. Chr.« × »Expl. opusculum super L. g. (rubr.:) Hoc est . . . ssydlo skopitem . . . (subscriptio cultro laesa).

f. 28a—85a (initium evulsum) **»Granum passionalis.«** × »in sterquilinium convertentur. Expl. granum pass.«

f. 85a—95a Auctoritates theologicae.

f. 95a—109a **Sermones de sanctis (»Commune sanctorum«).** »Vestigia eius secutus est pes meus« × »Expl. commune s.«

f. 109a—113b Sermo de s. Maria Magdalena × »per manus **Procopii . . . de Trebecz«** (subscriptio cultro laesa).

f. 114a—128b Sermones diversi et Vitae (s. Procopii, s. Barbarae. ss. Cyrilli et Methodii et aliae).

f. 128b Quaedam vocabula latino-bohemica. Item adnotandum in sermonibus superioribus passim occurrere glossas bohemicas.

In operculo superiore ruditer picta sunt 10.000 martyrum spinis infixorum. Vetus sign. G, 4⁰.

1514 *VIII. D. 19.* (*Y. II. 2. n. 8.*)

chart. a. 1376 ff. 58, 29×22 cm. 1 m.

f. 1a—38b **Godefridi de Vino Salvo Poëtria nova cum commentario.** (Comm.:) »Sicut dicit Plato in Timeo (versus:) Papa stupor mundi« × »de iure mereris. Expl. nova poetria finita a. d. **1376** sabbato ante nativit. b. Marie« . . .

f. 39a—58b **Eberhardi Bethuniensis Labyrinthus cum notis interlinearibus et marginalibus.** »Pierius me traxit amor« × »non extemplo pereuntes« (finis deest multis foliis excisis).

In fol. praeligato manu coaeva notatum est precium libri: 20 gr., sed nota haec cultro vitiata est.

1515 *VIII. D. 20.* (*Y. III. 6. n. 28.*)

chart. autogr. saec. XVII ff. 132 (264 pp.), 29×20 cm.

»Sacra religio, carnalis temporalisque pietatis victrix et triumphatrix; sive Vindicationes religiosorum filiorum pro spiritus eorum libertate adversus praetensas temporales obligationes erga parentelam carnalem theologice adornatae et conscriptae a P. Joanne Waldt e Soc. Jesu.«

1516 *VIII. D. 21.* (*Y. I. 4. n. 56.*)

chart. saec. XIV ff. 83, 29×21 cm. d. m.

f. 1a—37b **(S. Bonaventurae) Liber de septem itineribus aeternitatis.** »Eum, qui venit ad me, non eiciam« × »in perpetuas eternitates . . . Explicit liber itinerum eternitatis.«

f. 38a—66a **Tractatus de praeparatione cordis** (sic in operculo intitulatur opus anonymum tractans de virtutibus et vitiis). »De hiis, qui se temptacionibus involvunt. Sunt tamen quidam« × »amicus fidelis medicamentum est vite. Explicit tercia distinccio de preparacione cordis . . . Newmyessly cczysty alle pyss lepe.«

f. 66b—83b **Hugonis de S. Victore Liber de praeparatione cordis.** »Preparate corda vestra« × »Mors et vita in manibus lingue. Expl. liber bonus quoad spirituales liber s. Hugonis.« Sequitur registrum.

Vetus sign. E, 25. Rec. Balbinus, Boh. d. III, 117.

1517 *VIII. D. 22.* (*Y. II. 5. n. 65.*)

chart. saec. XIV ff. 99, 30 × 21·5 cm. 1 m.

f. 1a—87b »Breviloquia naturalia cum commentis fidei« **(Jacobi de Lausanna Moralitates rerum naturalium alphabetice digestae).** »Abicit mundus pauperes« × (ypocrite) »in exteriori conversacione. Finito libro etc. Id quod exscripsi in toto modulo isto totum perditi (sic) minus VI parvis. Gestet prycz nepogdu, alle geste nebo tech VI ha. pro. nebo zasse zyssty.«

f. 88a—99b »Incipit libellus cuiusdam ad . . . (lacuna excisione facta) cognomine corde benignum. Incipit de tribus columbis. Si dormiatis . . . (Prologus vero praecedens sic incipit: »Desiderii tui, karissime, peticionibus«) × (de gallo) »quia appropinquante mane sub« (finis deest codice mutilato). (Sunt **Moralitates de avibus.**)

1518 *VIII. D. 23.* (*Y. II. 1. n. 20.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 108 num. (recte 113), 29 × 21 cm. d. m.

f. 1a—17b **B. Eusebii ad Damasum Epistola de morte s. Hieronymi.**

f. 17b—20b **S. Augustini ad b. Cyrillum Epistola de magnificentia s. Hieronymi.**

f. 20b—36a **B. Cyrilli ad s. Augustinum Epistola de miraculis s. Hieronymi.**

f. 36a **(Johannis Noviforensis?) Versus de s. Hieronymo** (edid. Tadra, Summa cancell. p. XXIII).

f. 36b—40a **Eiusdem Versus ad laudem b. Mariae praecedente auctoris seu potius collectoris epistola ad Carolum imperatorem.** (Versus isti in tabula contentorum operculo super. inscripta dicuntur »**Sertum b. virginis**«.)

Sequuntur lunationes mensium Januarii usque ad Julium in 4 ff. non num. additis mensium nominibus bohemicis.

f. 42a—106a **Petri Cantoris Parisiensis Liber de poenitentia et partibus eius.** »Verbum abbreviatum fecit dominus« × »premium perfectorum. Explicit liber Cantoris Parisiensis« . . .

f. 106b Praecepta recte vivendi »in domo dom. Johannis Andree doctoris decretorum« Bononiae »recepta«.

f. 107a—107b Oratio ad Christum incip.: »Summe sacerdos«.

f. 108a—113b **Sermones diversi.**

Vetus sign. L, 27. Codicem recens. Schulte Canon. Handsch p. 41.

1519 *VIII. D. 24.* (*Y. II. 1. n. 42.*)

chart. saec. XIV ff. 90 num., 29 × 22 cm. d. m.

f. 1a—46b (anepigr.) **Thomae de Aquino Commentarius in librum Job** (in fine mancus). »Sicut ante in rebus, que naturaliter generantur« × (cap. 36, 32) »nam sicut artifex est causa« (cetera desiderantur sequentibus foliis vacuis).

f. 47a—90b **Nicolai de Lira Postilla super Johannem.** »Facies aquile desuper ipsorum« × »Expl. pustilla super Johannem Mag. Nicolai de Lyra frat. min.«

In fronte operculi super. occurrit nota »Mladenowicz«, qua possessor libri saec. XV indicatur.

1520 *VIII. D. 25.* (*Y. I. 3. n. 75.*)

chart. saec. XIV ff. 70, 30 × 21 cm. d. m.

f. 1a—2b **Registrum operis Simonis de Cassia de vita christiana** mancum.

f. 3a—70a (anepigr., sed in fol. praeligato hic titulus occurrit:) **Distinctiones quaedam (fr. Mauritii Angli?) secundum ordinem alphabeti pro praedicantibus.** »Ab inicio mundi scriptura VII esse testatur« × (zelator) »ut animam suam ponat.«

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. codicis hebraici. In fronte super. haec nota saec. XV est: »Mag. Przibram direxit (?) istum librum pro alio libro, quem concesseram ei de libris collegii Caroli, qui intitulabatur Sermones quidam in papiero.« Vetus sign. B, 16.

1521 *VIII. D. 26.* (*Y. I. 3. n. 53.*)

chart. a. 1394 ff. 285, 29 × 21·5 cm. d. m.

Revelationum b. Brigidae libri septem inserto libro ad reges.

f. 176a (finito libro IV) »Liber iste est comparatus per dom. Andream Prage.«

f. 285b »Explicit liber celestium revelacionum b. Brigide, sponse Christi, sub a. d. **1394** finitus. (rubric.) Janussii Clabutyensis (?) alias Cropacz liber suprascriptus est Pragensi in studio comparatus.« (Subscriptio haec radendo laesa est.)

Nota in operculo superiore: »A. d. 1411 fer. II dominica Vocem iocunditatis librum presentem in Monte Syon alias in Strahowia reposui, cuius loco ad preces meas obtinui mutuandum librum, qui intitulatur Petrus Aurora alias Biblia versifice in pargameno scripta, cuius principium sic incipit Frequens sodalium meorum peticio, finis autem: Facta prioris Adam delent in arbore quadam.« Num codex sequens (VIII. D. 27) sit ille liber mutuatus, maxime dubium est. Vetus sign. C, 17.

1522 *VIII. D. 27.* (*Y. I. 3. n. 31.*)

membran. saec. XIII et XIV—XV ff. 94, 28 × 20 cm. d. m.

f. 1a—79b (saec. XIII.) **Petri de Riga Aurora.** »Frequens sodalium meorum peticio« × »genuit natas mire speciei.«

f. 80ᵃ—94ᵇ (saec. XIV—XV) **Alexandri de Villa Dei Summa bibliorum versificata cum commentario interlineari.**

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. literarum Nicolai episc. Olomucensis (1388?). Ut docet nota in fronte f. 1ᵃ, codex collegio S. J. Pragensi obtigit ex liberalitate Mariae Manriquez senioris de Pernstein.

1523 *VIII. D. 28.* (*Y. II. 1. n. 21.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 191, 28·5×20·5 cm. d. m.

Petri de Crescentiis Ruralium commodorum libri XI.

f. 1ᵃ »Venerabili in Chr. patri . . . fr. Armerio de Placencia . . . Petrus de Crescenciis civis Bononie« × f. 191ᵇ »et ut conserventur, salsantur.«

Nota in operculo super. »pro II sexagenis« Vetus sign. Q, 29.

1524 *VIII. D. 29.* (*Y. I. 3. n. 2.*)

chart. saec. XIV (pars a. 1384) et XV ff. 133, 29·5×21 cm. d. m.

f. 1ᵃ—18ᵇ **S. Augustini** Soliloquium (sic pro: **Confessiones**). »Cognoscam te domine cognitorem meum« × »ut aquile canos meos.«

f. 18ᵇ—24ᵇ **Vita s. Catharinae.** »Tradunt annales hystorie« × »Et iam dies illuxerat tercia instat(?)« (cetera desunt).

f. 25ᵃ—73ᵃ **Honorii Augustodunensis Commentarius in Cantica canticorum** praecedente textu biblico. »Simoni donum sapiencie« × »sexaginta milies milia. Expliciunt cantica canticorum dom. **Petri predicatoris in Telcz** a. d. **1384** infra octavas epiphanie.«

f. 73ᵇ—95ᵇ **Arnesti archiepiscopi Pragensis Statuta synodalia a. 1349 cum Thomae Hibernici libro de tribus punctis religionis christianae.** (Libro perperam ligato legenda sunt hoc ordine: 73ᵇ, 86ᵃ—95ᵇ, 84ᵃ—85ᵇ, 74ᵃ—80ᵇ). His statutis inserta sunt

f. 80ᵇ—83ᵇ et 96ᵃ—96ᵇ **Johannis (VII) episcopi Olomucensis Statuta** in fine manca. »Johannes . . . episcopus Olomucensis universis abbatibus, prepositis« × (de baptismo) »matrimonium impediat vel dissolvat« (finis desideratur).

f. 97ᵃ—107ᵇ (anepigr.) **Dictionarium theologicum** in fine excisis multis foliis mancum. Abstinencia. »Duplex est abstinencia« × (choreatrices) »que ardebat per coreas.«

f. 108ᵇ—133ᵇ **Sermones diversi.** Quibus inserta sunt haec:

f. 124ᵇ—125ᵃ »Utilitas melodie psalmorum et oracionis psalmorum«.

f. 125ᵇ—130ᵇ **S. Bernardi Claraevallensis Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »O quam dura sunt ista, que loquor« (finis deesse videtur).

f. 132ᵇ (saec. XV.) »**Articuli de libris Mgri Wygleff« extracti.**

Operculis adligata sunt fragmenta membr. cuiusdam dictionarii theologici saec. XIII—XIV. Vetus sign. B, 13.

1525 *VIII. D. 30.* (*Y. II. 2. n. 47.*)

chart. a. 1407 ff. 394, 28×21 cm. 1 m.

Revelationum s. Brigidae libri VII cum libro ad reges.

f. 1ᵃ »Ad honorem summi patris . . . incipit liber celestis (sic) revelacionum et secretorum« × f. 394ᵇ »Explicit liber celestium revelacionum b. Brigide sponse Christi sub a. d. **1407** finitus III feria post Judica per manus **Thome**«.

Operculis adglutinata sunt fragmenta actorum iudiciariorum officialatus archiep. Prag. saec. XIV, in quibus occurrit officialis Nicolaus Puchnik. Vetus sign. J, 24.

1526 *VIII. E. 1.* (*Y. I. 1. n. 119.*)

chart. saec. XIV ff. 131 num., 21·5×15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—48ᵇ **Sermones de sanctis** (de s. Andrea) »Simili pena servus . . . Filius hominis condolens« × »signum est eterne dampnacionis. Rogemus dom. Sequitur de s. Ge« (cetera erasa sunt).

f. 49ᵃ—131ᵇ **Speculum humanae salvationis.** »Incipit prologus. Teste b. Augustino . . . Incipit speculum humane salvacionis . . . Incipit prohemium cuiusdam nove compilacionis« × »in perpetuum benedictus. Explicit liber de humana salvacione.«

Vetus sign. C, 6.

1527 *VIII. E. 2.* (*Y. III. 1. n. 32.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 41, 21·5×15 cm., 1 m.

Macer: De virtutibus herbarum cum commentario marginali et nominibus herbarum bohemice expressis.

f. 1ᵃ »Herbarum quasdam dicturus carmine Macer« (sic) × f. 38ᵇ »membrum quod leserit ignis. Expl. Macer expositor herbarum.«

f. 39ᵃ—41ᵃ Tabula herbarum alphabetica.

Foliis operculis adligatis inscriptae sunt variae notae theologicae.

1528 *VIII. E. 3.* (*Y. III. 1. n. 33.*)

chart. saec. XV ff. 187, 21·5×15·5 cm. d. m.

Sermones diversi maxima ex parte Husitarum doctrinas redolentes cum insertis infra recensitis.

f. 1ᵃ—35ᵇ **Sermones de sanctis contra clerum super Math. XXIV a. 1416—18 habiti.** »Preterita septimana habuimus ex evangelio« × »et ideo ab ypocrisi, karissimi, summopere est fugiendum.«

f. 36ᵃ—38ᵇ Notae de reliquiis, de peregrinatione, de persecutione.

f. 38ᵇ—40ᵃ (anepigr.) Quaestio »utrum homines existentes in peccato mortali nihil sunt et per consequens nec sunt sacerdotes« etc.

f. 40ᵇ—41ᵇ »**Sermo** Mgri Jacobelli« **(Jacobi de Misa de communione sub utraque)** super »Bibite ex hoc omnes.«

f. 42ᵃ—65ᵇ Sermones: de gula, in septuagesima, in sexagesima, in die Matthiae, in quinquagesima, in dom. Invocavit, Reminiscere, Oculi, in Anunciatione de superbia, in dom. Laetare de eadem, dom. in passione de ira, item de aliis peccatis.

f. 66ᵃ—67ᵃ Sermo de auguriis. »Fides catholica in evangelio expressata« × »fidem super terram.«

f. 68ᵃ—134ᵃ (anepigr.) **Expositio cap. 40 et 41 libri Job (de Antichristo).** »Stringit caudam suam quasi cedrum. Hic iterum notificat dominus dyabolum Antichristum« × »dicunt errorem et heresim.«

f. 134a—135b et 165a—168b **Sermo »de paciencia in persecucione«** (ut addit Edit. Norimb. II, 360, habitus in Bethlehem **in memoriam novorum martyrum Hus et Hieronymi).** »Dom. noster J. Ch. volens nos docere« × »via, veritas et vita, cui« etc.

f. 136b—142a (anepigr.) **Tractatus de memoria praecipue artificiosa.** »Nam secundum commentatores in libro de memoria et reminiscencia« × »sicut supra sepe tactum est.« Sequuntur tabulae.

f. 143a—148a Sermones duo, de nativitate et circumcisione Chr.

f. 148a—152b Notae theologicae et excerpta varia.

f. 153a—159b **M. Johannis Hus Sermo »pro defunctis«.** »Duplex est causa in genere« × »principalissimum fundamentum« (cf. edit. Norimb. 1558 II, 48).

f. 160a—164b **Eiusdem Tractatus de matrimonio.** »De matrimonio restat modo dicere« × »esse remotum. Hec August.«

f. 168b—170b Sermo de poenitentia. »Cum secundum August.«

f. 172a—173b Sermo de una electa. »Simile est regnum celorum thesauro abscondito. In verbis istis.«

f. 174b—175b Notae variae theologicae.

f. 176a—187b (binis col.) **Sermones aliquot paschales.**

f. 187b Notae de adoratione imaginum latino-bohemicae.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. cod. liturgici saec. XIV.

1529 *VIII. E. 4.* (*Y. II. 5. n. 11.*)

chart. saec. XV ff. 274, 21·5 × 16 cm. 1 m. cum init. pict.

Aristotelis Analyticorum posteriorum libri II cum notis interlinearibus.

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis hebraici, in quo occurrunt notae ad a. 1488 (quo M. Martinus de Poczatek) et 1495 (quo M. Mathias de Pelhrzimow libros poster. tractabant) spectantes. Ibidem subscriptus est »Karolus Mgri Kumpan.« (Johannis de Čáslavia.) Vetus sign. A, 2.

1530 *VIII. E. 5.*

chart. saec. XV ff. 196, 22 × 15 cm. d. m.

Quaestiones, disputationes, recommendationes novorum rectorum, magistrorum, baccalariorum magna ex parte in universitate Pragensi habitae.

Indigestae et perperam ligatae istius collectionis hae particulae suos habent auctores vel ad certas personas spectant:

f. 16a—18b et 31 (anepigr.) **M. Martini Cunssonis de Praga Recommendatio novi magistri Johannis de Rokyczana** (a. 1430 cf. LD. II, 8 et Věstník Č. A. 1900 p. 293).

f. 22a—? **Petri de Alvernia Quaestiones nonnullae.**

f. 83a—84a M. Johannis cuiusdam Recommendatio determinantis.

f. 140a—140b (initium deest) **M. Gregorii Leonis de Praga Recommendatio novi magistri Wenceslai Mirowecz** (a. 1408 cf. LD. I, 398).

1531 *VIII. E. 6.* (*Y. III. 1. n. 20.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 147, 22·5 × 15 cm. 1 m.

Lectura super Aristotelis libros meteororum.

f. 1a »Philozophia habet delectaciones admirabiles« × f. 147b »felicitas speculativa. Quam nobis concedat etc. Expliciunt bona dicta super librum Metherorum.«

Vetus sign. D, 58.

1532 *VIII. E. 7.* (*Y. III. 1. n. 17.*)

chart. saec. XV ff. 129 num., 22 × 16 cm. d. m.

f. 1a—35a **(Johannis de Przibram?) Tractatus de communione parvulorum cum responsione ad obiecta collecta.** »Ad honorem omnipotentis dei« × »Christo incorporatur. Hec ille.« Sequitur nota contradictoria alterius manus; similes notae sunt in marginibus. (Cf. cod. palat. Vindob. 4937.)

f. 35b—52b Diversae auctoritates pro eadem communione.

f. 53a—59b (anepigr.) **Regulae XX de communione sub utraque »iuxta monicionem seniorum concilii Constantiensis« oblatae.** »Oblaturus iuxta seniorum« × »et regis Romanorum prudencia provideat, predisponit.« (Est tractatus **Johannis Gerson** ed. ab Hardt II, 765 sq.)

f. 60a Excerptum ex epistola 34 Cypriani.

f. 61a—69a **Quaestio »utrum infantibus baptisatis divinissima eukaristia sub specie panis et vini debeat ministrari.** Arguitur, quod non« × »et idem facit decretum de Con. d. 4.«

f. 71b—73b Notae et excerpta de eadem materia.

f. 74a—84b Quaestio eadem atque f. 61a auctoritatibus variis suffulta.

f. 85a—96b **(M. Jacobi de Misa) Quaestio »utrum sub duplici forma sacramentali dominicam cenam digne et frequenter omnibus christifidelibus sumere sit necessarium ad salutem.** Arguitur, quod non« × »quam manducacio sacramentalis.« (Cf. cod. X. H. 10. f. 106.)

f. 237ᵃ—240ᵃ (anepigr., sec. tabulam:) **»Scriptum doctorum ex Ungaria contra communionem utriusque speciei.«** »Violatores canonum graviter« × »vitam in vobis.«

f. 240ᵇ—245ᵃ (secundum tabulam: **M. Petri Payne Anglici**) **»Replica contra Ungarum insulsum.«** »Quia quidam veritatis emuli« × »qui nos redemit in cruce.«

Ut docet tabula contentorum in operculo superiore, quam etiam nos passim secuti sumus, opuscula codicis initialia et finalia desiderantur. Vetus sign. C, ?

1568 *VIII. F. 14.* (*Y. I. 1. n. 16.*)

chart. a. 1330 ff. 154 num., 22 × 15 cm. 1 m.

Guilelmi (Occam? Alnevici?) ord. min. Quaestiones in IV libros Sententiarum.

f. 1ᵃ »Circa primum sentenciarum primo queritur: Utrum summe simplex possit esse subiectum« × f. 154ᵃ »Explicit . . . (lacuna ex rasura) super III. libro sentenciarum a fratre Gwilhelmo minore apud minores.«

In fronte f. 1ᵃ eadem manus, qua codex exaratus est, annotavit: »Iste reportaciones sunt a fratre legente sentencias in scola minorum Parisius a. d. 1330«. Item notandum librarium post quaestiones libri primi posuisse quaestiones quarti, dein secundi, postremo tertii.

f. 154ᵇ Figura circularis demonstrans vitam aut mortem aegroti cum expositione.

Codici praeligata sunt 2 folia membran. non num., quibus continetur registrum quaestionum manu paulo recentiore exaratum. In tertio praeligato haec nota occurrit: »Hoc est memoriale pro domino Ulrico de Constancia (?) pro tribus florenis de Florencia boni ponderis.«

1569 *VIII. F. 15.* (*Y. I. 2. n. 28.*)

chart. saec. XV (pars a. 1423) ff. 274, 22×15·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—68ᵃ (anepigr.) **Nicolai Boneti Commentarius in Aristotelis Metaphysicorum libros 1—9.** »Omnes homines, ymmo omnes nature intellectuales« × »quod dicitur de transcendentibus etc.« (Finis deest.)

f. 68ᵃ—73ᵃ (anepigr.) **Versus de diaetis.** »Testatur sapiens« × »qui bene digerit, ingerit, egerit, est bene sanus.«

f. 73ᵇ—74ᵇ »Tractatus de infirmitatibus humani corporis. Vide, o homo superbe« × »sicud est in wlneribus et huiusmodi.«

f. 75ᵃ Notae de febribus.

f. 76ᵃ—164ᵇ **Nicolai Boneti Theologia.** »Motor immobilis simpliciter primus« × »et eo frui in eternum. Explicit theologia tradita a rever. mag. Nicolao Boneti ord. fratr. minorum de provincia Thuronie.«

f. 165ᵃ—203ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Commentarius in X libros priores Praedicamentorum Aristotelis.** »Quoniam autem secundum ordinacionem subiectorum« × »Et in hoc terminatur tractatus de habitu et denarius librorum X predicamentorum vel priorum generum.«

f. 203/1ᵃ—271ᵃ **Eiusdem Philosophia naturalis.** »Quoniam autem sciendi et intelligendi naturale desiderium« × »Et in hoc terminatur liber philosophie naturalis rever. mag. et doctoris fr. Nicolai Boneti ord. fr. min. de provincia Turonie completus a. d. **1423** die 21 Junii Erphordie.«

f. 271ᵇ—273ᵃ Fragmentum quoddam incipiens: »In creaturis sunt quatuor signa principalia.«

f. 274 (anepigr.) **Carmen iocosum de Platone et »Sorte«** (sic pro: sorite). »Sortes in consortibus« × »in pace sint omnia.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis hebraici, in cuius fronte annotata sunt contenta libro. Item in operculo nota: »Materia Scotica per totum.«

1570 *VIII. F. 16.* (*Y. I. 1. n. 57.*)

chart. saec. XV (pars a. 1433) ff. 207, 22 × 14 cm. 2 m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—61ᵇ (anepigr.) **Summulae de propositionibus.** »Sciendum quod proposicio yppotetica« × f. 60ᵇ »Sed pro ultima conclusione harum summularum« . . . f. 61ᵇ »deducere cum profectu . . . Bud bohu chwala po wssyeczky wyeky wyekoma.« Sequitur lacuna excisa subscriptione, cuius tamen hoc fragmentum superest: »Et eodem anno nostri fuerunt Basilye et econtra« (= **1433**).

f. 62ᵇ—69ᵃ (anepigr.) **Tractatus de disputatione.** »Disputacio est actus syllogisticus« × (de fallaciis) »malum est malum.«

f. 70ᵃ—104ᵇ **Tractatus de categoricis** (Initium deest.) »tamen solum secundum loycos« × »Expl. tract. de kathegoricis finitus IV fer. in vigil. corp. Chr. in Luna« (**1433**).

f. 105ᵃ—207ᵇ (anepigr., cum initium deesse videatur) **Tractatus de propositionibus.** »Universalis est illa, in qua subicitur terminus communis« × »ut homo, angelus, asinus, lapis et sic de aliis.«

Cum opuscula supra recensita magna ex parte sint mutilata, magni momenti videtur esse titulus, quem bibliothecarius S. J. operculo superiori adglutinavit: »**Matthiae Engliss de Hnaticz** (seu potius **Hnatnycz**) **Summulae collectae de libris Johannis Wiclif et Johannis Thartis**«. Titulus hic utique apte convenit ad tractatum f. 1—61. (Matthias de Hnatnycz commemoratur in Lib. dec. I. 419.)

1571 *VIII. F. 17.* (*Y. I. 1. n. 21.*)

mixtus saec. XIV ex. ff. 169, 22·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—113ᵇ (anepigr. initio putredine vitiato). **Johannis de Parisiis (?) Correctorium corruptorii Summae Thomaeae adversus Guilelmum Lamarensem.** f. 5ᵇ: »Circa questionem 14 art. 11 calumpniatur. Ibi dicitur in responsione« × »Et sic patet, quomodo vere processit frater Thomas.«

f. 114ᵃ—123ᵇ (anepigr.) **Quaestio de anima Christi.** »Utrum beata Christi anima in eterna dei sapiencia congnoscat omnia congnoscibilia« × »Et hec sufficiant pronunc quousque per raciones etc. plura dicere . . . hic est finis.«

f. 123ᵇ—169ᵇ (anepigr.) **Defensio eiusdem quaestionis adversus quendam magistrum (Raz?)** »In determinacione huius questionis« × »Et hec ad raciones et ad obiecta Raz respondisse sufficiat, cui me humiliter recommendo, scio enim, quod pauca sunt ista et modici valoris in conspectu suo. Et sic est finis.«

1572 *VIII. F. 18.* (*Y. III. 4. n. 18.*)

chart. saec. XV (1415—34) ff. 267, 22 × 15 cm. d. m.

Praecedunt in fol. tribus truncatis non num. reliquiae cuiusdam tractatus de urinis.

f. 1ᵃ—12ᵇ (anepigr.) **Tractatus de pestilentia auctore »B«.** »In nomine etc. ego B. ex antiquorum et modernorum dictis« × »a morbo pernicioso homines absolvuntur.«

f. 13ᵃ—24ᵃ (anepigr.) **Tractatus de pulsibus eodem auctore.** »Cum cuiuslibet sermonis prolixitas . . . ideo ego B.« × »principium pluralitatis . . . A. **1415** finitus.«

f. 25ᵃ—62ᵇ **Rhasis Almansoris liber IX.** »Quando rubedo et tensio et gravedo« × »Expl. nonus liber Rasis, qui est de curis egritudinum tocius corporis . . . a. d. **1416** fer. V ante festum spiritus s. in collegio Regine civitatis Pragensis. Alleluia Nicolae.«

f. 63ᵃ—81ᵃ **Hippocratis Aphorismi.** »Vita brevis, ars longa« × »Et sic est finis amphorismorum domini Ypocratis . . . a. d. **1416** proximo die sabbato ante Bartholomei in alma univers. studii Pragensi in collegio Regine. Alleluia.«

f. 81ᵇ—146ᵃ **Avicennae Quarti canonis fen I. de febribus.** »Febris est calor extraneus« × »Expl. prima fen quarti canonis Avicenne a. **1417** Prage in collegio Regine.«

f. 146ᵇ—180ᵇ **Nicolai Salernitani Antidotarius.** »Ego Nicolaus rogatus« × »Finis adest Antidotarii sub a. d. **1417** dominica Respice proxima fer. II. ante nativitatem Marie in collegio Regine univ. Prag. Alleluia.«

f. 180ᵇ—191ᵃ **Avicennae Tractatus de pulsibus.** »Pulsus est motus« × »Et sic finis est de pulsibus Avicenne **1434**.«

f. 192ᵃ—199ᵃ (anepigr.) **Hippocratis Liber prognosticorum.** »Omnis, qui medicine artis studio« × »ordine preceptorum.«

f. 199ᵇ—210ᵇ (anepigr.) **Aegidii Corboliensis Versus de urinis.** »Dicitur urina« × »quam non sum tangere dignus.«

f. 211ᵃ—252ᵇ **Isaac filii Salomonis Liber urinarum a Constantino Africano translatus.** »In latinis quidem voluminibus« × »Expl. lib. urin. Ysaac fil. Salom. . . . scriptus et finitus per **Nicolaum de Zilina** a. **1431** fer. V ante palm. in collegio Karoli.«

f. 252ᵇ—261ᵇ **Johannicii Isagogae.** »Medicina dividitur« × »Expliciunt isagoge Johannicii.«

f. 262ᵃ—264ᵇ **Philareti Liber de pulsibus.** »Intencionem habemus« × »Expl. lib. Phil. de pulsium negocio.«

f. 264b—267a Notae de pulsibus.

Codex coopertus est fragmento membran. cuiusdam catalogi librorum saec. XIV.

1573 *VIII. F. 19.* (*Y. III. 1. n. 29.*)

membran. saec. XIV ff. 126, 23 × 17 cm. d. m.

(Guilelmi Britonis) Vocabularius biblicus.

f. 1a »Difficiles studeo partes, quas biblia gestat« × f. 126a (Zorobabel) »princeps inde exstitit. Verba sunt Ysidori Ethim. VII«. Sequitur epilogus metricus: »Hic ego doctorum compegi scripta sacrorum« × »velud unus eorum.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. cod. saec. XIII, in quo ternis columnis exarata sunt initia psalmorum.

1574 *VIII. F. 20.* (*Y. I. 1. n. 11.*)

chart. saec. XIV ex. (1395—98) ff. 194, 22·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1a—44a **Alberti Engelschalk Dicta super 4⁰ Sententiarum.** (Initium deest, »sequitur dist. 40«) × »Et sic est finis istius quarti sent. VI. fer. post festum corporis Christi sub a. **1398** . . . . reportata per **Wenceslaum de Praga, baccalarium** in artibus.«

f. 44b—46a **Quaestiones circa finem libri IV Sententiarum motae per MM. Nicolaum de Lutomyšl et Paulum Slakmbek** (sic pro Slakenwerde?).

f. 47a—50b (anepigr.) **Tractatus de sacramento eucharistiae.** »Hic calix novi et eterni testamenti« × »homines mundi et devoti.«

f. 50b—52a De beatitudinibus. De 7 donis spiritus s. Item notae historicae Bohemiam concernentes, ultima de allatis a. 1365 reliquiis s. Sigismundi.

f. 53a—64a (anepigr.) **Tractatus de differentia peccati venialis et mortalis.** »Nota, quod differencia est inter« × »si inulte potuisset.«

f. 64a—67a **Expositio orationis dominicae.** »B. Thomas de Aquino« × »Expl. glosa super Pater noster scripta IV fer. ante palmarum p. **W(enceslaum) baccalarium.**«

f. 67b—166a **(Henrici de Frimaria?) Expositio missae.** »Quoniam clamitat sapiens« × »Et sic est finis huius tractatus de exposicione misse cuiusdam solempnis doctoris de ordine predicatorum per ipsum recollectus et per **Wenceslaum baccalarium** reportatus sub a. d. **1395** fer. IV ante ostensionem reliquiarum.« (De auct. cf. cod. VI. D. 6.)

f. 166b—168b **Aristotelis Aenigmata.**

f. 169a—181a **Senecae Declamationes 37.** »In civitate Atheniensi« × »esset summe commendabilis.«

f. 181a—193b **Fulgentii Liber de imaginibus deorum.** »Cum antiqui plures deos« × »Expl. exposicio Fulgencii de ymaginibus deorum secundum fr. Robertum Alcoti (Holgot) . . . reportata per **Wenceslaum baccalarium** in die s. Vitalis.«

f. 194a Notae duae historicae, altera latina altera bohemica, utraque versificata, de impetu in Judaeos a. 1389 Pragae facto. **(Verše o bouři židovské v Praze r. 1389)** (Cf. Věstník Č. A. 1900 p. 295).

Vetus sign. A, 12.

1575 *VIII. F. 21.* (*Y. I. 1. n. 43.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 202, 22 × 16 cm. 1 m.

(Petri Eliae de Riga) Aurora. (Versus super Pentateucho, libris Judicum, Ruth, Regum, Tobiae, Job — quorum tamen finis deest — notis interlinearibus et marginalibus illustrati).

Operculis adligata sunt fragmenta chart. Actorum iudiciariorum archiep. Prag. saec. XIV. Vetus sign. H, 7.

1576 *VIII. F. 22.* (*Y. II. 4. n. 40.*)

chart. saec. XV ff. 409, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1a—11b **»Sermo Juliani (cardinalis) legati,** quem proposuit **coram concilio (Basiliensi) sabbato post epiphaniam.**« In fine: **»A. 1433** fer. IV post festum purificacionis« (sic). (Ed. Monum. conc. II, 299 sq.)

f. 11b—15a **»Responsum Bohemorum per Rokyczanam** eadem hora in eodem datum loco« (Martene & Durand VIII, 252).

f. 15a—15b »Protestacio sub qua omnia nostra pronuncciavimus facta.«

f. 16a—83b **»Collacio M. Johannis de Rokyczana in concilio Basiliensi« de communione sub utraque specie** (ibidem 262 sq.).

f. 84a—103a »De communione parvulorum« (videtur esse continuatio collationis praecedentis).

f. 104a—236b **»Posicio Johannis (Stojković) de Ragusio in concilio Basiliensi contra communionem utriusque speciei** de suburbanis inferni introducta.« (ed. ibidem 340 sq.).

f. 237a—317b »Incipit **Tractatus** (superscribitur: **»Przibram«) pro communione utriusque speciei quoad adultos et parvulos pro audientia concilii Basiliensis adaptatus.**« (Idem opus v: V. G. 6.)

f. 318a—361a **»Responsiones (Johannis) de Palomar decretorum doctoris et auditoris contra Mag. Johannem de Przibram a. 1437.**«

f. 362a—383a **»Posicio Johannis de Palomar contra Mag. Procopium« (de Plsna de utilitate communionis sub utraque).** (A. 1437.)

f. 384a—399b **»Mag. Procopii de Plzna in Basiliensi (concilio) proposicio« de communione parvulorum.** (A. 1437.)

f. 399b—409b **»Responsum** ad premissa auditoris« **(= Johannis de Palomar)** × »Expliciunt responsiones Mag. Johannis Polmar decretorum doctoris super proposicionibus datis a Mag. Procopio de materia ac communione parvulorum (sic) in concilio Basiliensi **a. 1437.**« (Cf. Monum. concil. II, 1063 sq.)

Vetus sign. A, 6.

1577 *VIII. F. 23.* (*Y. I. 2. n. 120.*)

membran. saec. XIII ff. 91, 22·5 × 16·5 cm. d. m.

f. 1ª—60ª **Johannis Damasceni De orthodoxa fide libri IV.** »Joh. presb. Damasceni liber primus incipit, in quo est tradicio . . . Carburgundice (sic) iudice sive (sic) Pisano . . . translatus . . . Deum nemo vidit« × »gaudium fructificantes.«

f. 60ᵇ—64ᵇ et 82ª—85ᵇ **(Aristotelis) »De causis proprietatum et elementorum quatuor« libri II a Mag. Girardo Cremonensi translati.** »Postquam premissus est sermo« × »volumus declaracionem. Expleti sunt duo tractatus in causis proprietatum.«

f. 74ª—81ᵇ et 65ª—73ª **Bernardi Claraevallensis Sermo (?) super »Missus est Gabriel«** × »opusculum destinavi.«

f. 85ª/₁—91ᵇ **»Isidori episcopi (Hispalensis?) Liber de homine et partibus eius.«** »Natura dicta ab eo, quod nasci aliquid faciat« × »ad mortis terminum pervenit. Explicit liber de homine.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. codicis iuridici saec. XIII—XIV (Speculi Saxoniae?), in quo singula capitula etiam germanice inscribuntur. Eidem operculo adglutinata est **Icon xylographica repraesentans annunciationem b. Mariae**, cui a possessore libri inscriptus est a. 1462. Possessor hic fortasse erat Mag. Wenceslaus Koranda. Vetus sign. B, 10.

1578 *VIII. F. 24.* (*Y. I. 2. n. 136.*)

membran. saec. XII ff. 78 num. (recte 79), 23 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—39ª (anepigr.) **Tractatus de virtutibus et vitiis 60 cap. continens.** (Initium deest). Incip. cap. 3 »de observatione cordis et linguę« × cap. 60 »de studio legendi« . . . »interior homo nutritur et pascitur.«

f. 39ª—40ª (anepigr.) Carmina tria incipientia: 1) »Virtus est animę,« 2) »Tollimur e medio,« 3) »Melchisedech domino.«

f. 40ª—43ª **»Versus Arbonis super orationem dominicam.** Inclite presul aue« × »tollere quemque locis. Dignus est operarius mercede sua.«

f. 43ᵇ Cantio de b. virgine neumata (= Mone 617).

f. 44ª—76ᵇ **S. Basilii Liber de institutione monachorum (= Regula).** Incipit prologus Rufini: »Satis libenter, karissime frater Ursaci.« Incipit prologus s. Basilii: »Humanum genus diligens deus« × »sufficientia nostra ex deo est. Expl. regula s. Bas. episcopi.«

f. 76ᵇ—78ᵇ (anepigr.) **Altercatio amoris dei cum amore seculi.** »Utinam ad desideratas aliquando« × »cum sanctis possit coronare . . . . Calrior aurora, pro nobis omnibus ora. Scribere cum penna doceat me sancta Maria.«

Nota in fol. ultimo non num. manu saec. XII—XIII inscripta: »Liber dom. Conradi in Croscena, quem concessit dom. Egidio in Paradiso, quod si moritur ante repetitionem, domus sit.« Alia nota in f. 78ᵇ manu saec. XIV: »Liber Mgri B. emptus a Baptista pro VII gr.«

1579 *VIII. F. 25.* (*Y. I. 2. n. 140.*)

membran. saec. XIV ff. 154, 23 × 17 cm. 2 m.

Sermones quadragesimales triplices.

I. collectio:

f. 1ª—40ª »In die cinerum. Thesaurizate vobis thesauros . . . st celestes thesauri signant« × »ab ira per ipsum.«

II. collectio:

f. 41ª—93ᵇ »In die cinerum. Cum ieiunatis . . . Quia homo quantum ad se deordinatur« × »essenciam, virtutem et operacionem. Ergo etc.«

III. collectio:

f. 94ª—154ª »In die cinerum. Cum ieiunatis . . . Quia hodie instat tempus ieiunii« × »compaciebantur ei. Rogemus.

Nota in fol. praeligato: »Ex Oybinensi monasterio.«

1580 *VIII. F. 26.*

chart. a. 1756—1773 ff. 51 num., 23 × 18 cm. d. m.

Rationes procuratoriae provinciae Bohemiae Societatis Jesu cum residentia eiusdem Societatis in Sacro Monte a 1. jan. 1756 usque ad ultimam Junii 1773.

Codex a. 1853 bibl. donatus.

1581 1582 *VIII. F. 27. a & b.*

chart. saec. XIX ff. a 498, b 510, 21 × 17 cm. 1 m.

Praxis iuridica austriaca civilis regnum Galiciae imprimis concernens. (Praelectiones in universitate Leopolitana habitae esse videntur.)

Codices hi una cum libris prof. Tuna a. 1863 bibliothecae obtigerunt.

1583 *VIII. G. 1.* (*Y. II. 4. n. 60.*)

chart. a. 1566 ff. 296 num., 20 × 15 cm. d. m.

Annotationes in evangelia dictatae ab erudito viro D. Magistro Paulo Philopatris Melniceno Zacae a. 1566, 16. Novembr. His inserta est

f. 258ª—275ᵇ **Eiusdem auctoris Explicatio in hymnum »Veni redemptor gentium« cum interpretatione istius hymni bohemica.** (De auctore cf. LD. II, 395.)

1584 *VIII. G. 2.*

chart. saec. XIV ff. 51, 20·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—23ª (anepigr.) **Henrici de Frimaria Expositio decretalis Innocentii III de celebratione missae.** »Cum Marthe. Quia ius constitucionis maxime sacrorum canonum« × »si digne debeat exerceri. Expliciunt tituli opusculi prelibati.«

f. 23ª—47ᵇ **Expositio super canonem missae.** »Videte, quomodo caute ambuletis« × »nec in cor hominis ascendit . . . Expl. expos.« etc. ut supra.

f. 47b—51b (anepigr.) **Quaestio de indulgentiis.** »Queritur, utrum indulgencie date in hac vita possint subvenire animabus in purgatorio.«

Codicem recens. Schulte, Canon. Handsch. p. 49. Ex veteri bibl. S. J. Clement., cuius tamen signatura codice vitiato legi non potest.

1585 *VIII. G. 3.* (*Y. II. 3. n. 57.*)

chart. saec. XIV ff. 60, 20·5 × 14·5 cm. 1 m.

Boethii Libri de consolatione philosophiae cum notis interlinearibus et marginalibus.

Sequuntur f. 54—60 notae variae philosophicae manibus recentioribus additae. Vetus sign. A, 95.

1586 *VIII. G. 4.* (*Y. III. 3. n. 56.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 95, 20 × 15 cm. 1 m.

Gualteri (?) Liber de arte amandi.

f. 1a »Cogit me multum assidua tue dileccionis instancia, Gwaltere, venerande amice« × f. 95a »nescimus diem neque horam. Explicit Gwalterus de arte amandi stilo rethorico et multum ornato compilatus.«

f. 95b (alia manu coaeva — anepigr.) **Gualteri Mapest (?) Carmen rhythmicum de non ducenda uxore,** incip.: »Sit deo gloria, laus, benediccio« (cuius finis deest).

Maxime dubium est, an Gualterus sit auctor libri de arte amandi, si praefationem et epilogum respicimus. In operculo super. extrinsecus occurrit nomen fortasse possessoris libri »Symon Rokyczana.« Vetus sign. K, 24.

1587 *VIII. G. 5.* (*Y. II. 6. n. 5.*)

membran. saec. XIII/XIV ff. 190, 19·5 × 14 cm. 2 m.

f. 1a—94b **Raymundi de Pennaforte Summa de poenitentia.** »Quoniam, ut ait Jeronimus« × »percipite regnum. Expl. summa fr. Raimundi ord. pred.«

f. 95a—108a **Eiusdem Summa de matrimonio.** »Quoniam frequenter in foro penitenciali dubitaciones« × »sicut ibi dicitur. Expl. sum. de matr. condita a M. Ramundo.«

f. 109a—109b **Bonifacii VIII Bulla de interdicto observando data** $^{3}/_{3}$ **1298.**

f. 109b—110b **(Dini de Rossonibus) Regulae iuris 1—51.**

f. 110b—166a **»Summa de casibus Raymundi« compendiose perstricta.** »Quoniam nimia prolixitas« × »inveniet comparacionem. Explicit summa de casibus.«

f. 166b—174a **»Summa de matrimonio«** (etiam compendiose perstricta.) »Quoniam in foro penitenciali circa matrimonium frequenter diversi casus oriuntur« × »Expl. summa de matrimonio.«

f. 174a—189a **Ordinarius parvus.** »Quia causarum decisio« × »Expl. ordinarius parvus.« (Ed. Wahrmund, Arch. f. kat. K. 81 p. 3 sq.)

f. 189a—189b Forma testamenti a. 1243 erecti.

f. 189b—190b Registrum summae compendiosae f. 110b—166a.

Titulus libri in operculo super. hic est: »Summa cum ordinario parvo fratris Remundi.« Nota recentior intrinsecus eiusdem operculi: »Iste liber est Pauli de Slauicowicz, qui debet dari ad librariam post mortem« (cetera a tineis corrosa sunt). Vetus sign. C. 2 or. 5 K. Schulte Canon. Handsch. codicem hunc non recensuit.

1588 *VIII. G. 6.* (*Y. III. 1. n. 65.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 109, 20·5 × 15 cm. d. m.

f. 1a—57a (anepigr.) **Johannis Wiclif Tractatus de universalibus.** Praecedit registrum: »Libellus de universalibus continet 15 cap.« . . . f. 3a »Inpugnando errores de universalibus« × »aperit aggressuros.«

f. 57a—79b (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de materia et forma.** »Cum materia et forma sint universalia« × »essencia preter deum, qui sit benedictus in s. s.«

f. 80a—84a »Sequitur **Posicio rever. Mag. Stephani de Palecz,** quam in quolibet determinavit: **Utrum universalia habeant solum nude pure esse«** × »Et sic est finis istius posicionis Mgri Stephani.«

f. 84a—85b **Johannis (Hus)** de Husinecz **Positio: »Utrum materia prima nunc sub una forma substanciali et nunc sub alia existens sit informis«** × »quod non sit iustus, igitur etc. Et sic est finis huius posicionis.« Sequuntur notae de universalibus.

f. 86a—109b (anepigr.) **Johannis Wiclif Tractatus de compositione hominis.** »Tria movent me tractare« × »et alibi satis sepe. Explicit de hominis composicione.«

Cod. recens. Beer in praef. edit. »Tractatus de compos. hom.« p. VIII. Operculis adligata sunt fragmenta chart. actorum iudiciariorum archiep. Prag. saec. XIV. Vetus sign. J, 6.

1589 *VIII. G. 7.* (*Y. III. 6. n. 97.*)

chart. saec. XVII—XVIII ff. 171, 21 × 16 cm. d. m.

Collectio indigesta poematum latinorum et germanicorum a patribus S. J. et eorum discipulis conscriptorum saec. XVII—XVIII, quibus accedunt variae notae scholasticae.

1590 *VIII. G. 8.* (*Y. I. 1. n. 112.*)

membran. saec. XIV ff. 72, 21 × 14·5 cm. d. m. cum init. pict.

»Pantheon« (de virtutibus et vitiis libri IV exemplis illustrati — in fine mutilati).

f. 1a »Incipit liber Pantheon i. e. totus divinus . . . Quoniam ordinare materias edificacioni et saluti animarum utiles, quam in hoc opere intendimus« × f. 72b (lib. IV cap. 13 de temerario iudicio) »rogavit dominum, ut ostenderet« (cetera desiderantur codice mutilato).

Opus hoc ab homonymo opere Godefridi Viterbiensis omnino discrepat! Cf. Pertz Archiv IX p. 472. Nota in operculo inferiore: »Istum librum fr. Theodorus ord. fratr. min. quondam capellanus dom. Rigensis archiepiscopi portavit vener. dom. Arnesto Prag. archiepiscopo primo dignissimo, et pertinet ad fratrem . . . (nomen erasum) ord. predicti minorum, qui nunc est predicator in Hradecz.« Vetus sign. C,? Cf. Balbini Boh. docta III, 121.

1591 *VIII. G. 9.*

chart. saec. XIV ex. ff. 101, 21×15 cm. d. m.

f. 1a—34a (anepigr.) **Thomae de Aquino Expositio cantici canticorum.** »Salomo inspiratus« × »et ibi ascendit, regnat et regnabit in s. s.«

f. 34a—101b **Eiusdem Tractatus de sacramento altaris.** (Post registrum:) »Venite, comedite« × »vite que in futuro et nunc est, ad quam nos perducat« etc. »Expl. tract. s. Thome de Aquino, doctoris egregii.«

1592 *VIII. G. 10.* (*Y. II. 4. n. 59.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 104 num., 21×15 cm. d. m.

f. 1b—7a **Cypriani episc. et mart. Liber de XII abusivis saeculi.** »Duodecim sunt abusiva seculi« × »sine Christo in hoc tempore.«

f. 7a—10a **Senecae (vel potius Martini Braccarensis) Liber de IV virtutibus cardinalibus.** »Incipit liber de formula vite honeste . . . Quatuor virtutum species« × »contempnat ignaviam. Expl. liber, qui intitulatur formula honeste vite.«

f. 11a—16a Notae variae theologicae (de reverentia orationis, de lectione, de caritate, de obedientia etc.).

f. 16b—18a Tabulae computisticae: Dionysii parva, Bedae, Fungonis, Coboldorum.

f. 19b—52a **Bernardi Claraevallensis Liber de contemptu mundi.** »Dom. et patri suo Petro abbati . . . Bernhardus eius filius . . . Hora novissima« × »salvi non possumus esse.«

f. 52a—53a **Eiusdem Expositio de quatuor filiabus regis aeterni.** »Quoniam recencia quidem magis placent« × »et sic misericordia et veritas obviaverunt sibi.«

f. 53b—62a **Mag. Baiolardi Liber de sacramento corporis Christi.** »Quisque nostri redemptoris . . . Panis in altari« × »quo suus auctor abivit. Expl. liber de sacramento dom. n. J. Chr.«

f. 62a—62b »De numero algorismi notabilia sive regule.«

f. 62b—68a Notae variae theologicae.

f. 68b—72a Floriger ex libris s. Augustini.

f. 72b—81b Notae et excerpta theologica varia.

f. 81b—82b Notae computisticae de indictione, epactis, concurrentibus.

f. 82b—84b Excerpta theologica varia.

f. 85a—88a **Expositio orationis dominicae.** »Pater. Thomas de Aquino, non dominus, quia amari appetit« × »affectu dicenda est. Expl. exposicio dom. oracionis multum bona.«

f. 88b—97b Notae variae theologicae.

f. 98b—102b **S. Hieronymi presb. Homilia de religiosis** super »Ecce nos reliquimus omnia.«

f. 102b—104b Notae theologicae variae.

Libro praeligata sunt 3 ff. non num., quibus manu saec. XV exaratum erat registrum contentorum, sed ista folia cultro truncata sunt.

1593 *VIII. G. 11.* (*Y. I. 1. n. 135.*)

membran. a. 1400 ff. 34, 21×14·5 cm. 1 m. cum. init. pict.

Francisci Petrarchae Carmina bucolica.

Ut inscriptione in operculo sup. edocemur, praeter bucolica codice hoc olim continebantur eiusdem auctoris »epistolae sine nomine,« sed pars haec excisa est. Secundum eandem inscriptionem liber hic a. 1400 scribi procuratus est per Mag. Johannem Cardinalem de Reynstein. Vetus sign. T. 19.

1594 *VIII. G. 12.* (*Y. III. 3. n. 78.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 85, 21×15 cm. 1 m.

Quaestiones in Aristotelis Ethicorum libros I—V.

f. 1a »Utrum de virtutibus sit sciencia? Respondetur quod sic« × f. 85b (libr. V quaestio 25) »repugnat operi iusticie, medicine non.«

Vetus sign. C, 11.

1595 *VIII. G. 13.* (*Y. III. 1. n. 59.*)

chart. saec. XV ff. 245, 22×16 cm. d. m.

f. 1a—79a **Anselmi episc. Havelbergensis Liber anticimenon i. e. contrapositorum (adversus Graecos)** ad Eugenium papam II. »Eugenio dom. . . . pape Anselmus pauper« × »Olongraphi quod est totum scribatur. Scriptori pro precio detur sempiterna benediccio . . . A ktomu pomoz swata Maria yswatha Katherzyno.«

f. 79b—82a (anepigr.) **Tractatus contra communionem sub utraque.** »Nisi manducaveritis . . . Notandum, quod nonnulli« × »ex mandato dei. Hec ille. Et sic est finis.«

f. 82b Notae de unitate ecclesiae »Slyss to Wyglefiku bludny«.

f. 83a—92a **»Tractatus sacri concilii Constantiensis«** (apud Hardt III, 779 **Mauritii de Praga) contra communionem sub utraque.** »Apostolica docet sentencia« × »qua choruscant. Et sic est finis huius tract.«

f. 92a—96b **»Differencie ecclesiarum« cum auctoritatibus sanctorum doctorum.** »Ecclesia eterna« × »unus ex vobis dyabolus est.«

f. 97a—118a **Epistola anonymi ad quendam praedicatorem Pragensem de obedientia et communione.** »Pro salutacione« × »in desiderio salutis omnium animarum christianorum.« (Hardt III, 338.)

f. 118b **Thomae archiepiscopi Cantuariensis Epistola data »Korkewe 8 maii 1411«, haeresin Wiclifi improbans.** (Höfler, Geschtschr. II, 193.)

f. 118b—119a (anepigr.) **Carmen querulum de misero statu clericorum et adversus Philippum legatum.** »Dolens gemensque clamor.«

f. 120b **»Píseň sv. Martina«** (vyd. Hanuš, Malý Výb. 97).

f. 121a—173a **Acta concilii Basiliensis cum Bohemis.**

[f. 121a **Johannis de Palomar Propositio ad congregationem regni Bohemiae 13. iunii 1433** (apud Carlerium De legationibus — Monum. concil. saec. XV—I, 407).

f. 125b **Responsum M. Johannis de Rokyczana** (ibidem 414).

f. 128b **Responsum Procopii Rasi** (ibidem 419).

f. 129ª **Johannis de Palomar Sermo responsalis** (ibidem 423).

f. 134ᵇ Responsio Bohemorum (ibidem 434).

f. 137ᵇ »Sensus Bohemorum super IV articulis suis datus ad optata legatorum Basiliensium.« (Martene & Durand VIII, 601.)

f. 139ᵇ »Sensus IV articulorum ex parte Basiliensium« (Monum. I, 431).

f. 143ª **Aegidii Carlerii Propositio facta 4 iulii (sic) 1433** (ibidem 380).

f. 146ᵇ **Johannis de Rokyczana Sermo in congregatione 13. iunii 1433 habitus.**

f. 153ª **Johannis de Palomar Propositio** (eadem atque f. 121ª).

f. 158ᵇ **Responsum Rokyczanae** (idem atque f. 125ᵇ).

f. 170ᵇ **Sermo Johannis de Palomar** (= Initium propositionis in f. 121ª et 153ª absolutae — ibidem 399).]

f. 171ª—180ᵇ (anepigr.) **Sermo de novis martyribus (Hus et Hieronymo et 3 iuvenibus decollatis)** (edit. Norimb. 1558, II, 360).

f. 180ᵇ—182ᵇ **Revocatio fr. Petri de Uniczow a. 1417** (ibidem II, 365).

f. 182ᵇ—184ª **Epistola universitatis Pragensis de communione calicis data a. 1417** (ibidem II, 364).

f. 184ᵇ—185ᵇ **Articuli accusatorii contra Hus in concilio Constantiensi a Stephano de Palecz propositi** (carentes initio!) **cum responsis Joh. Hus** (Palacký, Documenta p. 222—224).

f. 186ª—197ª (anepigr.) **(M. Johannis de Příbram?) Tractatus de sacramentis et ritibus contra adversarium quendam Taboriensem.** »Ad occurrendum homini insano« × »manuducere fratres ad legem Christi. Hec doctor ewangelicus super predicto cap. Act. XV.«

f. 198ª—208ª **Epistolae quaedam Clementis papae ad Jacobum Hierosolimitanum episcopum (spuriae).**

f. 210ª—232ᵇ **Sermones diversi**, imprimis adventuales **(husitici).**

f. 233ª—239ª **Senecae Epistolae aliquot et fragmentum de IV virtutibus cardinalibus.**

f. 239ª—245ᵇ **S. Hieronymi Epistolae quaedam.**

1596 *VIII. G. 14.* (*Y. III. 4. n. 12.*)

chart. a. 1426 ff. 162, 22·5 × 16 cm. 1 m.

Alani ab Insulis Anticlaudianus cum commentario marginali et interlineari, praecedente summario glossis instructo.

f. 1ª—11ᵇ Summarium. »Magister quondam Alanus« × »Expl. summaria sentencia Anticlaudiani a. d. **1426** in vigilia s. Galli fer. III.« (Ex Vindobon. et nostro cod. ed. Patera, Svatovítský rkp. p. 338 sq.)

f. 13ª Prologus. »Cum fulminis impetus« . .

f. 15ª »Auctoris mendico stilum« × f. 162ᵇ »Irruit, insurgit, convicia dedricus instat« (finis deest).

Vetus sign. K, T, 44.

1597 *VIII. G. 15.* (*Y. III. 3. n. 64.*)

chart. saec. XV ff. 172 num., 22 × 16 cm. 2 m.

Sermones de sanctis, passim bohemice interpolati et glossati.

f. 2ª (De s. Jacobo) »Potestis bibere calicem . . . Quia olim per stulticiam mulieris« × f. 172ª »si amor ad regnum non trahit vel minuet etc.« (sic — finis deesse videtur).

Vetus sign. O, 101.

1598 *VIII. G. 16.* (*Y. III. 3. n. 54.*)

chart. saec. XV et XVI ff. 99, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—73ª (saec. XVI) **Passio Christi secundum IV evangelistas perpetuis notis musicis instructa.**

f. 73ᵇ—76ᵇ (saec. XVI) Invitatoria notis musicis instructa.

f. 77ª—83ª (saec. XVI) Lectiones in festo archangeli Gabrielis.

f. 84ª—99ª (saec. XV) **Sermones de sanctis communes.**

f. 99ᵇ (saec. XV—XVI) Sermo de s. quinque fratribus fine carens.

Operculo super. adligatum est fragmentum literarum bohemicarum ad quendam Balczarum datarum saec. XVI—XVII.

1599 *VIII. G. 17.* (*Y. III. 4. n. 9.*)

chart. saec. XIV ff. 63, 22·5 × 16 cm. d. m.

Sermones diversi (quorum registrum manu saec. XV exaratum est in fol. ultimo non num.)

Auctores perhibentur tantum duorum sermonum: 1) f. 48ᵇ »De s. Johanne Bapt.« »Mag. Franciscus«, 2) f. 56ᵇ »de s. Paulo« »Batularius clericus excellens.«

Codex coopertus est fragm. bullae papalis gratiosae de canonicatu Brunensi disponentis saec. XIV in.

1600 *VIII. G. 18.* (*Y. III. 4. n. 13.*)

chart. saec. XV (pars a. 1418) ff. 169, 22 × 16 cm. d. m.

Nicolai de Lira Postilla super Isaiam, Jeremiam, Threnos.

f. 1ª »Isa. 1⁰ Visio Ysaie filii Amos . . . Premittitur commune brevis prefacio« × f. 98ª (cap. 21) »infallibiliter adimpletur« (cetera Isaiae cap. desunt).

f. 157ª »Explicit Lira super Jeremiam simpliciter secundum textum . . . finitus a. d. **1418** per manus **Thome de Karinthea** (?) fer. IV ante festum purificacionis.«

f. 169ª (finis Threnorum) »miserere (sic) et parcere, qui vivis et regnas« etc.

Operculo infer. adligatum et inter ff. 157 & 158 inligatum est unum fol. actorum iudiciariorum archiep. Prag. a. 1394 (quod ed. Tadra, Soudní akta VII, 232).

1601 *VIII. G. 19.* (*Y. III. 3. n. 63.*)

chart. saec. XIV ff. 81, 23 × 15 cm. d. m.

f. 1b—3a Notae variae physicae.

f. 4a—46b »**Questiones de motu Parisius disputate.** Omnem motum successivum« × »Expl. questiones« etc. u. s.

f. 47a—64b »Incipit **Perspectiva** Mag. Rydigeri Bachon« **(Rogerii Baconis).** »Tractatus perspective habens 3 partes« × »non posset sustinere. Explicit perspectiva Rydigeri Bakkon.«

f. 66a—68a **Tractatus de uniformitate et difformitate.** »Quia formarum latitudines« × »ideo transeo. Expl. tractatulus de unif. et diff.«

f. 68a—71a »**Sophismata** 38 pulchra.«

f. 71a—73b Excerpta de latitudinibus »ex quodam tractatu Erfordie tradito, in quo alique conclusiones continebantur.« (Insuper rubricatum: »Gregorius«.)

f. 74a—74b »**Sophismata** quedam collecta a Gregorio ex quodam libro incorrectissimo.«

f. 75a—75b »Explicit quoddam collectum satis pulchrum de sensu composicionis et divisionis proposicionum multiplicium, quod collegi ex quodam tractatu novo, aliquantulum incorrecto.«

f. 76a—76b Notae variae.

f. 77a—79b »**Notabile pulchrum circa fallacias** unius moderni **magistri« Adolfi.** × »Expl. quedam colleccio sophismatum brevium et facilium circa textum fallaciarum, que collegi ex textu fallaciarum mag. Adolfi.«

f. 80a—81b »**Sophismata** antiqua et rara nec non profunda« (quorum unum Mag. Ulrici de Wyenna).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. libri liturgici saec. XIII.

Vetus sign. D, 55.

1602 *VIII. G. 20.*

chart. saec. XVII ff. 278, 20 × 16 cm. 1 m.

Notabilia theologica et philosophica a patre quodam S. J. ex diversis libris excerpta et secundum materias in fronte foliorum annotatas digesta.

1603 *VIII. G. 21.* (*Y. I. 1. n. 107.*)

membran. saec. XIV in. ff. 101, 20 × 15 cm. 2 m.

f. 1a—72b **Henrici (Merseburgensis) Summa decretalium.** (Post versus titulorum memoriales) »Sicut dicit lex« × »corrigat et emendet et deo gracias agat.«

f. 73a Arbor consanguinitatis.

f. 74a—101b **Aegidii de Fuscarariis Ordo iudiciarius.** »Incipit ordo iudiciarius editus per Mag. Egidium . . . Ego Egidius de Faltariis (sic)« × »peticioni partis adverse respondeo.«

Vetus sign. B, 29. Codicem hunc recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 49.

1604 *VIII. G. 22.*

chart. saec. XVIII ff. 145 (281 pp. num.), 20·5 × 16 cm. 1 m.

»Vitae aliquorum nobilium convictorum Seminarii Romani a P. Josepho Patrignani S. J. conscriptae.«

1605 *VIII. G. 23.* (*Y. III. 4. n. 26.*)

chart. saec. XV in. ff. 234, 20·5 × 15 cm. 2 m.

f. 1a—84a **Johannis Wiclif Tractatus de universalibus.** »Libellus de univers. continet 15 capit. . . . Cap. I: »Inpugnando errores« × »aperit aggressuros. Expl. lib. de univ. Mag. J. Wikleph.«

f. 84a—138b **M. Stanislai (de Znojma) Universalia.** »Cum multis in philosophia prima famosis« × »subiacet sue regie magestati. (rubr.:) Universalia Mag. Stanislai.« (Tractatus hic alibi **Johanni Wiclif** attribuitur.)

f. 139a—180a **Eiusdem Stanislai Tractatus de vero et falso.** »De vero et falso aliqua generaliter pertractare« × »est omnia didicisse· Explicit tractatus de veritatibus rever. mag. Stanislay de Znoyma.«

f. 180b—211a (anepigr.) **Tractatus de felicitate.** »Multi conati sunt de felicitate philosophari« × »in gaudium domini dei sui. Expl. tract. de beatitudine et felicitate.«

f. 211b—234b **Johannis Wiclif Tractatus de materia et forma.** »Cum materia et forma sint universalia« × »aliquam essenciam preter deum, qui . . . Expl. libellus de mat. et forma Mag. Johannis veri katholici sacreque pagine professoris egregii.«

Vetus sign. B, 9o.

1606 *VIII. G. 24.* (*Y. III. 3. n. 71.*)

chart. saec. XV ff. 125, 21·5 × 16 cm. d. m.

f. 1a—37a **Tabulae de mediis et veris motibus planetarum per Petrum Cruciferum compilatae et ad meridianum Pragensem redactae.** »Tabula augium et stellarum fixarum« (ad calcem: Iste sunt tabule facte et redacte ad merid. Prag . . .) × »Expl. thabule de mediis et veris motibus planetarum per P. Cruc. compilate.« (Primus annus in tabulis occurrit 1428.)

f. 38b—60a »**Tabula minucionum proporcionabilium pro diebus intermediis in Almanach faciendis**«.

f. 60b—64b (anepigr.) **Explanatio tabularum praecedentium.** »Girum recensendo« × »et tantum de canonibus thabularum resolutarum.«

f. 64b—66a Notae variae astronomicae.

f. 66b—69b Tractatus »de regulis multiplicandi atque dividendi in calculo.«

f. 70a—86a **Johannis de Sacrobosco Computus ecclesiasticus seu Massa computi cum prologo prosaico et notis marginalibus.** »Licet modo in fine temporum« . . . »Aureus in Jano numerus« × »habeto coevos. Expl. comp. ecclesiasticus.«

f. 86b—91b Notae astronomicae variae et tabellae computisticae.

f. 92ª—123ª **Johannis de Sacrobosco Computus philosophicus.** »Compotus est sciencia« × »quod nos hinc fructificemus. Chwala Bohu. Explicit philosophicus Mag. Joh. de Sacrobusto.«

f. 123ᵇ—125ᵇ Notae astronomicae.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici saec. XII.

1607 *VIII. G. 25.* (*Y. III. 3. n. 48.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 116, 21·5×14 cm. 1 m.

»Rubrica Pragensis (= ordo officiorum divinorum) **de tempore et de sanctis.«**

f. 1ª »In adventu domini prima dominica. Super psalmos feriales. Antiphona: Gaude et letare« × f. 116ª »ad utrasque vesperas responsorium canitur. Et sic est finis. Explicit rubrica Pragensis de tempore et de sanctis.«

Notae coaeva in operculo super.: »pro 8 gr.«

1608 *VIII. G. 26.* (*Y. I. 1. n. 74.*)

chart. saec. XV ff. 147, 21×16 cm. 1 m.

Expositio epistolarum canonicarum Johannis et Judae (partim M. Johannis Hus).

f. 1ª—2ª »Collecta super canonicas Joh. et Jude. Karissimi, diligamus nos invicem . . . Considerantibus nobis.«

f. 2ᵇ (Textus:) »Quod fuit ab inicio« . . . (expos.:) »Glossa ordinaria: In hac epistola fidei et caritatis« × f. 147ᵇ »ad viam veritatis reducere consueverunt. O beata et benedicta et gloriosa trinitas« etc.

Hoc opus aliqua ex parte cum expositione **Johannis Hus** (edit. Norimberg. 1558 II, 195) concordat, maiori ex parte discrepat.

1609 *VIII. G. 27.* (*Y. III. 3. n. 68.*)

chart. saec. XV ff. 147 (perperam num.), 22×16 cm. d. m.

f. 1ª—7ª **Johannitii Isagogae.** »Medicina dividitur« × »mali bonive discrecio. Expliciunt ysagoge Johannicii«.

f. 7ᵇ—8ᵇ Species pulsuum.

f. 9ª—10ᵇ **Philareti Liber de pulsibus.** »Intencionem habemus« × »ad presencia. Expl. lib. Philar. de pulsibus.«

f. 11ª—18ᵇ **Hippocratis Aphorismi.** »Vita brevis, ars longa« × »plus peiorabitur. Et sic est finis amphorismorum.«

f. 19ª—24ª **Eiusdem Liber prognosticorum.** »Omnis qui medicine artis studio« × »ordine preceptorum. Explicit liber prognosticorum.«

f. 25ª—29ª **Johannis Damasceni (Serapionis filii) Aphorismi medici ab Isidoro commentario instructi.** »Liberet te deus, fili amantissime« × »Expl. aphorismi J. D., quos commentisavit Ysydorus.«

f. 29ª—39ᵇ **Hippocratis Regimenta (sic) acutorum.** »Qui de egrotancium accidentibus« × »conveniens est. Expl. regimenta acutorum.«

f. 40ª—43ᵇ (anepigr.) **Recommendatio astronomiae.** »Astronomia est sciencia ad sciendum deum« × »loco thematis assumpta. Et sic est finis huius.«

f. 44ª—49ᵇ **Aegidii Corboliensis Versus de urinis.** »Dicitur urina« × »Musa labore. Expl. versus Mag. Egidii de urinis.«

f. 49ᵇ—50ª Notae de coloribus urinarum.

f. 51ª—62ᵇ (anepigr.) **Descriptio aegritudinum.** »Alopicia. Eiusdem sunt speciei« × »et cura istius soli deo reservatur.«

f. 63ª—74ᵇ **Ptolomaei Centiloquium commentario Ali Abenrudiani illustratum.** »Dixit Ptholomeus« × »in libro metherorum et sic de aliis. Explicit centiloquium Ptholomei.«

f. 75ª—110ª **Alkabicii Liber »introductorius ad librum iudiciorum astronomie« interpretatus a Johanne Hispalensi.** »Postulata a domino prolixitate vite« × »qui dicitur alkabra ad magisterium iudiciorum astrorum . . . interpretatus a Joh. Hyspalensi . . . Expl. Alkabicius introductorius.«

f. 110ª »Isti libri (medici et astronomici) non habentur in Boëmia.«

f. 111ª—143ᵇ **Tractatus de radiorum proiectionibus et directionibus significatorum.** »In Chr. nomine Amen. Vidimus nonnullos« × »direccio equata. Expl. tract.« etc. ut supra.

f. 144ª—147ᵇ **Euclidis Elementorum propositiones.** »Incipit prima prop. Supra datam lineam« × »Explicit sextus liber Elementorum Euclidis.«

Ut docet registrum contentorum operculo super. inscriptum, complura opuscula in fine desunt codice mutilato. Vetus sign. A, 46.

1610 *VIII. G. 28.* (*Y. III. 3. n. 79.*)

chart. saec. XV ff. 193, 22×16 cm. d. m.

f. 1ª—3ª Notae medicae de minutione et urinis.

f. 3ª—10ª »**Collecta** de Plateario« **(= de Platearii libro de morborum curis).**

f. 10ᵇ—18ª **»Collecta de practica Rogeri« (Salernitani).**

f. 18ᵇ—42ª (anepigr.) **Lectura super Aegidii librum de urinis.** »Liber iste, quem legendum proposuimus« × »que possit eam ellevare (?) Amen.«

f. 42ª—46ª Excerpta ex variis libris medicis.

f. 46ᵇ—47ª »De quantitate laxacionis medicinarum secundum Mag. Johannem Stephani.«

f. 47ª—53ª »Sequitur **de medicinis compositis secundum Nicolaum (Salernitanum) de eius antidotario.«**

f. 53ª—71ᵇ **(Herbarium)** »Si quis herbarum vires breviter velit cognoscere, subscriptum breviatorium . . . secum deferat« × »Zuccarum . . . relaxandi et nutriendi.«

f. 71ᵇ **Slovníček rostlin latinsko-český.**

f. 72ª—72ᵇ Purgantia et diuretica.

f. 73ª—79ª Notae medicae (Provocantia menstrua, Herbae constrictivae et aliae).

f. 79ª—84ᵇ **»Extracta de practica Rogeri« (Salernitani).**

f. 85ª—95ᵇ **Slovník latinsko-český** (zkrácený Mammotrekt? srovn. Jungmann III, 3).

f. 96 Notae quaedam grammaticae.

f. 97ᵃ—113ᵃ (anepigr.) Registrum alphabeticum cuiusdam libri grammatici (Eberhardi Bethuniensis?) »Ab, abactus, abaddir« × »zeta, zizania.«

f. 114ᵃ—183ᵃ (anepigr.) **Commentarius in IX librum Rhasis.** »Circa nonum librum Rasis, qui est de cura diversarum egritudinum« × »si corpus est plectoricum.«

f. 183ᵃ »De raucedine secundum Bernhardum de Gordonio.«

f. 183ᵇ—186ᵃ (anepigr.) **Tractatus de iudiciis lunae secundum Hippocratem.** »Dixit Ypocras: non est medicus« × »sin autem morietur.«

f. 186ᵇ—191ᵃ **Tractatus de iudiciis astronomicis.** »Circa signa universalia« × »Explicit parva ac generalis introduccio ad iudicia astronomie, quantum pertinet ad medicum« . .

f. 191ᵃ—193ᵇ Notae variae medico-astrologicae.

1611 1612 *VIII. G. 29. = 2 vv.* (*Y. II. 5. n. 5.*)

chart. saec. XIV ff. 137 num., 22×16 cm. d. m.

f. 1ᵃ—12ᵇ **Calendarium astronomicum cum figuris orbicularibus** expositione praecedente et sequente.

f. 13ᵃ—21ᵃ (deficiente initio anepigr.) **Proverbia metrica et prosaica alphabetice digesta** (scriba in f. 19ᵇ subscribitur: **»Johannes de Lethouicz«**), quibus inserti sunt f. 18ᵇ—19ᵃ et 21ᵃ **Versus de festivitatibus per circulum anni.** »Adventus Christi nos crimine purgat ab omni« . . .

f. 21ᵇ—23ᵃ **»Bohemiarius minor« (Slovník latinsko-český** vyd. Hanka ve Sbírce slovn. str. 181, správněji Flajšhans v List. filolog. 1894 str. 365).

f. 23ᵇ—25ᵃ Formae epistolarum scholaris cuiusdam Erfordiensis.

f. 26ᵃ—32ᵇ (anepigr.) **Alanus de Insulis De parabolis philosophiae cum commentario.** »A Phebo Phebe« (comm.) »Dicitur per Ganifridum in Nova Poëtria« × »possidet ipse boni.«

f. 33ᵃ—35ᵇ Tabulae octo partium orationis.

f. 36ᵃ—49ᵇ (anepigr.) **Theoduli Ecloga cum commentario.** (Comment.:) »Sciencia est utilis« (textus:) »Ethiopum terras« × »regna canopi« — »Joseph Pharaoni venditus est i. e. Christus« (finis deesse videtur).

f. 50ᵃ—61ᵇ **Petri socii Collecta notabilia artis dictatoriae.** »Propter eminentissime tantam retorice ubertatem« × »obmittitur causa brevitatis. De pausis vero et viciis ipsius dictaminis . . . patet in tractatulo rever. Mag. Mylote, sed de modo sigillandi epistolas in viatico Tibini . . Expliciunt collecta rever. socii Petri.« Cf. Wattenbach in Pertz Archiv X, 666.

f. 62ᵃ—73ᵇ (anepigr.) **Tibini »Viaticus dictandi«.** »Populus gencium in tenebris erroris ambulancium« × »propter aliquorum ignoranciam in hac sciencia« (finis deest).

f. 74ᵃ—85ᵇ (anepigr.) **Johannis de** Gallandria (seu potius **Garlandia) Liber synonymorum cum commentario.** »Scio neminem totaliter« × »Sed mensa domini dicitur altare methaphorice id est similitudinarie» (finis deest).

f. 86ᵃ—94ᵇ **Aurelii Prudentii Historiae biblicae versificatae cum commentario.** (Initium et finis deest.)

f. 95ᵃ—100ᵇ **M. Thomae de Erfordia Fundamentum puerorum.** »Circa principium istius libri« × »Et in hoc terminantur libri M. Thome. Expliciunt fundamenta puerorum.«

f. 101ᵃ—103ᵃ (anepigr.) **Quaestiones super alphabeto.**

f. 103ᵃ—106ᵇ Excerpta varia et notae grammaticae.

f. 107ᵃ—121ᵇ **Johannis de Garlandia Cornutus cum commentario et glossis bohemicis.** »Iste auctor, cuius subiectum« . . . »Cespitat in faleris« × »auctor amenos« . . . »loco paradisi et celi.«

f. 122ᵃ—123ᵇ **Officium de s. Procopio** (Hymni etc.).

f. 123ᵇ—126ᵇ **Officium de s. Martha cum legenda eiusdem.**

f. 127ᵃ—131ᵃ **Hymni de s. Wenceslao** notis musicis instructi. »Consolator miserorum«, »Preclaris hiis meritis« (Tropus).

f. 131ᵇ—132ᵇ »Benedicamus« pro variis festivitatibus cum notis musicis.

f. 133ᵃ—137ᵇ (anepigr.) **Ordo trium personarum latino-bohemicus notis musicis instructus. (Slavnost velkonoční latinsko-česká,** vyd. Hanuš Osterspiele str. 26, diplomaticky J. Truhlář v List. filolog. 1892 str. 54, notované pak části Zd. Nejedlý v Děj. předhus. zpěvu na str. 311. Srovn. Čas. Mus. 1891 str. 4, kde jest pod čís. **B.**)

Ultimis libri foliis laxatis opuscula a f. 127ᵃ—137ᵇ recompacta et suis operculis instructa sunt ita, ut alterum quasi volumen efficiant. Operculo super. adligatum est fragmentum actorum iudiciariorum in causis matrimonialibus archiep. Prag. saec. XIV (ed. Tadra, Soudní akta VII, 229). Vetus sign. L. 27.

1613 *VIII. G. 30.* (*Y. II. 5. n. 28.*)

chart. saec. XIV (pars a. 1375) ff. 184, 22·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—43ᵇ **M. Johannis Wenceslai Dicta super Aristotelis libr. de caelo et mundo.** »Sicud dixi ingrediendo ad exposicionem libri physicorum« × »Et sic est finis super de celo et mundo . . . Expliciunt dicta Mgri Johannis Wenceslai.«

f. 44ᵃ—66ᵃ **Expositio Aristotelis libri de generatione et corruptione.** »Post consideracionem motus« × »Finis adest operis scil. exposicionis libri de gen. et. corr.«

f. 66ᵇ—109ᵃ **M. Johannis Wenceslai Commentum libri Aristotelis de anima.** »Bonorum honorabilium . . . Iste liber, cuius subiectum est anima« × »Explicit commentum l. de a. in a. d. **1375** reportatum Prage (his verbis calamo inductis superscriptum: »editum«) a rever. Mag. Johanne Wenczeslai.«

f. 110ᵃ—184ᵃ (anepigr.) **Expositio Aristotelis Politicorum.** »Quoniam omnem civitatem . . . Quia libri politicorum materia« × »respectu perfectissimi obiecti scil. ipsius, qui est deus« . . .

Operculis adligata sunt fragmenta membr. cod. grammatici saec. XIV. Codex hic a M. Johanne Wenceslai de Praga collegio Nationis donatus esse videtur (cf. Campani Calend.), sed mox ablatus est, cum desit eius sign. D, 65 in cat. Rudnic.

1614 *VIII. G. 31.* (Y. III. 3. n. 43.)

chart. saec. XV (pars a. 1412) ff. 121, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—64ᵇ **Adami Summula de Summa Raymundi cum commentario.** »Reimundus. Unde sciendum, quod huius libri quatuor sunt cause«. (Textus:) »In summis festis ad missam« × »templa sacrari. Explicit.«

f. 64ᵇ—65ᵇ Notae de interdicto generali. Regulae iuris. Thomas de Aquino de compaternitate.

f. 65ᵇ—71ᵇ (anepigr.) **Confessionale.** »Cum ad sacerdotem peccator accesserit« × »nec eos ad celos cum« (finis deest).

f. 72ᵃ—119ᵇ **Theoduli Ecloga cum commentario.** (Comment.:) »Utilitas sciencie« (Textus:) »Ethiopum terras« × (comm.) »sperne superbos. Explicit Theodolus per manus **Petri dicti Oraci (Horatii?) de Przybram** finitus in vigilia visitacionis Elisabet sub a. d. **1412.**«

f. 120ᵃ—121ᵃ (anepigr.) Alphabetum graecum et hymnus quidam graecus latinis characteribus transcriptus.

f. 121ᵇ Notae de contritione et confessione.

In fronte fol. praeligati non numerati varias notas theologicas continentis legitur: »Liber Petri de Przybram Regis.« Vetus sign. K, 61.

1615 *VIII. G. 32.* (Y. II. 4. n. 63.)

chart. a. 1403 ff. 143 num., 22 × 15·5 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—82ᵇ **Johannis Wiclif Tractatus de eucharistia maior.** »Sentencia tractatus de Eukaristia . . . Tractando de eukaristia« × »finaliter observare. Expl. tractatulus de vener. sacramento corporis Christi rever. Mag. Johannis de . . . (nomen erasum est) professoris sacre theologie sub a. d. **1403** fer. VI post festum Omnium SS.«

f. 83ᵃ—143ᵇ **Eiusdem Tractatus de trinitate.** »Superest investigare de distinccione« × »communicacionem essencie. Nicz wyecz. Finis tractatus de trinitate Mgri Johannis dicti« . . . (nomen erasum est).

In veteri catalogo opuscula ista falso attributa sunt Johanni Hus, ideo a uerunt Loserth. Vetus sign. O, 21.

1616 *VIII. G. 33.* (Y. I. 1. n. 132.)

chart. a. 1408 ff. 229, 22 × 14·5 cm. d. m.

Sermones quadragesimales.

f. 1ᵃ »In Chr. nomine finitis postillis collectis et conscriptis de tempore et de sanctis iam postillam quadragesime« . . . »In capite ieiunii. Cum ieiunatis . . . Hodie sancta mater ecclesia« × f. 219ᵃ »Hoc collectum quadragesimale finitum est in a. d. 1408 sabbato septuagesime.«

f. 219ᵃ—229ᵇ Notae variae theologicae et fragmenta sermonum (f. 220ᵃ »Fletus domini de collectis M. Johannis (dicti Hus?)«, f. 221ᵃ »De locucione Mgri (Hus?« — nomen utraque erasum), f. 229ᵇ Petri Damiani versus contra avaritiam sedis apostolicae. »Sedis apostolice qui wlt retinere vigorem«).

Notae in foliis praeligatis: 1) Liber »Mgri Johannis de Cubito« . . . »Emptus in vigil. palmarum XI gr. 1498.« 2) Formae quaedam medicae (una bohemica) Mgri Galli.

1617 *VIII. G. 34.* (Y. II. 4. n. 53.)

chart. saec. XV ff. 74, 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—7ᵇ Vocabularius latino-bohemicus **(Slovník latinsko-český** — cf. Jungmann III, 19.)

f. 8ᵃ—16ᵃ (anepigr.) **Milicii Sermo synodalis** »**Sacerdotes mei contempserunt legem meam«.**

f. 16ᵇ—45ᵇ Excerpta de operibus Augustini, Mathiae de Janow (regulae vet. et novi test.), Isidori, Gregorii, Prosperi, Hieronymi vitam clericorum concernentia.

f. 46ᵃ—50ᵇ (anepigr.) **Tractatus de excommunicatione (M. Friderici de Epinge?)** »Excommunicacio est extra communionem ecclesie separacio« × »Quomodo ergo isti rite fecerunt condempnacione de libris M. Joh. Vicleff et iudicaverunt sub excommunicacionis pena quod nullibi predicetur nisi in ecclesiis parochialibus et claustris . . . erraverunt, errant et utinam non errarent.«

f. 50ᵇ—55ᵃ **M. Johannis Hus Actus pro defensione libri M. Johannis Wiclif de trinitate** a. 1410 dominico die post Jacobi. × »Hec vener. Huss zelator vehemens evang. verit.« (Edit. Norimb. 1558, I, 105).

f. 55ᵃ—58ᵃ (anepigr.) **M. Simonis de Tišnov Defensio libri Johannis Wiclif de probationibus propositionum.** »Audistis heri et pridie« × »quia multum misericors et prestabilis est super maliciis hominum« . . .

f. 58ᵃ—63ᵃ (anepigr.) **M. Jacobi de Misa Defensionis Decalogi Johannis Wiclif prooemium** cum protestatione. »Cum summa libri decalogi M. Joh. Wicleff . . . sit condempnata« × »letemur de victorie triumpho in Chr. Jesu . . . In primis protestor, quod« . . .

f. 63ᵇ **M. Johannis Hus Tractatus de corpore Christi** (initium tantum, finis deest aliquot sequentibus foliis evulsis. — Edit. Norimb. I, 163).

64ᵃ—73ᵇ **Richardi (Praemonstratensis) Tractatus super canonem missae.** »In virtute s. crucis« × »in tercio vero differencia est. Explicit tractatulus Mgri Pss« (sic).

f. 74ᵃ Excerpta de Augustino et Beda.

In fronte operculi super. annotatum est manu saec. XVI: »domini Danielis«.

1618 *VIII. G. 35.* (Y. I. 2. n. 53.)

chart. saec. XV ff. 278 num., 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—36ᵃ (anepigr.) **Tractatus de adinventionibus humanis et lege divina.** »Scribitur 2 Pet. 2 de quibusdam sic inter cetera: Hii vero velut irracionabilia animalia« × »credenti mendaciis eorum.«

f. 36ᵃ—59ᵇ (anepigr.) **Tractatus de ecclesia.** »Cum sit difficultas inter multos, quid sit ecclesia« × »regnum a constitucione mundi, quod nobis prestare« etc.

f. 60ᵃ—134ᵃ (anepigr.) **Tractatus defendens IV articulos Bohemorum.** »Iam de quatuor articulis, quos Bohemi tenent« × »victus in paradiso.«

f. 135ᵃ—189ᵇ **M. Johannis de Przibram Tractatus de communione sub utraque adversus tractatum Nicolai de Dinkelspuehl.** »Quia emergente patula Christi veritate« × »veritas eius super gutture Dingespuhel . . . triumphabit . . . in famulum sempiternum. Iam tace Dingespuhel glosas variare per »aut« »vel« In domini nec mel venenatum post bulias fel.«

f. 190ᵃ—278ᵇ (anepigr.) **Tractatus de necessitate communionis sub utraque adversus Nicolaum de Dinkelspuehl.** »Quia plurimi adversarii« × »debet ab ecclesia extirpari. Et sic est finis. Bud bohu chwala Amen.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. quarundam venditionis literarum germanicarum datarum Basiliae saec. XV. Vetus sign. A, 21.

1619 *VIII. H. 1.* (*Y. II. 1. n. 63.*)

mixtus saec. XV ff. 159, 34·5 × 23·5 cm., 1 m.

(anepigr.) **Servii grammatici Commentarius in Vergilii Aeneidos libros I—XII v. 666.**

f. 1ᵃ »In exponendis auctoribus« × f. 159ᵇ »Et obtutu vario stetit i. e. vultu« (finis deest duobus circiter foliis evulsis).

Cf. Hanslik p. 609, qui commentarium falso attribuit Donato.

1620 *VIII. H. 2.* (*Y. I. 4. n. 97.*)

chart. saec. XV ff. 104 num., 32·5 × 22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—60ᵃ **M. T. Ciceronis De officiis libri III cum commentario marginali Petri Marsi et notis interlinearibus.** (Comment.:) »Magnum profecto mortalibus« × »instituta sunt. Hec Marsus.«

f. 61ᵃ—97ᵃ **A. M. T. S. Boethii De consolatione philosophiae libri V cum notis interlinearibus et marginalibus.**

f. 98ᵃ—104ᵇ **A. Persii Flacci Satirae I—V cum commentario marginali et notis interlinearibus.** (Versus ultimus sat. V: »Hunccine an hunc sequeris, subeas alternus oportet« — cetera desiderantur foliis aliquot excisis.)

Ex Oybinensi monasterio.

1621 *VIII. H. 3.* (*Y. I. 3. n. 56.*)

chart. saec. XV ff. 122, 31 × 22 cm. 2 m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—46ᵃ **M. T. Ciceronis De inventione rhetorica libri II.**

f. 46ᵃ—88ᵃ **Eiusdem seu potius Cornificii Rhetoricorum ad Herennium libri IV.**

f. 89ᵃ—100ᵃ **C. Sallustii Crispi Bellum Catilinarium.**

f. 110ᵃ—122ᵇ **Eiusdem Bellum Jugurthinum.** In fine versus: »Qui cupis ignotum Jugurthe noscere letum Tharpeia (sic) monte pulsus ad yma ruit.« Sequitur figura mundi rotantis et variantis.

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. psalterii saec. XII, utrique operculo adglutinata sunt fragmenta chart. codicis iuridici saec. XIV—XV. Vetus sign. D, 12.

1622 *VIII. H. 4.* (*Y. II. 1. n. 5.*)

membran. saec. XI—XII ff. 85 num., d. m.

Aur. Prudentii Clementis Carmina quae sequuntur, **notis interlinearibus marginalibusque et glossis germanicis instructa (Altdeutsche Glossen des XII Jahrh.) et glossa in fine illustrata.**

f. 1ᵃ—12ᵃ Praefatio. Liber hymnorum **(cathemerinon).**
f. 12ᵃ—40ᵃ **Peristephanon** liber.
f. 40ᵃ—41ᵇ »Tituli historiarum« **(Diptychon).**
f. 41ᵇ—48ᵇ **Apotheosis** (praecedunt versus de trinitate).
f. 48ᵇ—55ᵇ **Hamartigenia.**
f. 55ᵇ—62ᵇ **Psychomachia.**
f. 63ᵃ—76ᵇ **Contra Symmachum libri duo.**
f. 77ᵃ—85ᵇ Glossa super libros Prudentii.

Vetus sign. J, 33 (2ᵃ 3⁰ E.) In fol. praeligato manu saec. XVI exaratum est »**Cuspiniani (Johannis Carmen) ad lectorem.**« Glossas german. edid. E. Steinmeyer et E. Sievers Althochd. Glossen II, 385.

1623 *VIII. H. 5.* (*Y. II. 4. n. 38.*)

chart. saec. XV ff. 365, 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

Valerii Maximi Factorum et dictorum memorabilium libri IX cum explanatione fr. Dionysii de Burgo ord. eremit. s. Aug.

f. 1ᵃ (Epistola dedicatoria ad Johannem de Columna cardin.) »Rever. in Chr. patri etc. fr. Dyonisius de Burgo s. sepulcri ord. fratr. heremit.« . . . (Explan.:) »Valerius huic operi suo« × f. 364ᵃ »eterna vita promittitur in sec. sec. Amen«.

f. 364ᵇ—365ᵇ Registrum Valerii Maximi.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIV. Nota in operculo superiore: »Pro 1 ducato fer. II post Viti a. (14)76.«

1624 *VIII. H. 6.* (*Y. II. 4. n. 35.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 126 num., 29·5 × 21·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—45ᵇ (anepigr.) **Historiae variae moralisatae.** »Narratur de quodam perito medico« × (de piscibus) »se tangi permittunt.«

f. 46ᵃ—126ᵃ **Junii Juvenalis Satirarum libri V cum commentario.** »Junius Juvenalis Aquinas fuit« × »ornamentum militis intellige. Finis tocius libri iam« . .

Operculis adligata sunt fragmenta membr. cod. philosophici saec. XIII—XIV. Nota in operculo super. extrinsecus: »Pro sex gr.« (saec. XV). Vetus sign. libr. Carol. T, 12, K.

1625 *VIII. H. 7.*

membran. saec. XII ex. ff. 56, 31 × 21 cm. d. m.

f. 1ᵃ, 1ᵇ, 3ᵃ, 3ᵇ—2ᵃ (anepigr.) **Catonis Disticha moralia.** »Cum animadverterim« × »tunc homo doctus erit.«

f. 2ᵇ, 4ᵃ—8ᵃ **Aviani Fabulae Aesopicae 42.** »Dubitanti mihi, optime Theodosi« × »promeruisse necem.«

f. 8ª—10ª (anepigr.) **Theobaldi episc. Physiologus de naturis XII animalium.** »De natura leonis. Tres leo naturas« × »placeant hęc metra thebaldi.«

f. 10ª—12ᵇ **Theoduli Ecloga cum glossis interlinearibus.** »Ethiopum terras iam« × »sine fine per evum.«

f. 12ᵇ—14ᵇ (anepigr.) **Pindari Thebani Iliados epitome (fragmentum).** »Iram pande mihi« × (liber III.) »Incubuit membris cyneidos. illa soluto« (cetera desunt).

f. 15ª—15ᵇ Series imperatorum Romanorum ab Octaviano usque ad Liberium.

f. 15ᵇ—17ª Series paparum a Petro usque ad Hadrianum et Anastasium (1159).

f. 17ᵇ—56ª (anepigr.) **Collectio canonum.** »De Lino et Cleto. Johannes tercius papa omnibus episcopis« × »Syxtus papa omnibus rectoribus . . . vel si iusta causa intercesserit. biennium.«

f. 56ᵇ (anepigr.) **Catalogus episcoporum Juvaviensium usque ad Gebhardum** (1062). (Edid. Wattenbach MG. Script. XI p. 19.)

Codicem recens. Schulte, Kanon. Hdsch. p. 20 (cf. Sitzgsb. d. hist. phil. Cl. d. Wiener Akad. 57, 175) et Kelle, Klass. Hdsch. p. 32. Unde codex provenerit, ignoramus. Wattenbach (vide supra) codicem ex monasterio s. Lamberti in Styria Pragam devenisse suspicatur. Cf. Pertz Archiv X, 666.

1626 *VIII. H. 8.*

chart. a. 1410 ff. 154, 30 × 22 cm. 1 m.

M. Annaei Lucani Pharsalia cum notis marginalibus et interlinearibus.
Praecedunt versus de vita Lucani.

f. 152ᵇ »Explicit liber Lucani Cordubensis, quem ego **Johannes Petri (de Sancto Lave⁰?)** scripsi et audivi in scolis Mag. Valentini de Matelica a. d. **1410** tempore dom. Johannis pape.« Sequitur nota: »1477. Hunc librum a d. Berardino preposito de Ravenna habui ego Paulus Ramusius Ariminensis eo quod Paduae Ovidii lib. metamorphoseos idem amisit.«

f. 153ᵇ—154ª Notae ad vitam librarii Johannis Petri spectantes.

Ex bibl. collegii S. J. Crumloviensis.

1627 *VIII. H. 9.* (*Y. I. 2. n. 86.*)

membran. saec. XII ff. 93, 27·5 × 18 cm. d. m.

M. Annaei Lucani Pharsalia cum commentario marginali et glossis interlinearibus.

f. 1ª (comment.) »Hos versus primos septem Seneca dicitur addidisse« × f. 93ᵇ (textus:) »calcantem męnia magnum.«

Codicem hunc recens. Kelle Klass. Hdsch. p. 29.

1628 *VIII. H. 10.* (*Y. I. 4. n. 24.*)

chart. saec. XV ff. 65, 28 × 16 cm. 1 m.

(anepigr.) **M. Terentii Varronis De lingua latina qui supersunt libri V—X.**

1629 *VIII. H. 11.* (*Y. I. 2. n. 113.*)

membran. saec. XII ff. 101, 26·5 × 13 cm. 1 m.

Pap. Statii Thebaidos libri XII. (N. libri XII v. 777—785 desunt.)

Codicem recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 22.

1630 *VIII. H. 12.* (*Y. I. 2. n. 147.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 53, 23·5 × 16 cm. 1 m.

P. Ovidii Nasonis Heroidum epistolae cum notis marginalibus et interlinearibus. (Desunt tamen epist. XV et XXI.)

Vetus sign. K, 59. Codicem recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 17.

1631 *VIII. H. 13.* (*Y. III. 1. n. 62.*)

chart. saec. XIV ff. 138, 22 × 15·5 cm. 1 m.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon libri I—XI v. 648, partim notis marginalibus et interlinearibus illustrati.

In fol. praeligato est fragmentum fabulae versificatae de lupo in ius vocato (saec. XIV).

1632 *VIII. H. 14.*

chart. saec. XV ff. 159, 24 × 17 cm. d. m.

M. Tullii Ciceronis De oratore libri III.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis cuiusdam saec. XIV—XV, quo variae significationes vocis »caput« exponuntur. Nota in f. 1ª: »W. R. collegii Crumloviensis S. J.«

1633 *VIII. H. 15.* (*Y. I. 2. n. 146.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 107, 23 × 15·5 cm. d. m.

Prisciani grammatici Institutionum grammaticarum libri XVI priores notis marginalibus et interlinearibus passim illustrati.

f. 107ᵇ (lit. semiuncialibus) »Flaccus Theodorus Dionisii viri disertissimi memorialis sacri scrinii epistolarum et adiutor viri magni questoris sacri palatii scripsi manu mea artem Prisciani viri dissertissimi grammatici doctoris mei in urbe Roma Constantinopoli die kalendarum octobrium inditione (sic) quinta Olibrio viro consule. Priscianus grammaticus Cesariensis Juliano consuli ac patricio« (Cf. Teuffel, Röm. Lit. 5. Aufl. II, 1243).

Vetus sign. H, 3.

1634 *VIII. H. 16.* (*Y. I. 2. n. 117.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 40, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

M. Tullii Ciceronis De inventione rhetorica libri II notis marginalibus et interlinearibus illustrati.

f. 40ᵇ (manu saec. XIII ex.) Problemata arithmetica.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. instrumenti publici notarii, quo venditio quaedam Tridenti a. 1400 facta comprobatur. Codicem hunc recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 21.

1635 *VIII. H. 17.* (*Y. I. 2. n. 137.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 154 num., 21·5 × 14 cm. d. m.

f. 1ª—62ª **Martiani Minei Felicis Capellae De nuptiis Philologiae et Mercurii libri IX cum notis marginalibus et interlinearibus.**

f. 62ᵇ—73ª (anepigr.) **Tractatus de sphaera.** »Mundus igitur ex quatuor elementis« × »aut retrogradari facit.« (Opus hoc in bibliotheca Amploniana — Schum p. 776 — inscribitur: »**Astrologia Arati**«.)

f. 74ª—74ᵇ Notae variae.

f. 75ª—102ᵇ **Boethii De consolatione philosophiae libri V.** »Tempore Theoderici regis insignis auctor Boetius claruit . . . Carmina qui quondam« × »cuncta cernentis.«

f. 103ª—154ª **Alani ab Insulis Anticlaudianus cum notis marginalibus et interlinearibus.** »Cum fulminis impetus . . . Auctoris mendico stilum« × »post fata silebit. Expl. Antirufinus sive Anticlaudianus venerabilis Alani de Christi incarnatione.«

In margine f. 154ª haec nota manu saec. XIV scripta occurrit: »Ego Mag. Johannes de Eldagessen cum istum librum reciperem, scripsi ad quandam cedulam me ipsum recepisse, et cum librum istum vellem reponere, cedula querebatur, ut abstergerem, quod scripseram, non autem poterat inveniri. Ergo scripsi hec, ut sciatur, ut id, quod receperam, apud me non remanserit.« In fol. praeligato sunt notae variae partim ad Capellam et opus eius spectantes.

1636 *VIII. H. 18.* (*Y. I. 2. n. 64.*)

chart. a. 1471 ff. 203, 21·5 × 15 cm. 1 m. cum init. pict.

(Petri Eliae de Riga) Priscianus metricus.

f. 1ª »Sicut ab esse rei soliti rem promere dicunt« × f. 203ᵇ »Sidera polus hec in Vergilio reperimus. Explicit Priscianus a. d. **1471** fer. IV temporum quatuor yeiunalium in Zaczz.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis saec. XIII psalmos continentis.

1637 *VIII. H. 19.* (*Y. I. 1. n. 124.*)

membran. saec. XIII ff. 72, 20·5 × 13 cm. d. m.

Petri Eliae (de Riga) Priscianus metricus (volumen maius).

f. 1ª (initium operis deest) »Que veteres posuere sibi vel vendicat usus« × f. 72ª »omnes primiciales. Explicit liber bonus et correctus Petri Helye« (Hac subscriptione liquore quodam vitiata sequitur:) »Granum (?) Prisciani doctoris in arte grammatica sub forma metrica compositum explicit.«

Nota in operculo infer.: »Mag. Martinus de Poczatek finivit 4 librum phisicorum fer. IV in translacione s. Wenceslai a. d. 1491.« Vetus sign. H, 17.

1638 *VIII. H. 20.* (*Y. III. 4. n. 21.*)

chart. saec. XV (pars a. 1453) ff. 257, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—216ᵇ **P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon libri XV cum raris glossis interlinearibus.**

f. 217ª—222ᵇ Index personarum et rerum.

f. 223ª—257ᵇ **(Eberhardi Bethuniensis) Labyrinthus cum commentario marginali et interlineari.** »Pigerius me traxit amor« × »vicina petendis. Explicit laboryntus scriptus per manus **Matthie Moravi** finitus fer. II post epiphaniam a. d. **1453** . . . in scola Brode Bohemicali.«

Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. codicis philosophici saec. XIII—XIV.

1639 *VIII. H. 21.* (*Y. I. 2. n. 114.*)

membran. saec. XIII ff. 80, 26 × 14 cm. d. m.

P. Vergilii Maronis Aeneidos libri II (a versu 56) —XII cum crebris notis marginalibus et interlinearibus.

F. 80ᵇ exaratae sunt quaedam formulae literarum manu coaeva. Vetus sign. E, 3. Codicem hunc recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 11.

1640 *VIII. H. 22.*

chart. saec. XIV (partes a. 1386 et 1389) ff. 157, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵇ Formulae literarum tres.

f. 2ª—2ᵇ Hymnus de S. Maria virgine. »O regina celestis« (non apud Daniel neque apud Dreves).

f. 3ª—13ᵇ **Sertum rhetoricae.** »Quilibet agrestis est sermo« × »Explicit sertum rethorice per manus **Nicolai de . . . . ycz** (nomen loci erasum) finitum fer. IV ante festum Sebastiani Fabiani (sic) a. d. **1386.**« Cf. cod. V. H. 12. f. 40ª.

f. 13ᵇ Syngrapha Clatoviensium super pecunia Wenceslao regi debita.

f. 14ª—25ᵇ (anepigr.) **Rhetorica cum formis literarum** (una bohemice scripta est — **Dlužní úpis z r. 1394 — pouhá formule) res bohemicas concernentium.** Incipit: »Ut noticia epistole aliqualis inveniatur.«

f. 26ª—93ª **Godefridi de Vino Salvo Poëtria nova cum commentario.** (Comment.:) »Amice ascende superius« (Textus:) »Papa stupor mundi« × »de iure mereris. Explicit nova poetria per manus **Johannis dicti Niger** finita in vigilia s. Agate sub a. d. **1389** Callendas Amen« (sic).

f. 94ª—122ª (anepigr.) **Boethii Liber de disciplina scholarium.** »Vestra novit intencio« × »inquinamenta permanebunt. Et sic est finis.«

f. 123ª—151ª **Pap. Statii Achilleis cum notis interlinearibus.** »Magnanimum Eacidem« × »ad littora venit. In fundo celle pauses, mi care libelle, Verbis cum melle repletus et sine felle. Explicit Stacius per manus **Viti de Czelakowicz** et cetera baba stara.«

f. 151ᵇ—155ª **Johannis Parisiensis Tractatus de complexionibus.** »Complexiones varietatum« (sic) × »conspiciet iudicando. Explicit tractatus complexionum compilatus a M. Johanne Pariziensi« (subscriptio haec radendo laesa est).

f. 155ᵇ—157ª Literae ternae: 1) B(orsso) de Rmzburk (Risenburk) vendit quosdam agros a. 1380, 2) Zdenko de Nekwasowicz vendit quendam censum a. 1385, 3) B. de R. (Borsso de Risenburk) assignat conthorali suae dotalicium s. a.

In operculo super. occurrunt varii versus memoriales latini et latino-germanici, quorum nonnulli sunt cavillatorii, quibus scholares Pragenses — Bohemi et Germani — sese invicem irridebant.

1641 *VIII. H. 23.*

chart. saec. XV in. (partes a. 1402—28), ff. 148, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—34ᵃ **Prosperi Aquitani Epigrammata super sententias s. Augustini.** »Ex Augustini sacris epigrammata scriptis« × »spiritus unus alat. Explicit . . . . tonsoris filii et pontificis a. d. **1428.**« (Subscriptio cultro vitiata.)

f. 34ᵇ—36ᵇ (anepigr.) **A. Prudentii Clementis Diptycha** in fine manca.

f. 37ᵃ—75ᵇ (anepigr.) **Sedulii opus paschale.** »Paschales quicunque dapes« × »per tanta volumina libros. Explicit . . (lacuna ex rasura) per manus **Stephani de . . . awia** finitus a. d. **1402.**«

f. 76ᵃ—126ᵃ **Aratoris Actus apostolorum cum prooemio Surgenoi.** »Versibus egregiis« . . . »Qui meriti florem« × »gracia palmam. Explicit . . . (lacuna ex rasura) a. d. **1402** sabbato in festo s. Marthe.«

f. 127ᵇ—137ᵃ (anepigr.) **Johannis Turonensis Expositio missae metrica.** »Scribere disposui« × »cur nunc presbiter assit.«

f. 138ᵃ—148ᵇ **Johannis de Garlandia Summa mysteriorum ecclesiae.** »Anglia quo fulget« × »per ordinem anno (?) sacrarum. Explicit summa misteriorum finita sub a. d. **1406** fer. VI in festo b. virginis.«

In operculo infer. exaratum est fragmentum officii bohemici de resurrectione (**Slavnost velkonoční — zlomek z XV. stol.**, vyd. z jiného rkp. Hanuš, Malý Výbor str. 55). In fol. adligatis inter alias notas haec dicta occurrunt: »Such dub chlapom, zelen dub zakom« — »Est mihi rzyt mokra, non possum dicere kmotra.«

1642 *VIII. H. 24.*

mixtus saec. XV ff. 152, 22·5 × 16·5 cm. 1 m.

Terentii Afri Comoediae sex quae supersunt cum notis explicativis in margine et inter lineas et historicis in fine. (Recensio Calliopii.)

Codicem recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 58, qui eum tamen perperam saec. XIII attribuit. Liber cuiusdam collegii olim fuisse videtur, ut docet vetus sign. T, 3, sed a. 1609 erat bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis.

1643 *VIII. H. 25.* (*Y. I. 1. n. 110.*)

membran. saec. XIV ff. 190 num., 20·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—122ᵇ **Valerii Maximi De Romanorum dictis et factis memorabilibus libri IX.** (Post tabulam) »Urbis Rome exterarumque gencium« × »et Postumium ebu« (sic).

f. 122ᵇ—144ᵃ **Mag. Henrici de** Emonvilla (apud Schum, Amplonianа: »**Mundavilla**«) **Anatomia.** »In hoc tractatu presens intencio est« × »in algorismo sic 7. Non est plus de anatomia Haurici de Hamondavilla. Deo gracias.«

f. 144ᵃ—145ᵃ Nota de gradibus in arte medica.

f. 145ᵃ—146ᵃ »Incipit **Recapitulacio Philareti (de pulsibus)** ad honorem studencium in Montepessulano« × »tot inconveniencia nos latere. Explicit.«

f. 146ᵇ—181ᵃ **Sex. Jul. Frontini Strategematon libri IV.** »Scribere qui tibi digna putat« × »interritos milites habuit. Jul. Frontini strategematon liber IV explicit de re militari.«

f. 181ᵃ—190ᵇ **Daretis Phrygii Historia de excidio Troiae.** »Incipit prologus . . . Cornelii Nepotis . . . Corn. Nepos Salustio« × »Protenorem Hercomeneum. Explicit Dares Frigius de historia Troiana.«

f. 190ᵇ »Tabula super Frontinum.«

In fol. operculo infer. adligato post registrum contentorum annotatum est hunc librum comparavisse »Mauricium de Kunicz in Praga.« Vetus sign. A, 100.

1644 *VIII. H. 26.* (*Y. I. 1. n. 134.*)

membran. saec. XIII ff. 55 num. (recte 56), 20·5 × 15·5 cm. 1 m. cum init. pict.

P. Ovidii Nasonis Epistolarum ex Ponto libri IV cum commentario marginali et interlineari.

f. 55ᵃ »Nomen scriptoris: **Girardus,** cultor amoris. | Ultra posse meum non me vis ulla coegit. | Nec reor esse reum, qui totum posse peregit.« | Sequuntur notae biographicae de auctore.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis coaevi philosophici. Codicem recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 18.

1645 *VIII. H. 27.* (*Y. I. 2. n. 10.*)

chart. a. 1387—88 ff. 122 num., 21 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—86ᵃ **P. Ovidii Nasonis Epistolarum (heroidum) liber cum notis interlinearibus.** × »Explicit Ovidius epistolarum per manus **Simonis** amen **de Dubrawka** (?) sub a. d. **1387** kal. 18 ipsius Septembris, finitus in festo s. crucis.«

f. 87ᵃ—122ᵃ **Pap. Statii Achilleis.** × »Explicit Stacius per manus finitus in festo s. Pangracii sub a. d. **1388.**«

f. 122ᵇ (manu recentiore) »A. 1407 Almanach« (= Minutiones).

1646 *VIII. H. 28.* (*Y. I. 2. n. 1.*)

chart. saec. XIV ff. 44, 21·5 × 15 cm. 1 m.

Q. Horatii Flacci Epistolae cum notis interlinearibus.

f. 42ᵇ »Explicit Oracii textus Flaccii.«

f. 42ᵇ—44ᵇ (anepigr.) Aur. Prudentii Diptycha. »Eva columba fuit« × »versus in ortum.«

Vetus sign. E, 21.

1647 *VIII. H. 29.* (*Y. I. 2. n. 2.*)

chart. saec. XIV ff. 78, 21·5 × 15 cm. 1 m.

P. Ovidii Nasonis Epistolae heroidum cum notis marginalibus et interlinearibus. (Exemplar in fine mancum, nam epist. XXI. 13—245 desunt.)

Vetus sign. T, 48.

1648 *VIII. H. 30.* (*Y. III. 3. n. 27.*)

chart. saec. XV ex. ff. 116, 21 × 14·5 cm. 1 m.

f. 1ª—58ᵇ **Pomponii Melae De situ universi orbis et eius mirabilibus libri tres.** »Orbis situm dicere aggredior« × »littoris terminus.«

f. 58ᵇ—69ª **P. Orosii Historiarum lib. I cap. 2.** »Maiores nostri« × »provincias et insulas orbis universi, quas Solinus (in margine »Paulus Orosius«) ita descripsit. Finit Pomponius Mella (sic) de descripcione universi orbis. Deo gracias.«

f. 70ª—94ª **Epicteti Enchiridion Nicolao Perotto interprete.** (Praefatio ad Nicolaum V:) »Soleo mecum interdum mirari« (Praefatio Simplicii:) »De vita quidem Epiteti« (sic) (Textus:) »Eorum, que sunt, quedam in nobis sunt« × »nocere vero mihi minime possunt. Finit Epitetus« (sic).

f. 94ᵇ—111ª **Plutarchi De fortuna Romanorum libellus Nicolao Perotto interprete.** (Praefatio ad papam:) »Memini me, beatissime pater« (Textus:) »Que multa sepenumero« × »contendere bello. Finit libellus Plutarchi feliciter.«

f. 111ᵇ—116ᵇ **Sexti Rufi Descriptio Romanae urbis.** »Regio prima. Porta Capena« × »per totam urbem 13000. Finit.«

1649 *VIII. H. 31.* (*Y. I. 1. n. 109.*)

membran. saec. XII (cum suppl. saec. XIV—XV) ff. 111, 21 × 12 cm. d. m.

Pap. Statii Thebaidos libri XII cum argumentis librorum mancis et notis in marginibus et inter lineas passim occurrentibus.

Codicem hunc recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 22.

1650 *VIII. H. 32.* (*Y. II. 6. n. 6.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 91 num., 19 × 12·5 cm. d. m.

f. 1ª—53ª **M. T. Ciceronis Somnium Scipionis cum commentario Macrobii.** »Incipit somnium Scipionis, quot (sic) Machrobius exponens« × »phylosophie continetur integritas. (Commentarius illustratus est figuris calamo delineatis.)

f. 54ª—69ª (binis columnis) **Adelardi Bathoniensis Quaestiones naturales.** »Ricardo Baiocensi episcopo« × »exalascat ether in flammam.«

f. 70ª—77ª »Incipiunt **Excerpta de Senecae« epistolis.** »Seneca ad Paulum. Sensus istos« × »ex animo tolenda sunt.«

f. 77ª Hymnus »In sapiencia« (= Mone 28)

f. 77ᵇ **Calixti papae II et Henrici V epistolae aliquot mutuae.**

f. 78ª—91ᵇ **Commentarius in Ovidii Metamorphoses.** »Sex inquiruntur in principio huius auctoris« × »cum volet, tunc finiat.«

f. 91ᵇ Versus vetero-francici »Li rois amur deus«.

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum fabularum versificatarum in membrana saec. XIII. Macrobium cod. nostri recens. Kelle, Klass. Hdsch. p. 30. Codicem hunc sine dubio in Gallia exaratum unum ex libris fuisse, quos Carolus imperator collegio suo donaverit, et scutum demonstrat in f. 1ª literam K includens et antiquissimus catalogus librorum coll. Car., in quo sub VI. ord. occurrit.

1651 *VIII. H. 33.*

chart. a. 1462 ff. 169, 15·5 × 11 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ª—85ᵇ **M. Tullii Ciceronis De inventione rhetorica libri II** cum commentario prioris. (Comment.:) »Genus artis rethorice est qualitas ipsius artificii.«

f. 86ª—169ª **Eiusdem Rhetoricorum ad Herennium libri IV.** (Nota ad calcem f. 169ª: »Finis fer. II in die conversionis Pauli **1462**«.)

Titulus in fol. praeligato hic est: »Libri Rethorice Ciceronis utriusque nove et veteris.« In operculo super. manu saec. XV ex. annotati sunt »termini solucionis Zuzane Thomasskonis in debito 35 sex.« A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis.

1652 *VIII. H. 34.*

chart. saec. XV ff. 199, 30 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—54ª (anepigr.) **Platearii Liber de simplicibus medicinis.** »Circa instans negocium« × (zuccarum) »nisi propter diuturnam decoccionem.«

f. 54ª—80ᵇ »Incipit **Liber Serapionis de aptacione et repressione medicinarum atque sublimacione earum translatus a Symone Januensi interpretacione Abraham Judei Cartusiensi et vocatur liber Servitoris.** Dixit aggregator« × »et serva. Expl. opus Servitoris Serapionis etc.«

f. 80ᵇ—81ᵇ »Practica puerorum.«

f. 81ᵇ—83ᵇ »De octo turpitudinibus inter coniugales.«

f. 84ª—85ª (initium deest) »Explicit excerptum cirurgie Mag. Petri de Argentina per me Bartholomaeum a. 1484 fer. IV ante Marie Magd. Montibus in Chutnis.«

f. 86ª—121ª (anepigr.) **Synonyma medicinarum germanice et bohemice glossata.** »Albula« × »zuccara rosarum.«

f. 121ᵇ—127ª (anepigr.) **Arzneiwörterbuch.** »Alun« × »ywen holcz.«

f. 128ª—199ᵇ Excerpta ex variis libris medicis magna ex parte male digesta et formulae medicae diversae. (Maioris momenti esse videntur haec:) f. 135ª **Receptae Mag. Cristanni et Oleum balsami Mag. Galli de Monte Syon et Mag. Cristanni**; f. 140ª—143ᵇ (anepigr.) **Návod k pálení vína a připravování mastí**; f. 149ᵇ **Medicina contra paralysin**, quam »dom. **Albicus** ante agonem mortis sue dom. regi a. d. **1416** in civitate Buda Strigon. dioces. fecit«; f. 180ᵇ excerpta de chirurgia Mag. Petri de Lacerlata alias de Argellata Bononiensis doctoris.

1653 *VIII. B. 36.*

chart. saec. XIV et XV (pars a. 1485) ff. 234, 29 × 22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—22ᵇ **Aristophanis Plutus.** V. 1—625 cum glossis interlinearibus graecis et latinis.

f. 23ᵃ—43ᵇ Eiusdem comoediae alia manu descripti v. 582 — usque ad finem cum hac subscriptione atramento inducta: »*Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς Πέτρου Κασέλλου* (? per manum **Petri Caselli**) *τοῦ Πφισέου ἐν Μεσσήνῃ τῆς Σικελίας ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου σαρκώσεως χιλιοστῷ τριακοσιοστῷ* (superscriptum: *τετρακοσιοστῷ*) *ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ*« (= **1485**).

f. 44ᵃ—64ᵇ (56 vacuum est) **Phalaridis Epistolae.**

f. 66 Aristophanis Pluti v. 686—715.

f. 67ᵃ—79ᵇ **Excerpta varia ex Tzetze, Hesychio Milesio, Plutarcho, Proclo, Euripide** sub his titulis: f. 67ᵃ »*Περὶ τοῦ βίου τοῦ Ἡσιόδου Ἰσαακίου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου ἐξήγησις εἰς τά γεωργικὰ τοῦ Ἡσιόδου.*« — »*Περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαιρέσεως.*« f. 67ᵇ »*Τοῦ αὐτοῦ* (Tzetzes) *ἐκ τῶν τοῦ Λυκόφρονος.*« f. 69ᵃ »*Γένος Ἡσιόδου*« (Hesychii Milesii). »*Ἐκ τοῦ συμποσίου τῶν φιλοσόφων Πλουτάρχου: περὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου.*« f. 69ᵇ »*Γένος Ἡσιόδου καὶ βίος.*« f. 71ᵃ »*Περὶ τῆς τελεύτης Ἡσιόδου ἐκ τοῦ συμποσίου τῶν φιλοσόφων Πλουτάρχου: Σόλων ὁ διηγούμενος.*« f. 71ᵇ »*Πρόκλου Διαλόχου*« (sic! excerptum ad Hesiodi Theogoniam spectans). f. 72ᵃ »*Ὑπόθεσις τῆς ἀσπίδος*« (*Ἡσιόδου*). f. 73ᵃ »*Γένος Θεοκρίτου τοῦ ποιητοῦ.*« »*Περὶ τῆς εὑρέσεως τῶν βουκολικῶν.*« f. 75ᵃ (anepigr.) Vita Euripidis, argumentum Hecubae, eiusdem tragoediae v. 1—170.

f. 80—82 vacua sunt.

f. 83ᵃ—120ᵃ **Oppiani Halieutica. Liber I et II.** cum glossis graecis et latinis interlinearibus.

f. 122ᵃ—209ᵇ **Homeri Iliadis l. I—V** cum glossis graecis et latinis interlinearibus.

f. 210ᵇ Nota manu saec. XIX scripta, qua edocemur opuscula codicis huius olim adligata fuisse cuidam libro, Theocriti et Hesiodi carmina continenti, typis edito s. a. et t. n.

f. 211ᵃ - 234ᵇ saec. XIV (initium et finis deest). **Homililae quatuor diversorum patrum graecorum in dominica palmarum** (prima initio caret, secunda est Johannis Chrysostomi, tertia Cyrilli Alexandrini, quarta cuiusdam episcopi Cretensis).

In hoc nostro unico codice graeco describendo comiter me adiuvit optimus atque doctissimus Josephus Král, liter. lat. et graec. in universitate Pragensi professor ord. Prolixius cod. descr. E. Gollob, Sitzgsb. d. k. Akad. in Wien, phil.-hist. Cl. Bd. 146 p. 101, qui tamen homilias f. 211ᵃ—244ᵇ saec. XV, cetera opuscula praeter f. 43ᵇ et 66 saec. XVI—XVII exarata esse putat.

1654 *VIII. H. 54.*

chart. saec. XV (a. 1471?) ff. 119, 21·5 × 14·5 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—101ᵇ **Stephani Flisci Soncinensis Synonyma sententiarum** (italicarum latina). »Cum superiora verborum sinonima tibi breviter ab-

solvissem« × (epist. dedicat. ad Johannem Meliorantium) »Ex Veneciis idibus octobris 1437.«

f. 101ᵇ—119ᵃ »**Synonyma Ciceronis**« (= dictionis Ciceronianae) **ordine alphabetico digesta.** »Sinonima M. T. C. diu frustra quesita« × »vitare, declinare, subterfugere. Finis sinonimorum . . . Horzowicz anno . . . fer. III post Domine ne longe« (subscriptio haec mutilata est). Sequitur rubricatum nomen possessoris: »Johannis Capliczar, decani Wissegradensis 1471.«

Operculo super. intrinsecus inscriptum est: »Rever. patri dom. Fantino de Valle, sacri pallacii apostolici auditori, archipresbitero Peratinensi, iuris utriusque doctori, domino et preceptori optimo.« A. 1609 liber hic erat in bibl. Rosenbergica, deinde monasterio Třebonensi obtigit.

1655 *VIII. H. 72.*

membran. saec. XV ff. 169, 20·3 × 13 cm. charact. renasc. lit. una manu elegantissime exaratus et rubricatus, lit. init. pictis et deauratis exornatus (textus fol. 1ᵃ totus floribus nitidissime pictis et deauratis inclusus est). Opercula lignea corio purpureo obducta. Frons libri aurata est.

Justini Epitome historiarum Trogi Pompeii.

Codex hic praeclarus, in Italia exaratus, bibliothecae Corvinianae fuisse videtur, ex qua, ut docet nota in operculo infer. (»Iste liber est meus vas Petri Garazda de Ungaria«), Petro Garazda obtigit. Postremo librum celeberrimus noster Fortunatus Durich a. 1802 defunctus bibliothecae nostrae legavit. (Cf. Hanslik p. 605.)

1656 *VIII. H. 73.*

membran. saec. XV ff. 209, 35 × 24·5 cm., una manu charact. renasc. lit. nitidissime exaratus, lit. init. pictis et deauratis (in prima est imago auctoris) exornatus. Paginam primam undique includunt picturae auro cinctae et insignia Matthiae regis Hungariae. In fol. praeligato exaratus est titulus libri literis capitalibus aureis in fundamento purpureo cinctus serto et arabescis pictis et deauratis. Opercula lignea obducta corio purpureo, cui ornamenta deaurata et insignia regia impressa sunt. Codex olim valde laesus a bibliopego recentiore ruditer reparatus et recompactus est.

S. Thomae de Aquino Commentarius in Aristotelis de caelo et mundo libros I, II et III partem, quam auctor ipse perfecit.

f. 1ᵃ (lit. capit. aureis:) »Commentarium s. Thomae Aquinatis super librum de caelo et mundo incipit (atram.:) Sicut phylosophus dicit« × f. 209ᵇ »quot sunt elementa et propter quid sint etc.«

De recentioribus codicis possessoribus his notis in fol. praeligato edocemur: I) saec. XVI—XVII »Franciscus comes de Suys«, II) saec. XVII »Matthjas Kiralj Biblioteka yabol ualo könyv melyet hoztam uala (az) Ugroczj uarbol« (Liber bibliothecae Matthiae regis, quem apportavi ex arce Ugroczensi). »Unus ex libris Nicolai Zaj de Csemer m. p.« Cf. Hanslik p. 607.

1657 *VIII. H. 74.*

membran. a. 1582 (?) ff. 160, 25·5 × 18 cm., diversis manibus nitidissime exaratus et rubricatus, lit. init. pictis et deauratis exornatus. In fol. praeligato est tabula exhibens figuras allegoricas egregie picta et aurata, item in fronte f. 1ª insignia reipublicae Venetae colorata et deaurata. Opercula lignea corio fusco obducta, cui auro impressa sunt varia ornamena. Frontes libri deauratae.

»Bulletae Venetae« seu potius decreta senatus Veneti mercatoria ab a. 1283 usque ad a. 1565, latina et italica.

f. 1ª »Cum ex varietate officiorum trium tabularum« × f. 141ᵇ »nella predetta deliberatione.«

f. 142ª—160ᵇ Tabula contentorum alphabetica.

Cf. Hanslik p. 611.

1658 *VIII. H. 75.*

chart. saec. XVIII ff. 18 (+ 8 tab.), 32 × 21 cm. 1 m.

»Missio Asophiensis et Taganrokensis« (Relatio cuiusdam missionarii Austriaci catholici de itinere Asoviam et Taganrok a. 1700 facto et de moribus et institutis Tartarorum Calmucorum). Liber 8 tabulis ruditer pictis illustratus.

Cf. Hanslik p. 613.

1659 *VIII. H. 76.* (*Y. I. 1. n. 127.*)

membran. saec. XV ex. ff. 116 (= 232 pp. num.), 23 × 16 cm., una manu eleganter exaratus, lit. init. pictis et deauratis exornatus. Inscriptiones singulorum librorum lit. capit. aureis, argumenta libri IV colore caeruleo, textus per totum colore rubro scriptus est. Titulus in f. 1ª picturis variis — in fronte est effigies Wladislai regis, ad calcem insigne regnorum eiusdem — undique cingitur. Opercula chart. obducta sericis, quibus fila aurea intexta sunt.

»Ad divum Wladislaum serenissimum potentissimumque Ungharie ac Bohemie regem semper invictum Pronostichon et Panagyrichon editum per Joannem Michaelem Nagonium civem Romanum et poetam laureatum.«

Dubitari non potest, quin praeclarum hoc exemplar oblatum sit ipsi regi ab auctore. Saec. XVII codex erat cuiusdam Francisci Sebastiani Riptoris (?), qui eum, ut docet inscriptio inter lineas tituli, a. 1638 sept. 24 sodalitio b. virg. Mariae sine labe conceptae Kuttenbergensi donavit, unde teste Scherschnikio (qui librum sub titulo »J. M. Nagonii . . . poematum libri IV« Pragae 1777 edidit) a rectore collegii S. J. Pragensis redemptus et bibliothecae Clementinae insertus est. Operculo super. codicis nostri inscripta est manu celeberrimi illius Pragae propugnatoris P. Georgii Ostermanni Plachý a. 1663 nota praestantiam et fata libri concernens. Cf. Hanslik p. 609.

1660 *VIII. H. 77.*

chart. saec. XVIII ff. 230, 15·5 × 10 cm. una manu nitide exaratus, imaginibus aut calamo delineatis aut atramento chinico depictis exornatus. Opercula chart. corio atro in dorso deaurato obducta. Frontes libri aureae.

»Goldenes Creutz oder **Breviarium confraternitatis A(ureae) et R(oseae) C(rucis)**, so der König aller Königen in die Welt gab denen unter der Blutt Fahnen Jesu Christi streittenden Brüdern. Nebst beygefügten Psalmis und Characteren, dann derselben Auslegung.« **(Rosenkreuzer-Brevier.)** (Liber imaginibus et figuris symbolicis et mysticis instructus.)

Cf. Hanslik p. 613.

1661 *VIII. H. 78.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 480, 13 × 9 cm., una manu in membranis subtilissimis characteribus minutis nitidissime exaratus et rubricatus, lit. init. rubeis et caeruleis exornatus. Opercula lignea (saec. XVI codici recompacto addita) obducta sunt sericis viridibus, quibus insignia Moraviae (aquilae laqueatae) auro impressa sunt, in dorso tamen corio fusco.

Biblia Veteris et Novi Testamenti quae dicuntur **minima** (= literis minutissimis eleganter exarata) cum prologis partim saec. XV/XVI additis (Deest tantum liber psalmorum). Subscriptio codicis in f. 442 excisa est.

f. 443ª—474ª Expositio nominum ordine alphabetico.

f. 474ª—478ª Epistolae et evangelia totius anni secundum ordinem Romanae ecclesiae legi solita.

Cum codex hic saec. XV—XVI (ut demonstrant et supplementa praeligata adligataque ei tunc addita et ornamenta operculorum) recompingeretur, incuriosus bibliopegus inscriptiones frontales magna ex parte amputavit. Cf. Hanslik p. 608. Ex bibl. S. J. Novodomensi.

1662 *VIII. H. 79.*

Volumen e membr. conglut. factum saec. XIV, 767 × 12 cm., per extensum una manu nitide exaratum et rubricatum, in fine mutilum.

(anepigr.) **Tabula chronologico-genealogica historiae biblicae ab Adamo usque ad Jesum Christum annexa chronologia regum exterorum et imperatorum Romanorum usque ad Vespasianum.**

Volumen hoc teste Hanslikio p. 609 Vergani, medicus dentium, bibliothecae nostrae donavit.

1663 *VIII. H. 82.*

chart. saec. XV—XVI ff. 42, 29·5 × 22 cm. 1 m.

M. Terentii Varronis De lingua latina libri qui supersunt V—X.

Libri VIII et IX falso intitulantur »lib. I et V analogie«, X (f. 37[a]) titulo caret. In fine est epilogus epistolaris Pomponii (Laeti?) habitum pessimum exemplaris describendi concernens.

1664 1665 *VIII. H. 86.*

Codices duo chart. saec. XIX ff. 765, 37 × 23 cm. 1 m.

Copiarium diplomatum latinorum et germanicorum in archivio c. r. bibliothecae Clementinae asservatorum manu propria Caroli Fischer eiusdem bibliothecae custodis exaratum.

SEMINÁRNÍ KNIHOVNA
Hist.-práv. oddělení
PRÁVNICKÁ FAKULTA MASARYKOVY UNIVERSITY